

BIBLIOTECA HOSPITAL REAL
GRANADA

Sala: A

Estante: 41

Numero: 390




BIBLIOTECA UNIVERSITARIA
- GRANADA -

Sala: 93

Estante: 113

Numero: 193

648.9003



S V M M A E
V I R T V M
A C V I T I O
R V M.

TOM. SECVNDVS,
GVILIELMO PERALDO
 Episcopo Lugdunensi, or-
 d'is Prædicatorum,
 authore.

*Omnis hinc denuo innumeris mendis re-
 purgata, accuratiusque quam ante-
 hac inquam excusa.*

L V G D V N I,
Apud Antonium Vincentium.
M. D. LIIII.

Dece allegio della Compa. S. P. h. u. d. A. m. n. a. S. m.

S V M M A E V I T I O

R V M G E N E R A L I S D I S T I N

ctio cum ordinatione rerum in eadem contentarum.



S E C V N D V S iste Tomus, qui appellatur S V M M A V I T I O R V M, dividitur in nouem tractatus.
Primus, est de his quæ valent ad detestationem vitiorum in communi.
Secundus, de vitio Gula.
Tertius, de vitio Luxuria.
Quartus, de Auaritia.
Quintus, de Acedia.
Sextus, de Superbia.
Septimus, de Inuidia.
Octauus, de Ira.
Nonus, de peccato Lingua.

T R A C T A T V S Primus, de vitijs in communi vnica habet partem. In qua primo ponuntur tres rationes ad probandum quod vitia summa diligentia sunt vitanda. Secundo iterum tres rationes ad probandum quod Deus summe odiat peccatum. Tertio quatuor rationes, ad ostendendum quod peccatum summe noceat homini. Et enumeratur se. quæ peccatum aufert homini. Quarto ostenditur quod vita vitiorum sit aspera.

T R A C T A T V S S E C V N D V S, *de Gula, diuiditur in quatuor partes.*

T Prima pars est de ordine dicendorum in isto tractatu. Et de

quatuordecim quæ valere possunt ad detestationem vitij Gula. Secunda de speciebus huius vitij. Primo de commestione & ebrietate. Deinde de quinque speciebus quas distinguit Gregorius super Genes. 25. Et de alijs quatuor speciebus.

Tertia continet de quatuor satellitibus, quibus vitur vitium Gula.

Quarta continet octo remedia contra vitium Gula.

Prima pars principalis huius tractatus potest diuidi in quatuordecim particulas: quarum tertia continet tres iniurias quas facit hoc vitium proximo. Quarta, septem contumelias quas facit Deo. Nona continet mala quæ in scriptura leguntur provenisse ex hoc vitio, & quæ quotidie eueniunt his qui hoc vitio laborant. Decima continet quomodo hoc vitium sit grauis infirmitas, & quare. Tertiadecima continet quod hoc vitium est grauis seruitus. Et quod in sex est grauitas illius seruitutis. Continentiam aliarum particularum causa breuitatis non ponimus.

T R A C T A T V S T E R T I V S, *de Luxuria, diuiditur in sex partes.*

A a * Pri

D I S T I N C T I O G E N E R A L I S

¶ Prima est de his quæ valent ad detestationem Luxuriæ.
 Secunda est de speciebus eius.
 Tertia de his quæ præstant occasionem huic peccato.
 Quarta est de remedijs contra Luxuriam.
 Quinta de prohibitione simplicis fornicationis.
 Sexta continet quædam necessaria contra illos qui impotentiam allegant continendi.
 ¶ Prima harum partium subdividitur in tria capitula.
 Capi. j. est de ordine dicendorum in hoc tractatu: Et de sex miserijs annexis peccato Luxuriæ, quæ faciunt ad eius detestationem, vt sunt inasietas, erubescencia &c.
 Cap. ij. est de quinque quæ similiter ad eius detestationem faciunt. Et primò tripliciter ostenditur quòd vitium istud Angelis valde foetet. Secundò sex modis ostenditur quòd multum placeat dæmonibus. Tertio septemplex ostenditur quòd Deo valde contumeliosum sit hoc peccatum.
 Quartò quomodo sit iniuriosum proximo. Quintò quomodo noticium sit proprio subiecto.
 Cap. iij. est de quatuor quæ etiam faciunt ad detestationem huius vitij. Primò quàm efficax sit hoc vitium ad hominem capiendum. Secundò quàm potens ad detinendum. Tertio de vilitate in quam hominem ponit. Quartò de misera seruitute, in qua sunt luxuriosi. Et postea ponitur quòd Luxuria videtur esse de numero illorum peccatorum de quibus etiam dæmones erubescunt.
 ¶ Secunda pars subdividitur in novem capitula.
 Capitulum primum, est de Luxuria cordis & corporis.
 Capitulum secundum, est de duplici acceptione huius nominis Luxuria, & enumerantur quinque species Luxuriæ, secundum utranque acceptiorem.
 Capitulum tertium, est de peccato contra naturam: vbi octo modis ostenditur magnitudo illius peccati.
 Capitulum quartum, est de Incestu: vbi quadrupliciter ostenditur magnitudo illius peccati.
 Capitulum quintum, est de Adulterio: vbi eius species primò tanguntur, deinde septem ponuntur per quæ magnitudo huius peccati ostenditur.
 Capitulum sextum, est de Stupro: vbi aliqua ponuntur, per quæ magnitudo huius peccati ostenditur.
 Capitulum septimum, est de simplici Fornicatione, vbi tangitur de peccato viduarum, meretricum & concubinarum. Ibidem etiam de raptu tangitur.
 Capitulum octauum, de alia diuisione Luxuriæ. Et primò de Luxuria clericorum: vbi primò tanguntur septem, quæ aggrauant hoc peccatum in his qui sunt in sacris ordinibus: deinde ponuntur quinque causæ propter quas hoc peccatum indecens sit in sacerdotibus.
 Cap. nonum, est de peccato carnis in per

S V M M A E V I T I O R V M.

personis religiosis: vbi primò sex tanguntur, quæ valent ad ostendendum quòd peccatum carnis valde graue est in personis religiosis: deinde quinque tanguntur specialiter quæ illud aggrauant in monialibus.
 ¶ Tertia pars subdividitur in septem capitula.
 Capitulum primum, est de his quæ dant occasionem Luxuriæ: & enumerantur octo. Et de duobus breuiter agitur.
 Cap. secundum, est de peccato veterum turpitudinem consulentium: vbi multipliciter ostenditur magnitudo peccati earum.
 Capitulum tertium, est de malo exemplo, quod frequenter dat occasionem peccato Luxuriæ.
 Cap. iij. est de aspectu mulierum: vbi ostenditur quòd aspectus mulierum sit timendus: primò auctoritatibus & exemplis, deinde tribus rationibus sumptis ex parte mulierum, & septem ex parte oculorum sumptis.
 Capit. quintum, quòd colloquium mulierum valde sit timendum.
 Cap. sextum de auditu cantionum amatoriarum, & similiarum quæ ad libidinem incitant.
 Capit. septimum, quòd tactus mulierum sit valde periculosus.
 ¶ Quarta pars subdividitur in quatuor capitula.
 Cap. primum est de tribus remedijs contra Luxuriam: vbi ponuntur tres rationes quare fugiendo contra Luxuriam sit pugnandum.
 Cap. secundum de tribus quæ ho-

mines quandoque decipiunt, qui cum mulieribus habitant.
 Capitulum tertium de choreis: vbi primò ostenditur auctoritatibus quàm malum sit choreas ducere. Secundò, ostenditur rationibus quàm periculosum sit. Tertio, ostenditur similiter rationibus quàm faruum sit.
 Capit. quartum de quinque alijs remedijs contra Luxuriam.
 ¶ Quinta pars subdividitur in quatuor capitula.
 Cap. primum de ordine dicendorum in ista parte. Et quòd simplex fornicatio sit prohibita, ostenditur auctoritatibus.
 Cap. ij. quòd fornicatio sit prohibita, ostenditur octo rationibus.
 Capi. tertium, quòd fatuus est querere quare Dominus simplicem fornicationem prohibuerit.
 Capitulum quartum, quòd dominus prohibendo eam, misericorditer egit cum genere humano.
 ¶ Sexta pars subdividitur in duo capitula.
 Capitulum primum, est de illis qui dicunt se non posse continere: contra quos ponuntur diuersa testimonia scripturarum.
 Cap. secundum, de fatuitate illorum qui dicunt se continere non posse: contra quos aliqua ponuntur rationes, vbi versus sine probatur, quod sine Dei auxilio nihil possumus. Ibi etiã tanguntur tria necessaria ei qui debet iustificari.
 T R A C T A T V S Q V A R T V S,
 de Avaritia, diuiditur in
 quinque partes.

D I S T I N C T I O G E N E R A L I S

¶ Prima est de his quæ faciunt ad detestationem Auaritiæ.
 Secunda est de speciebus Auaritię.
 Tertia de his quæ dāt occasionem huic vitio.
 Quarta de remedijs contra hoc vitium.
 Quinta de Prodigalitate.
 ¶ Prima pars subdividitur in novem capitula.
 Capitulum primum, de ordine dicendorum in isto tractatu, & quod natura dissuadeat Auaritiam.
 Capitulum secundum, de duodecim maledictionibus quas facit Sacra scriptura avaris.
 Capitulum tertium, de quatuor auctoritatibus sacrę scripturę, quibus ostenditur magnitudo huius vitij: vbi etiam ostēditur quomodo avarus iniquus sit in Deum, in se, & in proximum: præcipue in domesticos & etiam in creaturas inferiores. Ibi sem etiam ostenditur quomodo Avarus sit idololatra.
 Capitulum quartum, quod grauis infirmitas sit Auaritia. Vbi primò ponuntur duodecim ex quibus ostenditur grauitas huius infirmitatis. Secundò, septem tanguntur infirmitates quę sunt in Auaro. Tertiò ponuntur aliquę causę quare Avarus diuitijs nõ satietur.
 Capitulum quintum, de seruitute Auaritię: vbi ostenditur, quod Avarus sit seruus diuitiarum. Et sex tanguntur, quę faciunt ad miseriam huius seruitutis.
 Capitulum sextum, quod magnam vim habeat Auaritia ad capiendum, detinendum vel submergendum: vbi ostenditur quod laquei Auaritię tripliciter sunt occulti. Capi. septimum, quod Auaritia sit exosa Deo, iniuriola proximo, nociua proprio subiecto. Vbi verò ostenditur quod Auaritia Deo sit exosa, tangitur quadruplex stultitia Auari, & ponitur quadruplex ratio, quare Deus Auaritiam odiat. Et tanguntur quinque rusticitates, quas diues Avarus facit Deo. Vbi verò ostenditur Auaritia nociua proprio subiecto, ponuntur decem mala, quę ipsa facit suo subiecto. Quorum primū est stultitia vel insania. Et ostenditur ibi sex modis insania Auari. Et assignantur xvij. stultitię Auari. Vbi verò assignatur secunda stultitia Auari, ostēditur quod quatuor sunt quę possunt dicere nostra: & quod temporalia nostra non sint. Vbi verò assignatur tertia stultitia Auari, assignatur quinque fructus quos videntur habere diuitiæ. Vbi verò assignatur sexta stultitia Auari, ponuntur quinque casus in quibus fatuus est, qui pecuniam suam vult seculum habere. Vbi verò assignatur septima decima stultitia Auari, ostenditur quod præsens felicitas somno in quatuor assimiletur. Ostensa stultitia Auari, quæ est primum malum quod facit ei Auaritia, ostenduntur novem alia quę facit ei Auaritia.
 Capitulum octauum, de his quibus scriptura comparat Auarum.
 Capi. nonum, de exemplis quę valent ad detestationem Auaritię.
 ¶ Secun

S V M M A E V I T I O R V M.

¶ Secunda pars subdividitur in quindecim capitula.
 Cap. i. de peccato vsurę: vbi primò ponuntur verba sacrę scripturę quę faciunt contra hoc peccatum. Secundò assignantur sex stultitię vsurarij. Tertiò duodecim iniquitates eius. Quartò duodecim alia quę faciunt ad detestationem huius peccati: vbi vltimò tanguntur quinque pœnæ vsurarij. Quintò agitur de speciebus vsurę. Sextò ponuntur octo reprehensibilia circa restitutionem. Septimò ponuntur octo per quę potest aliquis induci vt restituat.
 Capitulum secundum, de rapina: vbi sex ponuntur quę debent homines cohibere à rapina. Et duodecim quę ostēdunt magnitudinem huius peccati: & ostenditur quadruplici ratione, quod raptores multū à Domino sunt puniendi. Et tanguntur sex pœnæ raptorum. Et circa primam, assignatur quinque rationes quare raptores in hoc mundo sint pauperes.
 Capitulum iij. est de iniustis talijs: vbi primò ostenditur huius peccati magnitudo. Secundò ponuntur sex mala quę proueniunt alicui eò quod talias faciat. Tertiò tangitur de vititate huius peccati.
 Capitulum quartum, est de fraudibus negotiatorum: vbi ponuntur duo mala quę abundant mercatoribus. Et vbi quartum assignatur, tripliciter ostenditur, quod magnum peccatum est fraus in ponderibus & mensuris.
 Capitulum quintum, est de acceptione munerū, vbi primò ostenduntur decem mala quę faciunt munera acceptoribus suis. Secundò tanguntur quinque quę possunt esse reprehensibilia circa acceptores munerum, vbi ostenditur quod delitię munerum mortem continent, & quod possunt ibi esse septem mortes. In fine tangitur de diuersis speciebus munerum.
 Capitulum sextum, est de Auaritia aduocatorum: vbi octo tanguntur quę debent homines ab officio Aduocationis retrahere. Et vbi secundum ponitur, tanguntur duodecim pericula, quę sunt circa illud officium. In fine tangitur de conditionibus scientiæ detractorum & similium.
 Cap. vij. de Auaritia ministrorum Ecclesię. Et de ordine dicendorum de illa Auaritia. & primò de Simonia: vbi octo ponuntur quę faciunt ad detestationem simonię. Et tanguntur duodecim contumelię quas simonia facit Deo. Et multiplex damnum quod ex simonia prouenit. Et in fine ponuntur diuisiones ad simoniam pertinentes.
 Capitulum octauum, est de peccato adificantium Sion in sanguinibus: vbi primò ostenduntur maledicti. Secundò ponuntur exempla & verba sacrę scripturę, quę valent contra hoc peccatum. Tertiò mala quę ex hoc peccato proueniunt. Vbi ostenduntur

D I S T I N C T I O G E N E R A L I S

ditur tripliciter, & sunt infideles qui bona ecclesiastica carnali amori conferunt. Et in fine triplici ratione ostenditur, & amor carnalis plus noceat in ministris Ecclesie quam simonia.

Capitulum nonum, est de peccato choritarum: vbi tripliciter ostenditur, & hoc peccatum sit detestabile. Deinde tanguntur quatuor modi, quibus aliquis vocatur à Deo ad dignitatem.

Capitulum decimum, est de Avaritia mercenariorum: vbi ponuntur sex quæ faciunt ad detestationem huius peccati. Et in fine sex rationes tanguntur, quare CHRISTVS noluit in primitiua Ecclesia temporalia coniuncta esse spiritualibus.

Capi. xj. est de septem signis Avaritiæ quæ apparēt in ecclesia Dei, quæ sunt pluralitas beneficiorum, pluralitas missarum ab eadem persona in eadem die dictarum: pluralitas officiorum in eadem missa, multiplicatio altariū sine necessitate, auara observatio fructuum, promotio puerorum ad sacros ordines & ecclesiasticas dignitates: concursus ad loca in quibus solet offerri. Vbi verò agitur de primo signo Avaritiæ. Primò ostēditur, & non liceat habere plura beneficia ecclesiastica, quādo vnum sufficit: vbi enumerantur causæ propter quas aliquid credunt hoc sibi licere. Secundò sex ponuntur quæ videntur valere ad detestationem huius peccati. Tertiò tanguntur,

quæ sunt reprehensibilia in talibus personis: vbi ostenditur tripliciter, quòd præsentia pastoris gregi sit necessaria. Et tanguntur sex ad quæ se obligat qui curam animarum recepit. In fine verò ostenditur tripliciter & periculosa sit bonorū ecclesiasticorum dispensatio. Vbi verò agitur de pluralitate Missarum, ponuntur primò casus diuersi, in quibus licet celebrare duas missas in die. Secundò ponuntur sex rationes ad hoc quòd non sit licitum simpliciter aliquem celebrare duas missas in vna die. Vbi verò agitur de conseruatione fructuum, ostenditur quinque modis fatuitas eorum, qui quum habeāt annuos redditus sufficētes, ex Avaritia tamen conseruant fructus. Vbi verò agitur de promotione puerorū, septem causæ tanguntur quare cauendum esset Ecclesie à promotione talium.

Capitulum duodecimum est primò de his quæ pertinent ad dignitatem conficiendi. Secundò de his quæ faciunt ad detestationem peccati indigne confitentium. Tertiò de peccato eorum qui nunquam curant communicare: vbi quinque causæ tanguntur, quare tales multum debent dolere. Quartò de peccato eorū qui per mortale peccatum Deum à se expellunt.

Capitulum tertiumdecimum, est de vitio proprietatis: vbi primò ponuntur xij. exēpla, quibus possumus vti contra hoc peccatum.

Secund

S V M M A E V I T I O R V M.

Secundò tanguntur xij. stultitiæ, quibus laborant proprietarij. Tertiò multiplex peruersitas, quam facit hoc peccatum. Quartò multiplex malum, quod est in proprietario. Quintò ostēditur, & religio maximè debeat perfecti hoc vitium.

Capitulum decimumquartum, est de avaritia scientiæ: vbi ponuntur duodecim quæ possunt contra hoc vitium valere. Et in fine ponitur de prædicatoribus sibi solūm viuere eligentibus.

Cap. xv. est de peccato lusorū: vbi quinque ponuntur quæ faciunt ad detestationem huius peccati.

Enumerantur etiam xvj. peccata quæ circa ludum accidunt. Et ostenditur transgressio totius Decalogi vbi accidere possit. Tanguntur etiam ibi duodecim stultitiæ lusorum. In fine tangitur de his qui lusoribus se immiscēt causa spectādi. Et de illis qui locant necessaria ad ludum. Et de his in quorum domibus luditur.

Tertia pars est de his quæ avaritiæ solent dare occasionem.

Quarta pars est de octo remedijs contra avaritiam.

Quinta pars est de prodigalitate subdividit in quatuor capitula.

Capitulum primum, de ordine dicendorum in ista parte. Et primò de distinctione prodigalitati à largitate.

Capitulum secundū, de malis quæ ex prodigalitate sequuntur.

Capitulum tertium, de septem stultitijs prodigi.

Capitulum quartum, de prodigalitate clericorum vbi tanguntur sex quæ debent cohibere clericos, ne de bonis Ecclesie sint prodigi. Et tripliciter ostenditur rapina talium personarum esse periculosa.

T R A C T A T V S Q V I N T V S
de Acedia, dividitur in
quatuor partes.

¶ Prima pars est de his quæ valere possunt ad detestationem Acediæ. Secunda, de diuersis generibus peccatorum, quæ ad hoc vitium pertinent.

Tertia de diuersis remedijs contra hoc vitium.

Quarta de indiscreto feruore, qui Acediæ videtur esse contrarius.

¶ Prima pars subdividitur in quatuor capitula.

Capitulum primum, de ordine dicendorum in isto tractatu. Et de diuersis exemplis quæ valere possunt ad detestationem acediæ.

Capitulum secundum, de verbis Sacre scripturæ, quæ laborem suadent & otium, vel pigritiam dissuadent.

Capitulum tertium, quātum Acedia displiceat Deo, & placeat diabolo, & noceat proprio subiecto. Vbi verò ostenditur, quomodo acedia noceat proprio subiecto. Primò ostēditur & ipsa replet hominem malis pœnæ. Secundò & malis culpæ. Tertiò quòd aufert homini bonum gloriae, gratiæ, & naturæ. Et ponuntur ibi octo, quæ debent

Aa § homi

homines mouere ad conseruationem temporis.

Capitulum quartum, de sex alijs quæ valere possunt ad detestationem acedia.

¶ Secunda pars subdividitur in septemdecim capitula.

Cap. j. est de diuersis speciebus vitiorum quæ ad acedia pertinent. Et primò de tepiditate & eius descriptione, & de malis quæ tepiditas in homine facit.

Capitulum secundum de mollitie.

Capitulum tertium, de somnolentia: vbi primò ponuntur duo exempla contra eos qui nomine contemplationis palliant pigritiam suam. Secundò ostenduntur quinq; reprehensibilia circa somnum corporis. Tertio tanguntur tria quæ debent homines cohibere à nimietate somni. Vltimo similiter ponuntur tria, quæ sunt necessaria ad hoc quod aliquis debito modo dormiat.

Capitulum quartum, de otiositate: vbi primò ostenditur, quod otiosus sit multum stultus. Secundò ponuntur duodecim stultitiæ otiositatis. Et vbi ponitur tertia stultitia, tangitur de octo fructibus oris. Tertio quadruplici ratione ostenditur, quod potius sint reprehensibiles otiosi in tempore gratiæ quàm ante. Quarto tanguntur tria, quæ sunt attendenda in occupatione.

Capitulum quintum, de vitio dilationis. Et primò de dilatione conuersionis: secundò de dilatione confessionis. Vbi verò agi-

tur de dilatione conuersionis. Primò ponuntur verba sacre scripturæ contra hoc vitium. Secundo ponuntur duo quæ impediunt ne Deus intret ad cor peccatoris. Et ostenditur quod reprobatio eius, qui sic differt conuerti, sit nequam, nequior, nequissima. Tertio verò ponuntur octo quæ deberent homines mouere ad accelerandam conuersionem. Et vbi ponitur, secundum illorum, tanguntur octo bona quæ sequuntur ex hac acceleratione. Vbi verò ponitur tertium priorum octo, multipliciter ostenditur quantum sit periculū male consuetudinis. Vbi verò ponitur quartum, tanguntur duodecim quæ faciunt ad hoc, quod conuersio dilata sit difficilior. Vbi verò ponitur quintum, ostenditur quod ille qui differt conuerti, iniquus sit in Deum, & angelum, in seipsum & in proximum, & in inferiores creaturas. Vbi verò sextum ponitur, ostenditur quod difficile est aliquem verè conuerti. Vbi verò ponitur septimum, ostenditur magnum periculum in quo est peccator. Vbi verò ponitur octauum, ostenditur magna fatuitas eius qui differt conuerti. Et ad probandam fatuitatem hanc, assumuntur octo casus, in quibus est fatua dilatio. Vbi verò agitur de dilatione confessionis. Primò octo rationibus ostenditur fatuitas eorum qui differunt confiteri. Et vbi ponitur quarta ratio, tanguntur bona quæ ex confessione

nc

ne proueniunt. Secundò quinque rationibus ostenditur specialiter fatuitas eorum, qui vsque ad mortem differunt confiteri. Tertio verò ostenditur fatuitas eorum, qui in Quadragesima differunt confiteri donec ferè tota Quadragesima sit transacta.

Capit. vj. est de vitio tarditatis: vbi tanguntur sex quæ possunt nobis dissuadere hoc vitium.

Capit. vij. est de negligentia: vbi primò sex ponuntur quæ valere possunt ad detestationem huius vitij. Post verò tanguntur duo remedia contra hoc vitium. Et in fine ponuntur tria quæ impediunt diligentiam studij.

Capitulum octauum, de vitio imperseuerantia: vbi quinque tanguntur, quæ possunt valere ad detestationem huius vitij.

Capit. ix. est de vitio remissionis: vbi in fine tria mala tanguntur quæ ex hoc vitio proueniunt.

Capitulum decimum, est de dissolutione.

Capit. vndecimum, est de incuria.

Cap. xij. est de ignauia: vbi ponuntur xij. ignauia, quæ solent inueniri in omnibus acediosis.

Capitulum decimumtertium, est de indeuotione: vbi primò tanguntur quatuor causæ vnde solet prouenire indeuotio vel ariditas spiritualis, deinde ostenditur multiplex effectus huius ariditatis.

Capitulum decimumquartum, est de tristitia in diuino seruitio: vbi primò ostenditur quod hoc vitij

multum displiceat Deo. Et ibi tanguntur tres causæ lætandi in diuino seruitio. Secundò ostenditur quod hoc vitium multum placeat diabolo. Tertio quod valde noceat homini.

Capitulum decimumquintum, est de tædio vitæ, vbi tanguntur quatuor causæ, ex quibus solet tædium prouenire.

Capitulum decimumsextu, de desperatione: vbi ostenditur quod hoc peccatum multum displiceat Deo, & multum noceat homini. Et in fine tanguntur quinque remedia contra hoc peccatum.

Capitulum decimumseptimum, de acedia claustralium: vbi tanguntur duodecim mala quæ solent in claustralibus inueniri ex acedia.

¶ Tertia pars est de octo remedijs contra peccatum acedia.

¶ Quarta pars subdividitur in quinque capitula.

Capitulum primum, de indiscreto seruire. Et de tribus quæ exiguntur ad hoc, quod aliquis Deo discretè seruiat.

Capitulum secundum, de multiplici malo, quod ex discreto seruire prouenit.

Capitulum tertium, de duodecim stultitijs eorum qui habent indiscretum seruire.

Capitulum quartum, qualiter sumendus est cibus.

Capitulum quintum, quod oporteat patres spirituales quandoque condescendere fratribus.

Tract

TRACTATUS SEXTVS,
de Superbia, diuiditur in
quatuor par-
tes.

¶ Prima pars assignat rationem
quare vitia sic ordinentur in
hoc tractatu : vbi etiam tangi-
tur de radicibus horum vitio-
rum.

¶ Secunda pars est de his quæ va-
lent ad detestationem superbiæ
in communi.

¶ Tertia pars est de diuersis ge-
neribus peccatorum quæ ad su-
perbiam pertinent.

¶ Quarta est de remedijs contra
peccatum superbiæ.

Secunda pars subdividitur in duo-
decim capitula.

Capitulum primum, quomodo se
habeat Superbia ad bona.

Capitulum secundum, quomodo
se habeat Superbia ad alia vi-
tia.

Capitulum tertium, quomodo se
habeat ad diabolum.

Capitulum quartum, quomodo
se habeat Superbia ad proxi-
mum.

Capitulum quintum, quomodo se
habeat superbia ad Deum.

Capitulum sextum, quomodo se
habeat Deus ad superbum : v-
bi ostenditur quòd Deus super-
bum vilipendit & detestatur,
odit, & abominatur. Vbi verò
ostenditur, quòd Deus super-
bum odit, ponuntur sex signa
huius odij. Deinde ponuntur
duodecim exempla ad hoc odi-
um ostendendum. Tertiò osten-

ditur hoc odium esse inuetera-
tum. Et tangitur multiplex cau-
sa huius odij.

Capitulum septimum, quòd su-
perbia hominem inhet, & infel-
licem reddat, & eum arefaciat,
& bona eius consumat. Vbi ve-
rò ostenditur quòd hominem
infelicem reddat, tangunturo.
Et, in quibus consistit infelici-
tas illa.

Capitulum octauum, quòd su-
perbia hominem decipiat, excer-
cet, & infatuat. Vbi verò agitur
de illa infatuatione, ostenditur,
quòd superbia infatuat quin-
que modis. Deinde ponuntur
duodecim stultitiæ quibus labo-
rat superbus. Vbi verò ponitur
quarta stultitia, assignatur qua-
druplex ratio, quare mons su-
perbiæ sit infelicissimus. Vbi
verò ponitur sexta stultitia, di-
stinguuntur sex species exalta-
tionis, quarum vna bona est,
quinque sunt malæ.

Capitulum nonum, quòd super-
bia sit valde periculosa infirmi-
tas, eò quòd de facili incurrat,
& non de facili sanetur, & de fa-
cili in eam reciduetur. Ad pri-
mum probandum ponuntur
tres rationes. Ad secundum pro-
bandum ponuntur quinque ra-
tiones.

Capitulum decimum, quòd su-
perbia sit magna deformitas, &
quòd ponat hominem in mise-
ra seruitute & magna debilita-
tate: vbi etiam diuersa vitia tan-
guntur, quæ hominem repel-
lunt

lunt à ministerio Dei.

Capitulum vndecimum, de diuer-
sis rebus quibus superbus vel su-
perbia comparatur.

Capitulum duodecimum, quàm
diligenter velit Dominus caue-
re suis à vitio superbiæ.

¶ Tertia pars subdividitur in
quadraginta capitula. Habet
enim quinque partes, in quibus
ponuntur quinque diuisiones
ad peccatum superbiæ perti-
nentes : & de membris illarum
tractatur. Quarum prima habet
vigesimaquarta capitula. Secun-
da septem. Tertia tria. Quarta v-
nicum. Quinta quinque. Vnde in
vniuerso sunt quadraginta ca-
pitula.

Capitulum primum, est de diui-
sione Superbiæ. Et de illa spe-
cie superbiæ, quæ est quando
aliquis credit se bona sua ha-
bere à se : vbi ponitur dubita-
tio quomodo aliquis credat se
bona sua habere à se, & sol-
uitur. Et tanguntur sex, quæ
quantum ad se, dicitur facere
superbus, quasi crederet bo-
na sua habere à se, & non à
Deo.

Capitulum secundum, de illa spe-
cie superbiæ, quæ est quando a-
liquis credit se habere bona sua
à Deo, sed tamen pro meritis
suis: vbi ponuntur quatuor quæ
faciunt ad detestationem huius
peccati. Et quinque rationibus
ostenditur fatuus, qui hoc vitio
laborat.

Capitulum tertium, de illa specie,

superbiæ, quæ est quando ali-
quis credit se habere bonum
quod non habet: vbi tanguntur
sex quæ possunt facere ad dete-
stationem huius peccati. Et in
fine ponitur triplex remedium
contra hoc peccatum.

Capitulum quartum, de illa spe-
cie superbiæ, qua aliquis se præ-
ponit alijs : vbi primo ostendi-
tur rusticitas eius qui tali specie
superbiæ laborat. Secundo po-
nuntur quinque rationes, per
quas potest ostendi, quòd talis
sit fatuus. Tertiò ostenditur, quòd
talis sit iniquus quadrupliciter
in Deum, & dupliciter in proxi-
mum.

Capitulum quintum, de Præsum-
ptione : vbi primò ostenditur
tripliciter quòd hoc vitium sit
valde timendum. Et tangitur
triplex damnum, quod proue-
nit ex vitio isto. Secundo qua-
tuor tanguntur, per quæ potest
ostendi fatuitas præsumptionum.
Tertiò distinguuntur quatuor
species præsumptionis.

Capitulum sextum, de diuisione
appetitus propriæ excellentiæ
in tres species. Et primò agitur
de appetitu dominij, hoc mo-
do, quòd primò ostenditur talis
appetitus esse malus. Secundo
tanguntur quinque, quibus pos-
sumus uti ad detestationem hu-
ius peccati. Vbi verò ponitur ter-
tium illorum, ostenditur quòd
malè sit ambitiosus, dum tendunt
ad dignitatem : peius, cum iam
in dignitate sunt : pessimè verò
quan

quando pro abusione eius puniuntur: in fine verò ponitur responsio contra illud verbum Apostoli, Si quis episcopatum &c. quod ambitiosi pro se allegant.

Capitulum septimum, de appetitū magisterij: vbi primò ostenditur quòd appetitus talis possit esse culpabilis quinque de causis. Vbi ponitur secundum illorum, ostenditur quòd habere bonam doctrinam & malam vitam, sit homini valde verecundum & erubescencia plenum, & quòd multum Deo displiceat & ecclesiæ multum noceat. Secundò ostenditur quòd magisterium curiosorum sit occupatio mala, peior, pessima: & quòd magistri sint in triplici periculo. Tertio ostenditur quanti meriti sit ministerium bonorum doctorum: vbi tria genera hominum distinguuntur.

Capitulum octauum, de appetitu simplicis excessus: vbi quatuor tanguntur quæ faciunt ad detestationem huius peccati.

Capitulum nonum, de octo speciebus superbiæ exterioris, & de prima, scilicet superbia, quæ apparet in ipso corpore hominis.

Capitulum decimum, de superbia ornatus virorum & mulierum: contra quam ponuntur verba sacra scriptura.

Capitulum undecimum, de exemplis quæ distuladent ornatum superbum, & humilem suadent.

Capitulum duodecimum, de stultitijs se ornantium. Et vbi ponitur octaua stultitia, ostenditur triplici ratione, quòd de veste debeat homo erubescere potius quàm gloriari.

Capitulum decimum tertium, de alijs quinque quæ debent homines cohibere ab amore superbi ornatus.

Capitulum decimum quartum, de duodecim causis, ex quibus aliquis potest esse culpabilis in habitu suo. Et vbi ponitur quarta causa, tangitur de caudis mulierum: vbi verò ponitur quinta, ostenditur de superbia corrigiarum: vbi verò ponitur sexta, ostenditur quadruplici ratione quòd croceus color sit reprehensibilis in peplo: vbi verò ponitur septima causa, agitur de peccato illarum quæ colorem præsumunt ponere in vultibus suis. Et post sex tanguntur quæ debent cohibere mulieres, ne alienis crinibus vterentur. vbi verò ponitur decima causa, tanguntur quinque quæ deberent cohibere mulieres à nimio amore pulchritudinis. vbi verò ponitur undecima causa, ostenditur quantum & quot personis noceat superbus habitus. vbi verò duodecima ponitur, ostenduntur diuersæ intentiones, quibus mulieres solent se ornare. Et ostenditur quòd mulieres ornatae ostentantes se, sunt incendiariæ factorum locorum, homicida-

imò

imò fratricidæ; & gladij & laquei, & retia diaboli, & cisternæ quæ incautis sunt occasio precipitij.

Capitulum decimum quintum, de erubescencia bona: vbi primò ponuntur verba Sacrae scripturae ad commendationem huius erubescenciae. Secundò ostenditur multipliciter, quòd peccatū sit valde erubescibile. Tertio sex decim enumerantur, de quibus debet homo erubescere.

Capitulum decimum sextum, de erubescencia mala: vbi ponuntur tria quæ possunt valere ad detestationem huius peccati. Et vbi ponitur primum, tangitur triplex causa timiditatis. Vbi verò secundum ponitur, ostenditur triplex fatuitas eorum qui erubescunt bene agere. Vbi verò ponitur tertium, ostenditur quòd erubescences de bono, male se habent ad Deum tripliciter & ad bona opera. Et quòd bona opera tripliciter glorificant hominem. In fine tanguntur quatuor remedia contra erubescenciam malam.

Capitulum decimum septimū, de malitia irrisorum, quæ multum nociua est Ecclesiæ.

Capitulum decimum octauum, de superbo ornatu lectorum: vbi primò tanguntur reprehensibilia in lectis. Secundò ponuntur sex quæ debent homines cohibere à lectis superbis.

Capitulum decimum nonum, de illa superbia, quæ apparet me-

quitaturis: vbi primò tanguntur quatuor, in quibus hæc superbia potest apparere. Deinde ponuntur septem, quæ deberent homines cohibere ab hac superbia.

Capitulum vigesimum, de superbia quæ apparet in familia: vbi tria reprehensibilia tanguntur circa familiam.

Capitulum vigesimum primū, de superbia conuiuiorum: vbi quinque tanguntur, in quibus apparet hac superbia.

Capitulum vigesimum secundum, de superbia ædificiorum: vbi primò tanguntur sex, quæ possunt esse reprehensibilia circa ædificia. Secundò ponuntur sex quæ deberent cohibere ab amore superborum ædificiorum. Et vbi ponitur sextum, ostenditur multipliciter fatuus esse qui superbia ædificia constituit. Deinde tanguntur quæ deberent prohibere claustrales à superbis ædificijs.

Capitulum vigesimum tertium, de superbia librorum: vbi octo ponuntur quæ possunt valere contra hoc peccatum.

Capitulum vigesimum quartū, de superbia cantus: vbi breuiter tanguntur quæ videntur esse reprehensibilia circa cantum.

Capitulum vigesimum quintum, ex quibus bonis nascatur superbia.

Capitulum vigesimum sextum, quod fatuus sit & impius qui de bonis suis superbit: quod ostenditur quinque rationibus.

Cap

Capitulum vigesimumseptimum quod fatuus sit qui de bonis corporalibus superbit: videlicet de sanitate, fortitudine &c.

Capitulum vigesimumoctauum, quod fatuum est de nobilitate generis superbire: quod ostenditur decem rationibus.

Capitulum vigesimumnonum de duplici nobilitate animi. Et de sex signis veræ nobilitatis.

Capitulum trigesium de consuetudine illarum ecclesiarum quæ nolunt canonicare nisi nobiles: vbi tanguntur sex causæ, quare ista consuetudo videtur reprehensibilis. Vbi verò ponitur prima causa, tanguntur quinque perueritates que videntur esse his ecclesijs.

Capitulum trigesiumprimum quod fatui sunt qui superbiunt de his bonis, scilicet libertate corporis, & de bonis naturalibus animæ, diuitijs, potestate, gratia, vel gloria humana, scientia, vel virtute.

Capitulum trigesiumsecundum de superbia ministrorum ecclesiæ: vbi primò tanguntur quinque causæ propter quas timenda est eis superbia. Deinde multipliciter obijcitur contra quatuor responsiones quas solent obijcere superbi clerici, contra persuasiones, quæ eis fiunt, vt superbiam exteriorem tæueant. Vbi verò obijcitur contra primam responsionem, ponitur quadruplex ratio, quod non sufficiat ministris ecclesiæ

humilitas interior, si non adfit exterior.

Capitulum trigesiumtertium de superbia prælatorum, vbi sex rationes ponuntur ad hoc, quod prælatis sit multum conandum contra superbiam, & ad humilitatem.

Capitulum trigesiumquartum de superbia claustralium: vbi distinguuntur quatuor species superbiæ, quæ solent inueniri in claustralibus.

Capitulum trigesiumquintum de duodecim gradibus superbiæ secundum Bernardum.

Capitulum trigesiumsextum de quibusdam erroribus quæ sanz fidei aduersantur: vbi primò tanguntur nouem rationes, quare multum diabolus conetur seminare errores fidei contrarios. Secundò, agitur de errore diuinationis. Tertio, de errore maleficiorum. Quarto, de errore supersticiosorum remediorum. Quintò, de errore illorum qui credunt corporaliter & in veritate fieri, quæ tantum in somno fiunt. Vbi verò agitur de errore diuinationis, primò distinguuntur quatuordecim species diuinationis. Secundò ponuntur quinque, quæ possunt valere ad detestationem huius peccati. Tertio habetur specialiter de Sortibus quod non liceat eis uti. Quarto, an sint obseruanda somnia, & distinguuntur sex species somniorum. Quintò, ostenditur

quomodo eueniant frequenter quæ prædicunt diuini. Deinde quomodo diabolus prædicat futura. Et de Pythonissa quæ Samuellem suscitauit. Post errorem nerò maleficiorum & supersticiosorum remediorum v. tanguntur quæ faciūt ad hoc, quod maleficia vim habeant.

Cap. xxxvij. de peccato irreuerentia: vbi primò ostenditur, quod reuerentia sit exhibēda Deo, angelo, rebus sacris, ut ecclesiæ, & hominibus. Distinguitur etiam diuersæ personæ quibus reuerentia est exhibenda. Et specialiter ostenditur qualiter, & quare reuerentia sit exhibenda, & spiritualibus parentibus & carnalibus. Deinde tanguntur quinque quæ debēt homines mōnere ad soluendum decimas. Et ubi primum ponitur, ostenditur illum, qui bene soluit decimas in iiij. remunerari. Et qui malè soluit, in paupertate puniri. Et ostenditur quod decimæ, & similia soluenda sunt de melioribus integre & absque mora, & libenter.

Capit. xxxviii. de Inobedientia: vbi primò ponuntur quinque quæ ualere possunt ad detestationē huius uitij, in quorū primo ponitur multiplex pœna qua legitur punitum esse hoc peccatum. Et in tertio horū tanguntur mala quæ sequūtur ex inobediētia. Secundò ostēditur quod cuncta moneant ad obedientiam. Tertio distinguuntur quatuor quæ pertinent ad obseruantiam fo-

lennitatum. Et ubi ponitur quartum, ostenditur quod quinque sunt quibus uacandum est in festis. Quorum unum est meditatio sancta: & distinguitur circa quæ meditatio illa uersari debeat. Quarto ostenditur peruerfitas eorum qui contraria agunt illis quatuor propter quæ festa sunt instituta. Et ubi agitur de peruerfitate illorum qui in festis nō cessant à terreno opere, tanguntur quatuor causæ quare dies Dominica celebris est. Et aliæ quatuor quare in die Sabbati honor specialiter beatæ Virginie exhibetur. Quintò agitur de inobedientia eorum qui excommunicationem cōtemnunt: ubi primò distinguūtur duæ species excommunicationis. Et primò ponuntur xij. rationes quare multum timenda sit maior excommunicationis. Deinde ostēditur in quot personas peccat, qui minorem excommunicationem contemnit, nec timet communicare cum excommunicato. Sextò agitur de peccato indiscretè præcipientium. Vbi quatuor modi tanguntur indiscrete præcipientium. Et sex ponuntur, quæ deberent cohibere prælatos à multitudine præceptorum. Et ostēditur quod multa præcipientes sunt ualde impii. Et quod in claustris præcipue sit cauendum à multitudine præceptorum: ubi tanguntur tria quæ religionem destruūt. Septimò agitur de his qui nimis de facili excommuni-

cant: ubi quatuor ponuntur quæ deberent ab hoc cohibere. In fine tangitur de sententia iusta & iniusta.

Capit. xxxix. de peccato Vanæ gloriæ; ubi primò ostēditur quid sit uana gloria. Secundo ponuntur sex quæ faciūt ad detestationem huius peccati. Et ubi ponitur quartum, tanguntur octo fatuitates eorū, qui uanam gloriam amant. Vbi uerò ponitur quintum, ostenditur quomodo hoc peccatū sit cōtumeliosum Deo, & nociuum homini. Vbi uerò ultimo ponitur, tanguntur diuersa, quibus uana gloria comparatur. Et quod uana gloria oculo spiritali insidietur. Tertio uerò ponitur diuisio gloriæ, & tanguntur quædam ad detestationē carnalis gloriæ. Quarto ponuntur octo remedia contra uanam gloriam.

Cap. xl. de Hypocrisis: ubi ponuntur octo ad detestationē huius peccati. Et ubi secundum ponitur, tanguntur diuersa quibus hypocrita comparatur. Deinde quæritur quare dominus hypocritas in Euangelio ita persequatur. Et in fine distinguuntur tres species hypocrisis.

¶ Quarta pars, & ultima in tractatu de Superbia, est de octo remediis contra peccatum superbiæ.

TRACTATVS SEPTIMVS
de Inuidia, diuiditur in
tres partes.

¶ Prima est de ordine dicēdorum in hoc tractatu. Et de his quæ

possunt ualere ad detestationē inuidiæ. Et primò ponuntur uiginti ad hoc: deinde tanguntur pauca alia quæ ualent ad idem.

Secunda pars est de speciebus inuidiæ.

Tertia est de quatuor remediis contra peccatum inuidiæ.

TRACTATVS OCTAUVS
de Ira, diuiditur in qua-
tuor partes.

¶ Prima pars est de his quæ possunt ualere ad detestationē iræ. Secunda pars est de diuersis diuisionibus iræ.

Tertia, de peccatis quæ ex ira sequuntur.

Quarta de remediis contra iram.

¶ Prima pars subdiuiditur in quinque capitula.
Capitulum primum, de ordine dicēdorum in isto tractatu. Et de uerbis Sacræ scripturæ quæ dissuadent iram: ubi quatuor causæ tanguntur quare ira à corde sit auferenda.

Capitulum secundum, de quinque causis quare ira multum displiceat Deo: deinde de quatuor quare placeat diabolo. Tertio de malis magnis & multis quæ infert homini. Vbi triplex ratio ponitur, quod familiaritas iracundorum querenda non sit. Et in fine de triplici damno, quod prouenit ex impatientia.

Capitulum tertium, quod iracundus diuersis generibus rerum comparetur.

Capitulum quartum, de xviii. stultijs iracundi. Post ostenditur quæ iracundus

iracundus stultus sit iram recipiēdo & cōseruādo, & indicādo. Capitulum quintum, de sex iniquitatibus eius qui uult se vindicare. Et ponuntur duo ultima, quæ possunt ualere ad detestationē iræ. Secunda pars est de diuisionibus ad iram pertinentibus. Et de sex quæ faciunt ad detestationem odii.

¶ Tertia pars subdiuiditur in tria capitula.

Capitulum primū, de peccatis quæ ex ira proueniunt. Et de xij. quæ debent homines à guerra cohibere. Vbi uerò ponitur secundum illorū, tanguntur sex signa amoris, quæ Deus habet ad pacem.

Capitulum secundum de incēdiarijs: ubi primò ostēditur quis dicitur incēdiarius. Deinde ponuntur octo quæ deberent homines cohibere ab hoc peccato.

Capitulum tertium, de homicidio: ubi xij. ponuntur quæ deberent homines cohibere ab hoc peccato. Vbi uerò ponitur quintum eorum, distinguuntur quatuor peccata quæ dicuntur ad Deum clamare. In fine tangitur de morte iniustorum hominum.

¶ Pars quarta est de tribus remediis contra alienam iram: & de octo remediis contra propriam iram.

TRACTATVS NONVS,
de peccato lingua diuiditur
in tres partes.

¶ Pars prima est de ordine dicēdorum in isto tractatu. Et de xvij. quæ deberent hominē mo-

nere ad diligentem custodiā linguæ. Vbi octauum illorū ponitur, ostenditur quantum, & quot modis, & quam uelociter lingua noceat. Vbi uerò ponitur xv. illorū, ponuntur quinque ad quæ habendus est respectus in moderatione prædicationis.

Secunda pars est de xxiiij. peccatis linguæ.

Tertia est de octo remediis contra peccatum linguæ.

¶ Secunda pars subdiuiditur in xxiiij. capitula.

Capitulum primum de ordine dicēdorum in ista parte. Et de xxiiij. peccatis linguæ. Et primò de blasphemia, post de sex quæ faciunt ad detestationē huius peccati. Primum est multiplex pœna blasphemorum: & ubi ponitur quartum illorum, tanguntur alia sex quæ faciunt ad magnitudinē huius peccati. Post tangitur de personis quæ uidentur consentire blasphemantibus. Vitimò tangitur de spiritali blasphemia, & eius remedio.

Capitulum secundū de murmure. Vbi primò ponuntur septem ad detestationem huius uitii. Deinde ponuntur tres diuisiones murmuris, & quædam contra murmurantes contra infirmitatem, paupertatem temporis, inopertatem, & malorum prosperitatem, & bonorum aduersitatem. Tertio multa ponuntur contra murmur claustralium. In fine ponuntur quatuor remedia contra peccatum murmuris.

- Capitulum tertium de defensione proprii peccati: ubi nouem ponuntur quæ ualere possunt ad detestationem huius peccati. Vbi uero ponitur quintum, ostenditur tripliciter, quod defendens peccatum suum stultus sit, & in fine tangitur de diuersis modis excusandi peccatum suum.
- Capitulum quartum, de periurio: ubi primo distinguitur quæ species periurii. Secundò duodecim ponuntur quæ ualere possunt ad detestationem huius peccati. In fine septem ponuntur quæ Sacra scriptura dissuadet circa iuramentum.
- Capitulum quintum, de mendacio: & primo dicitur quid sit mendacium. Secundò ponuntur duodecim quæ possunt ualere ad detestationem mendacii. Tertio ponuntur diuisiones mendacii. Quarto tanguntur quatuor quæ possunt specialiter ualere contra peccatum falsi testimonii.
- Capitulum sextum, de detractione: ubi ponitur duodecim quæ possunt ualere ad detestationem huius peccati. Et ubi ponitur secundum, tanguntur multa quibus comparatur detractor. Deinde ponitur diuersæ species detractionum. Tertio multis de causis ostenduntur reprehensibiles qui audiunt detractiones. In fine tanguntur de his qui impatienter suscipiunt detractiones.
- Capitulum septimū, de Adulatione: ubi ponuntur sex ad detestationem huius peccati. Vbi uero
- ponitur tertium illorum, tanguntur multa quibus adulator uel adulatio comparatur. In fine ponuntur quatuor remedia contra peccatum Adulationis.
- Capitulum octauū, de peccato maleditionis: ubi quinque tanguntur quæ ualere possunt contra hoc peccatum.
- Capitulum nonum, de cōiuitio: ubi septem ponuntur quæ deberent hominem cohibere ab hoc peccato. Et in fine tangitur quod cōiuitium non est admittendum correctioni.
- Capitulum decimum, de peccato contentionis: ubi quinque ponuntur quæ deberent homines cohibere ab hoc peccato. Et in fine tanguntur quædam personæ à quarū contentione cauendum est.
- Capitulum undecimum, de peccato derisionis.
- Capitulum duodecimum, de peccato præi consilii: ubi ponuntur quinque quæ deberent hominem cohibere ab hoc peccato. In fine tanguntur quædam personæ à quibus cōsiliū sumendum non est.
- Capitulum decimumtertium, de peccato eorum qui seminant discordias: ubi tria ponuntur quæ homines deberent cohibere ab hoc peccato.
- Capitulum decimumquartum, de peccato bilinguū: ubi tria ponuntur quæ hominem deberent cohibere ab hoc peccato: & ostenditur quod hoc peccatum, tripliciter nocet proprio subiecto.

Capit

- Capitulum decimumquintum, de peccato eorum qui rumores amant.
- Capitulum decimumsextum, de iactantia: ubi tria ponuntur contra hoc peccatum.
- Capitulum decimumseptimum, de secretorum reuelatione: ubi tria tanguntur contra illud peccatum.
- Capitulum decimumoctauum, de indiscreta comminatione: ubi quatuor ponuntur contra hoc uitium.
- Capitulum decimumnonū, de indiscreta promissione: ubi etiam tria tanguntur, contra hoc peccatum.
- Capitulum uicesimum, de uerbo otioso: ubi primo tangitur quid dicatur uerbum otiosum. Deinde ponuntur septem quæ deberent homines cohibere à uerbis otiosis. In fine tanguntur quinque quæ sunt timenda circa uenialia peccata.
- Capitulum uicesimumprimum, de multiloquio: ubi octo ponuntur quæ deberent homines cohibere ab hoc peccato.
- Capitulum uicesimumsecundum, de turpiloquio.
- Capitulum uicesimumtertium, de scurrilitate: ubi tria ponuntur quæ possunt ualere contra hoc peccatum. Deinde ponitur quæ inueniuntur in scripturis de ritu huius temporis.
- Capitulum uicesimumquartū, de indiscreta taciturnitate: ubi ostenditur quod semper tacere uitiosum est. Et quod nimia taciturnitas præcipue sit reprehensibilis in prælatis. Tertia pars est de octo remediis contra peccatum linguæ. Et post octauum illorum ponuntur quædam ad commendationem silentii claustralis. Vbi uero ponitur tertia commendatio, tanguntur plura multa bona, quæ ex silentio proueniunt, &c.

Bb 3

F I N I S.

REVERENDISSIMI

AC EXIMIIS SACRAE THEO-

logiae professoris Guilielmi Peraldi Episcopi

Lugdunensis, ex sacro Ordine Prædica-

torum, Tomus Secundus, qui

SVMMA VITIO-

RVM ap-

pellatur.

TRACTATUS I. DE VI-

TIIS IN COMMUNI,

PARS I.



DICTURI de sin-
gulis. Vitiis, cū op-
portunitas se of-
fert, incipiemus à
uitio Gulæ: & quia
locus se offert, & propter hoc
quod dicit Glossa super Matt. 4.
In pugna Christi prius contra
gulam agitur, quia nisi hæc prius
refrenetur, frustra contra alia vi-
tia laboratur. Et alia gloss. dicit
ibi, quod diabolus uictus de gu-
la, non tentat de libidine. Ante
omnia tamen ostendemus, do-
ctrinā uitiorum perutilem esse,
per hoc quod uitia studio & summa
diligentiā sunt uitanda: Vitari
autem non possunt, nisi prius co-
gnoscantur.

¶ Quod uitia summa diligentia
sunt uitanda, tribus ratio-
nibus ostenditur.

TRIPLICI autē ratione
potest ostēdi uitia summa dilige-
tia esse uitanda: scilicet quia dæ-
mombus ualde placēt, Deo sum-

mè displicēt, homini uerò sum-
mè nocent. Quod ualde placēt
uitia dæmonibus, ostenditur ex
assiduitate tentandi. De qua di-
cit Greg. Assidua tentatione dia-
bolus tentat, ut saltem tediū uin-
cat. Tētatio uerò diaboli ad hoc
est immediatē, ut in malū culpæ
hominem impelat. Vnde Greg.
de illo: Nihil se fecisse æstimat,
quum animas non fauciat.

¶ Quod Deus summè odiat pecca-
tum, triplici ratione ostenditur.

QVOD autem Deus summè
odiat peccatum, ostenditur tri-
plici ratione. ¶ Primò, ex hoc, quod
illiud quod maximè uidetur odi-
re, scilicet diabolum, non odit
nisi ratione peccati: & eum ama-
ret, si peccatū non esset, tãquam
creaturam suam. Vnde Sap. 11.
Nihil odisti eorum quæ fecisti.
Quod intelligendum est, nisi
propter peccatū adiunctū, quod
ipse non fecit. Vnde quum illud
propter quod aliquid est tale, sit

magis

magis tale, constat uitū esse ma-
gis exolum Deo quàm diabolū.

¶ Secundò, potest idem ostēdi
per hoc quod Deus nō habet ita
bonum amicū in cælo, nec in ter-
ra, quem non haberet odio ad
mortē, si inueniret peccatū mor-
tale in eo. Vnde licet Petrus ar-
dentius amasset Christum quàm
ceteri Apostoli: tamen Christus
eum damnasset, si decessisset in
peccato trinæ negationis. Bene
ostendit Deus quantū odiat pec-
catū, quādo filios suos quos tan-
tum dilexit quod pro illis mori uo-
luit, in ignem inextinguibilem
proiciet, quando inueniet in eis
peccatum mortale. ¶ Tertio po-
test ostēdi idem per hoc, quod
Deus filiū suum crucifigi uoluit,
ut cum eo peccatum crucifigere-
tur. Vnde Aug. super illud ad Co-
loss. 1. ubi loquitur de chirogra-
pho: Innocens occiditur, & pec-
catum crucifigitur. Et Deus pater
dicit de filio suo, Esa. 53. Propter
scelus populi mei percussi eum.
Si quis diceret se rantum odire
aliquem quod uellet eum cum pro-
prio filio gladio uno trāsuerber-
asse, uel cū propria matre, satis
uideret quod haberet eū odio. Sic
Christus odit peccatum, uoluit
enim uno gladio illud secū trās-
uerberari. Animam etiam matris
sux uoluit cum peccato eodem
gladio trāsuerberari. Vnde Luc.
2. dicit Simeon ad beatam Virgi-
nem: Et tuam ipsius animam per
trāsibit gladius. Pertranabit, in-
quam, per compulsionem.

¶ Quod peccatum noceat homini,
quatuor rationibus ostenditur.
Et enumerantur sex quæ pecca-
tum auferunt homini.

QVOD autem peccatū sum-
mè noceat homini, potest ostē-
di multis rationibus. ¶ Primò,
per hoc quod nihil potest homi-
ni nocere nisi per peccatum: Vn-
de solū caueat homo sibi ab isto
hoste: & non sunt timendi ei alii
hostes. Nec diabolus, nec homo
malus, nec infirmitas, nec mors,
nec alia aduersitas potest ei no-
cere, si à peccato cauerit sibi. Ad
hoc pertinet hæc testimonia scri-
pturæ quæ sequuntur. Greg. Nul-
la nocebit aduersitas, si nulla do-
minetur iniquitas. Et illud Ecce-
siast. 8. Qui custodit mandatum,
non experietur quicquam mali.
Nihil enim erit ei malum uel no-
cium. Esa. 3. Dicite iusto, quia
bene &c. Et ad Roma. 8. Scimus
quoniam diligentibus Deum om-
nia cooperantur in bonum. Ad-
plus nō potest nocere diabolus
uel persecutor iusto, nisi quia fa-
bricabit ei coronam æternam.
Bernardus: Incundum Dei indi-
cium: quia ille superbus humili-
fuit malleator nesciens eis coronas
fabricat perpetuas omnes impu-
gnando & omnibus succumben-
do. Et David: Supra dorsum meū
fabricauerunt peccatores. Fabri-
cauerunt, inquam, coronam per-
petuam. ¶ Secundò, potest ostē-
di quantū noceat homini pecca-
tum, per hoc quod nihil est homini
ad eò salubre, quod peccatū non

B b 4 red

reddat ei noxium. Ipsam uitam conuertit peccatum homini in mortē, & ipsam salutem in damnationē: sicut patet in sacramento altaris, quod qui indignē accipit, iudiciū sibi manducat & bibit, id est, damnationē. Peccatum ad illum qui nō solum est benignus & mansuetus, sed ipsa benignitas & mansuetudo nobis quasi furibūdum reddit. David, Domine ne in furore, &c. Furor eius uidebitur, quando filios suos in ignē proiciet, nec inde extrahet eos. ¶ Tertiō, potest ostendi quā tū noceat peccatū homini: quia meliori parti hominis nocet, scilicet animæ. Vnde Eccle. 21. Dent illius dentes Leonis, interficiētes animas hominum. Nec solum animæ nocet, imō etiam corpori. Vnde sequitur: Quasi rōphæa bis acuta omnis iniquitas. Bis acuta dicitur: quia interficit animam & corpus. Sequitur, Plagæ illius nō est sanitas. Intellige post uitā istā. In quo innuitur, quod non parū noceat peccatum tam corpori quā animæ. ¶ Ad ultimū: peccatū omnia bona aufert homini, & ferē omnia mala infert. ¶ Primō, aufert Deum: Secundo, regnum æternum. Tertiō, fraternitatem Ecclesię. Vnde Ecclesiastic. 13. Quæ communicatio hominis sancti ad canem? Quarto, bona Ecclesiæ. David: Particeps ego sum omnium, &c. Quinto, bona propria. Amb. Qui charitatem nō habet, omne bonum amittit quod habet. Sexto, au-

feret homini seipsum. Et hoc duobus modis. Primō, quia in seruitutem diaboli transit. Secundo, quia melius esset ei quod natus nō fuisset, si sic perseuerauerit. Vnde quum ante peccatum quoddā pretiosum esset, esse per peccatum transit ad statum in quo minus eligendum est esse quā nō esse. Patet, quia plus nocet homini, quā si omnino auferretur ei esse. Ferē etiā omnia mala infert peccatum, sicut manifestum erit cum de singulis peccatis agetur.

¶ *Quōd uita uitiorum sit aspera, & molesta in presenti, tribus rationibus ostenditur.*

S E D hic ad præsens sufficiat ostēdere, quod uita uitiorū est aspera & molesta etiam in præsentī. ¶ Ostendemus autē hoc tripliciter. ¶ Primō, per iustitiā Dei, quæ non finit dedecus culpæ esse in homine usque decore uindictæ: sicut dicit Aug. Vnde idem Aug. Iussit Deus, & uerum est, ut sua pœna inordinatus sit animus. Multæ molestiæ sequuntur odiū, uel irā, uel unā de aliis uitis. Vnde Hiere. 2. Scito, & uide quā malum & amarum est dereliquisse te Dominum Deum tuum. Ad minus sequitur hæc pœna de peccato, scilicet remorsio cōsciētiae. ¶ Secundo, potest ostendi idē, per hoc quod opus uitii est in extremis, sicut opus uirtutis est in medietate. Natura uerō in medietate delectatur: in extremis uerō contristatur. Vnde David: Iustitię Domini rectæ, laticantes corda, Tertiō,

¶ Tertiō, ostenditur idem per hoc quod uitium innaturale est: sed uirtus est secundum naturam. Vnde Bern. Nullum uitii natura le est: omnis uerō uirtus homini naturalis est. Deinde subiungit: Virtus, quoniam res naturæ est, cum uenit in animum, aliquando non uenit sine labore: sed uenit in locum suum, & fideliter sedet, & bene cum ea conuenit natura. Vita ergo uitiorum aspera est: uita uerō uirtutum est suauis. Sed sicut dicit Hiero. insuauem & asperam fecit nobis uia uirtutum longa cōsuetudo peccandi. Et habetur simile in lumine solis, quod est delectabile oculis. Vnde Eccle. 11. Dulce lumen est, & delectabile oculis uidere solem. Contristat tamen lux solis, oculos tenebris affluetos. ¶ Peccatum ergo dæmonibus placet, Deo summē displicet, & homini summē nocet, sicut ostensum est. Abominabilem etiam reddit hominē, & Deo, & Angelis, & hominibus. Vnde David: Corrupti sunt, & abominabiles facti sunt in iniquitatibus suis. Summa ergo diligentia est uitandū. Si uerū dæmones, & mali homines, & bestię & omnes aliæ creaturæ quæ possent homini nocere, essent simul cōgregatæ ex una parte, magis timendū esset unū peccatū mortale quā omnia illa. Ad hoc autem quod nos debeamus ita fugere peccatū, pertinet quod legitur Eccle. 21. Quasi a facie colubri fuge peccatum. Et

illud Sene. Cum hominibus pacem habe, cum uitis bellum. Et iterū: Vitia sine modo & sine ordine persequenda sunt: quia modum & ordinem non habent.

T R A C T A T V S II.

De uitio Gula.

De ordine dicendorū in hoc tractatu. Et de quatuordecim quæ ualere possunt ad detestationem uitii Gula. PARS I.



O C ordine dicemus de uitio Gulae. Primō dicemus de his quæ faciunt ad detestationem huius uitii. Secundo, de speciebus eius. Tertiō, de satellitibus quibus uitium istud. Quarto, de remediis contra hoc uitium. ¶ Quatuordecim autē sūt quæ faciūt ad detestationē huius uitii. ¶ Primū est hoc quod natura dissuadet nobis illud. Vnde legitur in sciētia naturali, quod inter animalia magnorū corporum nulli dedit natura tam strictū os secundū corporis qualitatem, sicut homini, quod sine dubio factum est ad commendationem temperantię & detestationē Gulositatis. ¶ Secundum est hoc quod uitium istud est requies dæmonum: unde Matt. 12. Quū immundus spiritus exierit ab homine, ambulat per loca arida quærens requiē, & non inuenit. Loca arida sunt homines separatē uiuentes, in quibus diabolus nō inuenit requiem. Vnde legio dæmonum dixit Domino,

B b 5 utile

ut legitur Matth. 8. Si eiicis nos in gregem porcorum. quod Dominus permittit eis. Postquam enim aliquis quasi porcus uitio gulae est subditus, daemone habitaculum est. Vnde dicit Gloss. Nisi quis more porci uixerit, diabolus potestatem in eo non accipit.

¶ De triplici iniuria qua fit proximo ex uitio Gulae.

TERTIVM est multiplex iniuria proximi quae sequitur ex uitio isto. Triplicem autem iniuriam proximi quae sequitur ex uitio isto ponemus ad praesens. Prima est, proximi corruptio. Vnde in Psal. Sepulchrum patris est guttur eorum. Ad literam, homo qui se inebriat uespere, os foetidum habet sequenti mane ad modum sepulchri. Sed ad corruptionem mali exempli possumus hoc referre. Malo enim exemplo corrumpunt gulosi proximos suos. Ad quod pertinet quod legitur ad Rom. 14. Si propter cibum tuum frater tuus contristatur, iam non secundum charitatem ambulat. Noli cibo tuo illum perdere, pro quo Christus mortuus est. Et in epistola Iudae de gulosis dicitur: Hi sunt in epulis suis maculae conuiuialis. Non solum sunt maculae alios maculantes suo exemplo. Secunda iniuria est, quod unus gulosus expedit in piscibus, unde uiginti pauperes satis haberent de pane. In quo fratres suos de portione eorum defraudat. Omnes fideles fratres

sunt. Vnde Bern. Noli putare gratitutum, quod impendis proximo: uelis nolis debitor es. Tertia iniuria est, conuiuia & uerbera quae ebrii & uariis repleti ferculis solent inferre uicinis suis. Tumultuosa enim res est ebrietas: ut legitur Proverbiar. 20.

¶ De multiplici contumelia qua sequitur ex uitio Gulae.

QVARTO facit ad detestationem huius uitii multiplex contumelia Dei, quae sequitur ex uitio isto. Ex quibus septem ponemus ad praesens. ¶ Prima est, quia uitium istud uilissimum creaturam dei facit, uentrem scilicet, iuxta illud Apost. ad Phil. 3. Quorum Deum uenter est, ubi dicit Aug. Hoc ab homine colitur quod praeter cetera diligitur. Idololatria ista deterior est in hoc, idololatria pagana: quia illi auro & argento & marmoreis lapidibus honores diuinis impedere solent: sed gulosus uentrem pro Deo honorat, qui est quasi latrina. In hoc uidentur hoc uitium detestabilis esse cunctis aliis uitis. Secunda contumelia est, quia de templo spiritus sancti coquinam facit. Vnde 2. ad Corinth. 6. Vos enim templum Dei uiui estis. De hoc templo facit coquinam, qui a deo se implet cibis & potibus, quod igniculus naturalis non sufficit illud decoquere: sed tanquam ex lignis uiridibus uel humidis fumum producit qui hominem pigrum & somnolentum reddit. ¶ Tertia contumelia est, quod animam quae imago

est beatae Trinitatis, multum deturpat obscurando eam, unde in hominibus, qui laborant uitio isto, impletur illud uerbum Prophetae: Denigrata est facies eorum super carbones. Vnde Hierony. Nihil adeo obruit intelligentiam: ut comestatio & ebrietas. ¶ Quartum est, quod hoc uitium multum elongat a Deo. Ad quod pertinet quod dicitur in Psal. In chamo & fraxino maxillas eorum constringe, qui non approximant ad te. Non approximantes ad Deum, sunt homines cibo & potu se replentes, quibus optat Dauid magis ac magis constringi maxillas, id est, parcius uictualia dari: ut sic saltim cogatur approximare sicut accedit famelicus ad dominum. ¶ Quintum est, quod uitium hoc Dei obliuionem inducit. Vnde Osee 13. Saturati sunt & eleuauerunt cor suum: & obliuati sunt mei. ¶ Sextum est, quod Deum blasphematur. Vnde super illud 1. ad Corinth. 10. Siue comeditis, siue bibitis, omnia ad gloriam Dei facite, dicit Aug. Si quod manducas & bibis, ad refectionem corporis sumis, sustentationemque membrorum, gratias agens ei qui tibi mortali & fragili tribuit ista supplementorum solatia, cibis tuis & potibus tuus laudat Deum. Si uero modum naturae debitum immoderatione edacitatis excedas, & uinolentia te ingurgites, quantaslibet Dei laudes lingua tua resonet, uita tua blasphematur. Sicut formositas operis artificialis laudat, sic eius

deformitas eum quodammodo blasphematur. Hier. Valde absurdum est nimia saturitate uelle honorare sanctum, quae scimus Deo placuisse per ieiunium. Quidam sanctus dixit: Venter receptaculum ciborum omnes hominum labores & momentanea gulae blandimenta stercoreis sine condensatione: id est, uana fuisse probat. Vnde male uinens, creatorum suum blasphematur. ¶ Septimum est, quod hoc uitium contemnit Deum & quicquid Deus habet. Vnde Esau qui tenet figuram guloforum, dicit Genes. 25. Quid mihi proderunt primogenita? Et paucis interpositis subditur: & abiit paruipendens quod primogenita uendidisset. De gulosis uerum est illud, quod pro nihilo habet terram desiderabilem, & illud Thren. 1. Dederunt pretiosa quaeque pro cibo ad refocillandas animas. ¶ Quintum quod facit ad detestationem huius uitii est hoc, quod uitium istud inquinat membrum illud, in quo magis indecens est immunditia quam in alio membro. In ore minus tolerabilis est immunditia, quam in alio membro, duplici ratione. Primo propter nobilitatem membri. Secundo, quia praeter ceteris membris deputatum est diuino officio. ¶ Sextum est, quod prima prohibitio quae Deus dedit, data fuit contra uitium istud. Vnde Genes. 2. De omni ligno paradisi comedere de ligno autem scientiae boni & mali ne comedas. ¶ Septimum est, hoc quod

quod uitium istud laqueus est in uia per quam necesse est nos ire: & ideo magis timendum est nobis. Vnde diabolus hoc uitio hominem tentauit cum esset in paradiso, & in statu innocentiae. Iste etiam uitio primo aggressus est tentator filium Dei. Vnde Gregorius loquens de illo uerbo, De necessitatibus meis erue me: dicit, Necessitates corporales hoc habent periculosum, quod in eis saepe minime dignoscitur quid circa eas uitio uel utilitatis studio agatur. Has necessitates Psalmista cupit euadere, sciens plerumque uoluptatum culpas occasione necessitatis prorumpere. Ait August. Sumenda sunt alimmenta tanquam medicamenta: sed dum ad quietem satietatis ab indigentia transitur, in ipso transitu laqueus concupiscentiae insidiatur. Frequenter enim dum hoc fit, adiungit se quasi pedisse qua periculosa iocunditas, & plerumque praecurrit ut eius causa fiat quod causa salutis fieri debuit, & gaudet infelix anima, ut obtentu salutis obumbret negotium uoluptatis. ¶ Octauus est hoc quod totiens in Euangelio exprimitur tormentum huic uitio reddendum. Vnde pluries dicit Dominus in Euangelio: Ibi erit fletus & stridor dentium, & dicit glossa qui de edacitate gauisus sunt. Et Luc. 16. Mitte Lazarum ut intingat extremum digiti sui in aquam ut refrigeret linguam meam: quia crucior in hac flamma.

¶ De multiplici malo quod legitur in Scriptura ex uitio Gulae subsecutum.

NONO facit ad detestationem huius uitii multiplex malum proueniens ex hoc uitio. Et primo enumeremus mala quae in Sacra Scriptura reperiuntur euenisse occasione gulae. Secundo mala quae eneniuntur quotidie his in quibus est uitium istud. Primo enim occurrit nobis quod uitium gulae in matre nostra Eua occasio fuit omnium malorum. Secundo legitur Gen. 9. quod Noe qui perfectus fuit in generationibus suis, uitio isto deuiatus sit. Bibens enim uinum inebriatus est & nudatus in tabernaculo suo. Tertio legitur Gen. 19. quod Loth, quae Sodoma non uicit, uino inebriatus, duplicem incestum commisit. Quarto legitur Gen. 25. quod Esau uitio isto dignitatem primogeniturae amiserit. Quinto legitur Gene. 4. quod Pharaon faciens conuiuium grande, magistrum pistorum suspexit. Vitio etiam gulae populus Israel iram Dei meruit. Vnde in Psalm. Adhuc escam eorum erant in ore ipsorum, & ira Dei, &c. Et 2. Reg. 13. Absalon fecit conuiuium, & interfecit fratrem suum Amon, cum temulentus esset uinum. Et de Holoferne legitur Iudith. 11. quod bibit uinum multum nimis quantum una die nunquam biberat in tota uita sua, & interfecit eam à Iudith. Legitur etiam in principio Iob, quod filii Iob bibentes uinum in domo fratris sui primogeniti sunt oppressi, & dicit

cit

cit Greg. In maioris fratris conuiuio filios Iob Sathan obruit. Nūquid illi uetri uocabatur: Quasi diceret, Non: sed tamen inter conuiuia, mentis bona intentio minus feruet & minus prouidet. Et in Euangelio legitur, quod Herodes conuiuium faciens, Iohannem Baptistam occiderit.

¶ De multiplici malo quotidie corpori & anima ex uitio Gulae proveniente.

MALA uero quae proueniunt quotidie ex hoc uitio illis qui habent hoc uitium, multa sunt. Et primo enumeremus ea mala quae eneniuntur spiritui. Inter quae primum est grauius spiritus. Vnde dominus Luc. 21. Attēdite ne grauetur corda uestra in crapula & ebrietate. Crapula est cruda epula, quando tantum de cibo sumitur quod calor naturalis non sufficit ad decoctionem eius. Aded enim grauiatur spiritus nimietate cibi & potus, ut sit quasi sepultus. unde Osee 9. Memphis sepeliet eos. Memphis interpretatur, ex ore. Nimietas cibi & potus ex oris uitio occasionem habet homines sepelire. Greg. Quāto corpus impletur, tāto anima minoratur. Vnde Hier. Qui luxuriatur, uiuus mortuus est: & qui inebriatur, mortuus est, & sepultus. Rabanus: Vi se sepulchrum est ebrietas. Sepultura ista quasi quaedam submersio spiritualis est. In aqua enim sepeliri est submergi. ¶ Secundum malum est loquacitas, Vnde Greg. in homilia, de diuite epulone: Prima

in male conuiuantibus famulatur culpa loquacitatis, post loquacitatem Iudi etiam leuitas sequitur. ¶ Tertium est, lasciuia. Exod. 32. Sedit populus manducare & bibere, & surrexerunt ludere.

¶ Quartum malum est luxuria. Vnde Hierem. 5. Saturauit eos, & mœchati sunt. Ad Ephef. 5. Nolite inebriari uino, in quo est luxuria. Prou. 20. Luxuriosa res est uinum. Hier. ad Eustochium: Virgo Christi uinum fugiat ut uenenum. Idem: Quicquid seminari est uoluptatis, uenenum puta. Idem, Quādiu Eua in paradiso abstinuit, uirgo fuit: quādiu citō praecceptum abstinentiae uiolauit, corruptionem sensit. Idem ad Furiā uirginem: O filia si Apostolus castigauit corpus suum, & in seruitute redegit, ne cum aliis praedicaſſet reprobus efficeretur: quomodo tu iuuēcula adhuc in furore iuuentutis posita, dapibus & uino plena, de castitate eris securā: Ipsa etiam auaritia quādoque prouenit ex uitio gulae. Vnde Hier. Deliciae & epularum uarietas auaritiae fundamenta sunt. Idem: Tolle epularum & libidinis luxuriam, nemo quaerit diuitias, quarum usus uel in ventre uel sub ventre sunt.

¶ De innumeris uitiijs proueniens tibus ex hoc uitio, scilicet Immisericordia, &c.

SEQUIITUR ex hoc uitio similiter Immisericordia. Vnde Amos 6. Bibentes uinum in phialis & optimo unguento delibuti, nihil compatiebatur super cōtritio-

ne

ne Ioseph. Ad idē facit quōd legitur Luc. 16. de diuite epulone qui Lazaro compassus nō est. Et uniuersaliter homo uitio gulæ subiectus nulli alii uitio resistere potest. Vnde Galenus: Ebriosus, feruus est omnium peccatorum. Nul lum peccatum potest uincere qui captus est hoc uitio. Ex quo enim ori, quod est quasi porta hominis, uitium gulæ, quod est quasi de familia diaboli, dominatur, tota familia diabolica, scilicet uniuersitate uitiorum permittit intrare. ¶ Vitium gulæ reddit hominem stultum, imo insanum, & ad ultimum reddit eum quasi porcum. ¶ Ad primū faciūt hæc testimonia scripturæ. Prou. 20. ubi loquitur de uino & ebrietate. Quicumque his delectatur, non erit sapiens. Et in Iob 28. Sapiētia nō inuenitur in terra stauiter uiuentium. Sen. Copia ciborum subtilitas impeditur. Hiero. Vēter pinguis non gignit tenuem sensum. Tullius: Mente recta uti nō possunt multo cibo & potu repleti. ¶ Ad secundum pertinet quod legitur Osee 4. Vinum & ebrietas auferunt cor: id est, mentē. Et eiusdē 7. Cœperūt principes furere à uino. Seneca: Nihil aliud est ebrietas, quam uoluntaria insania. ¶ Ad tertium facit quod dicit Senec. Quosdam uentri obediētes loco animalium numeremus, nō hominum. Hiero. Qui post carnem ambulant in uentrem & libidinē prouocant, quasi irrationabilia animalia reputantur. Et 2. Petr. 2. dicitur de talibus: Hi

uelut irrationabilia pecora naturaliter in captione & perniciem. Et glossa interlin. supplet tendunt. In hoc tamen deteriores sunt irrationabilibus animalibus, quia illa non incidunt in laqueos quos uident, uel in laqueos in quos alia uice ceciderunt, quod isti faciunt. Vnde Hieron. Bruta animalia & uagæ aues in easdem pedicas retiaque non incidunt. ¶ Præter ista mala quæ spiritualia uidentur esse, sequuntur multa alia mala ex uitio gulæ. Primò fames. Vnde de gulosis in Psal. dicitur: Famē patientur ut canes. Osee 4. Comedent & non saturabuntur. Hieron. Voluptas habita, famem, non saturitatem parit. Et Lucæ 15. dicit filius prodigijs, qui tenet figuram gulosorum: Ego autē hic fame pereō. Et ad literam est hoc uerbum de illo qui inebriatus se uespere, quod sitit in sequenti mane. Vnde Prou. 23. dicit Salomon in persona talis: Quando euigilabo, & rursus uina reperiam. Deinde sitit usque ad prandium, nisi prius biberit. Idē accidit de esurie: quia in prandio non cessat esuries, uel quia non habet ea quæ uellet, uel quantum uellet, uel præparata ut uellet. Sicut enim dicit Augustinus: ubicumque querit caro refectioem, inuenit defectionem. Si autem accidat quod habeat, quæ, & qualia, & qualiter uult, non habet tantum uentrem quantum uellet habere, aut deest ei annona, aut faccus. Non potest esse sine fame, cui ex de-

fectu

fectu famis fames nascitur: tunc oportet eum ire spatiatum, ut sic eluriet, & sic famē uenetur. Læditur etiā natura. Vnde Iob. 20. Cum satiatus fuerit ardebitur, & omnis dolor irruet super eum. Homo satiatus ardeatur: id est, arctus sibi uidetur: sicut angustia uidentur alicui horrea sua propter multitudinem frumenti. Dolor enim irruet super eum: non enim consequitur uoluptatem quam quaerit. Vnde Tullius: Si uideres istos epulones uelut opimos boues stertere & sudare, intelligeres eos qui maxime sequuntur uoluptates minime assequi quod uolunt. Qui uitio gulæ laborat, patitur pro delectatione unius horæ molestiam acutam uel altam infirmitatem incidit. Seneca: Ebrietas unius horæ bilarem insaniam longi temporis tædio pœsat. Ecclesiast. 30. Amaritudo animæ, uinum multum potatum. Ex uitio etiam gula sequitur uigilia. Vnde Ecclesiast. 5. Dulcis est somnus operanti, siue parum, siue multum comedat: saturitas autem diuitis non finit eum dormire. Sequitur etiā in paupertate. Vnde Ecclesiast. 19. Operarius ebriosus nō locuplebitur. Prouerbi. 21. Qui diligit epulas, in egestate erit: qui amat uinum & pinguiam, non ditabitur. Causa uero quare talis non ditatur, tangitur in Aggæo, ubi sic legitur cap. 1. Qui congregauit merces, misit eas in faccum per-

tusum. Quandoque ebriosus quod per totam hebdomadam laborauit, in die Dominica ponit in faccum pertusum, scilicet in uentrem. ¶ Sequitur etiam ex uitio gulæ, corporis infirmitas: nec una tantum, sed plures & quandoque mors. ¶ Ad primū pertinet quod legitur Ecclesiast. 37. In multis escis erit infirmitas. ¶ Ad secundum pertinet quod dicit Seneca: Quis hostis in quemquam tam cōtumeliosus fuit, quam in quosdam uoluptates suas sunt? Sufficit alicui si hostem suum excæcat: sed uoluptates non solum excæcat uoluptuosos, sed etiam impotentes reddunt, & contractos, & leprosos ex diuersis alijs infirmitatibus affligunt. Ad tertium pertinet quod legitur Ecclesiast. 37. Propter crapulam multi obierunt. Et Seneca. Potest nostra prouidētia huic corpusculo longiorē prorogare moram, si uoluptates quibus maior pars perit, poterimus regere & coercere. ¶ Ad quartum pertinet quod legitur Eccl. 7. Inueni mulierem morte amariorem. Hæc mulier est uoluptas carnis quæ morte est amarior: quia nō una sola morte interficit, sed tripliciter: scilicet morte temporali, morte culpe, & damnationis aeternæ. Ad idem pertinet quod legitur Prouerbi. 23. Vacantes potibus, & dantes symbola, consumentur. Et post in eodem: Ingredditur blandē: sed in nouissimo mordebit ut coluber, & sicut regulus uenena dif-

fund

fundet. Et Naum 1. Sicut spinę se inuicę complectuntur, sic conuiuium eorū pariter potentū consumetur quasi stipula ariditate plena. Hoc uitium seruum nostrū naturalē dominari nobis facit. unde Eccle. 12. Benefac humilid est, animę: & ne dederis impio: id est, corpori. Prohibe panes illi dari, ne in ipsis potentior te sit. Et Prou. 29. Qui delicatē a pueritia nutrit seruū suū, postea sentiet eum cōtumacem.

¶ *Quod uitii Gula est ma de grauioribus infirmitatibus.*

DE CIMVM faciēs ad detestationē huius uitii est hoc, quod uitii istud est una de grauioribus infirmitatibus spiritualibus. Perpenditur autem grauitas huius infirmitatis ex hoc, quod citō interficit uel suffocat, durē affligit, uix curatur, multas expensas requirit, quę tamen potius nocent quā profint. Omnia etiā genera infirmitatum & spiritualium & corporalium inducit hęc infirmitas. Propter primum assimilatur hęc infirmitas squinantię, quę est infirmitas gulę citō suffocans hominem. Propter secundum assimilatur hęc infirmitas cuidam infirmitati quę dicitur appetitus caninus, uel bolimus. Affligit enim hęc infirmitas hominē fame infatiabili, sicut ostēsum est prius. Vnde Prouer. 13. Iustus comedit, & implet animā suam: uenter autē impiorum infatiabilis est. Vix etiam curatur uitium istud: quia initium

habet ab humana necessitate, sicut ostēsum est prius. Nec senectute uidetur deficere sicut luxuria: imō tunc augetur, & medicamentū eius uertitur in nocumentū. Vnde Grego. in Moral. Quot solatia ad uiuendi usum querimus, quasi tot nostrę aegritudinibus medicamentis obuiamus: quia hoc ipsum medicamentū in uulnus uertitur: quia exquisito remedio paulō diutius inhærētes, ex eo grauius reficimur, quod prouidē ad refectiōē paramus. Senes enim magis amant bonū uinū: expēsas etiā tantas requirunt hęc infirmitas, ut multi hoc uitio depauperentur, & semper detentius se habēt. Quomodo autem ex hac infirmitate ceterę introducātur, satis manifestum est ex prædictis. ¶ Undecimū faciēs ad detestationē huius uitii est hoc, quod ille qui hoc uitio capitur, a diabolo ualde periculosē capitur. Vnde cum diabolus querat eum mortificare, secundū illud Psal. Cōsiderat peccator iustū, & querit mortificare eum: iam est prope intentionē suā, cū ad gulam manū ei tenet. Ad hoc referri potest illud uerbum Sen. Voluptates inter res uilissimas præcipuē extirpa, quę more latronū in hoc nos amplectūtur ut stragulent, ¶ Duodecimū faciēs ad detestationem huius uitii est hoc, quod ille qui hoc uitio a diabolo tenetur, ualde firmiter tenetur. Hoc enim uitii est quasi quoddam frenū ori ipsius impositum.

Vnde

Vnde potest eum circumducere, ad uolūtātē suā: iuxta illud Iac. 3. Fręna in equorū ora ad cōsentendū nobis mittimus, & omne corpus eorū circumferimus. Est etiam uitii istud inter difformitates spirituales, quasi latitudinis: non talis, qualem habēt oracorum, qui dicūtur leporarii uel uenatici, sed talis qualem habet os infirmi. Infatiabilis enim est, nec sufficit ei quod gignit terra, nisi & aquatilia & uolatilia habeat. Vnde Hieron. Tauri paucorum iugerum pascuis aluntur, unica sylua pluribus elephantibus sufficit: homo uerō terra, & mari pascitur.

¶ *De graui seruitute qua laborat gulosus, quę in sex attenditur.*

PENULTIMVM faciēs ad detestationē huius uitii est hoc, quod ille qui laborat hoc uitio, est in seruitute ualde graui, & ualde ignominiosa. ¶ Sex autē sunt in quibus attenditur grauitas huius seruitutis. ¶ Primū est hoc, quod ipse est seruus eius qui naturaliter debet seruire ei, scilicet corporis sui. Ad hoc pertinet illud quod legitur Prou. 19. Non decet seruū dominari principibus. Et illud Prouer. 30. Per tria mouetur terra, & quartū sustinere non potest, per seruū cū regnare cœperit. Seruus iste corpus est, ex cuius dominatione terra mouetur: quia homo uel ecclesia turbatur. ¶ Secundū est, quod talis omnium illorū seruus est quibus indiget corpus. Vnde

Senec. Multis seruit, qui corpori seruit. ¶ Tertium est, quia talem oportet seruire cuidā dominę, scilicet gulę, cui nullus potest seruire ad suā uolūtātē, quę uult singulis diebus parari bis sibi uaria fercula, de quibus nihil remanet: sed postquā tetigerit, proicit, & in locum turpitudinis, & quasi perditionis transmittit. Ad hoc pertinet quod legitur Ios. 1. Vlulate qui bibitis uinū in dulcedine: perit enim ab ore uestro; Et illud uerbū Bernar. Voluptas gutturis, quę tūc hodie aestimatur, uix duorū habet latitudinē digitorū. Non durat delectatio, nisi quantum durat transitu uile per gulā, & pro illo transitu uile domina gula tot & tanta sibi parari. ¶ Quartū est, quod ipse uili labori intendit: quia impletio loci immūdi, scilicet uētris. Quę enim ratione locorum immundorum euacuatio est uile opus, eadē ratio ne etiam impletio. Intēdit enim sacci unius refectio, & sacci immūditia pleni, cū intēdit refectio corporis. Corpus enim saccus est. Vnde in Psal. Concidisti saccū meū. Ipsa etiam gloriosa & beata caro Christi saccus uocatur. Quid autem est hoc, intendere refectio sacci unius x. l. annis, quem ad ultimū scio putrescendū? ¶ Quintū est hoc, quod uanus & quasi inutilis est labor eius. Satis uanus uidetur labor quo aliquis laborat, ut deliciose pascat latronem unum morti damnatū. Latro iste morti

Cc dama

damnatus, est corpus nostrum. Vnde Sen. Omnes capitali supplicio condemnati sumus. Satis etiã uidetur uanus labor quo homo laborat ut uermes splēdidē pascat. Non est curandū qualē inueniāt carnē uermes, uel pinguem, uel macilentā. Carnē impinguare, est uermibus escam præparare. ¶ Sextū est quod domina gula totū laborē hominis requirit. Vnde Eccles. Omnis labor in ore eius. ¶ Ultimū faciēs ad detestationem huius uitii est commēdauo sui contrarij, scilicet cōmendatio Tēperantiæ uel Ieiunij. Sed de hoc alibi dicitur.

De speciebus Gule. PARS II.

Sequitur de speciebus huius uitii, quæ sunt gastrimargia, siue comessatio & ebrietas. Dicitur autē gastrimargia, eo quod in castris uentris omnia mergantur. Ad cuius detestationē sufficiant ea quæ ad detestationem gulositatis superius dicta sunt.

¶ *Quæ mala ueniant ex Ebrietate.*

SED ad detestationē ebrietatis, quæ semper nitiosior est, aliqua addemus. ¶ Primum est, quod ebrietas proditiose agit. Exercitus enim illius pacificē recipitur, & post nocet. Vnde Proverb. 23. Ne intuearis uinū quando flauescit, cum splenduerit in uitro color eius: ingreditur blandē: ecce pacificus ingressus, sed in fine mordebis: ut coluber: ecce nocuentū. ¶ Secundo facit ad detestationem huius uitii multiplex maledictio, quā Deus ebrijs

facit. Vnde Esa. 5. Væ qui constrūgitis mane ad ebrietatem sedandam & potandum usque ad uesperum. Et post eodem cap. Væ qui potentes estis ad bibendum uinum. Et dicitur contra aliquos qui gloriantur ex hoc quod possunt multum uinum sustinere. In Esaia 28. Væ coronæ superbia ebrijs Ephraim. Et Proverb. 23. Cui uæ: cuius patri uæ? cui rixæ? cui foueæ? cui sine causa uulnera? cui sufforsio oculorum? Nonne his qui morantur in uino, & student calicibus epotandis? Et dicit Gloss. super illud, Cui sufforsio oculorū. Immoderatus haustus uini, exterioris & interioris uisus ingerit cæcitatē. ¶ Tertio facit ad detestationē huius uitii hoc, quod omnia bona dissipat in homine. Bona gratiæ dissipat usque ad fundamentū eorū, scilicet usque ad fidem. Vnde Eccles. 19. Vinum & mulieres apostatare faciunt sapientes: bona etiam naturæ exterminat usque ad insensibilitatem. Vnde Proverb. 23. dicit ebriosus: Verberauerunt me, & non dolui: uulnerauerunt me, & non sensi. Vnde Augustin. Ebrietas aufert memoriam, dissipat sensum, confundit intellectum, concitat libidinem, inuoluit linguam, corrumpit sanguinem, omnia membra debilitat, uitam diminuit, & omnem salutem exterminat. ¶ Quarto facit ad detestationē huius uitii hoc, quod dicit Augustin. super illud Genes. 43. Biberunt, & inebriati sunt

sunt cum illo. uerbum inebriandi, ut ait Augustin. pro saturitate ponitur. Et post subiungit, Inebriari, ut inebriantur ebrosi, nec ipsi terræ est utile, quoniam maiore humore quàm sufficit, corrumpitur: sic uita ebriosi qui non saturitate se replet, sed emergitur diluio. ¶ Quinto facit ad detestationem huius uitii, quod Gregor. de illo dicit: Ebrietas, inquam, est blādus dæmon, dulcē uenenum, suaue peccatum: quam qui habet, non se habet: quam qui facit, non facit peccatum, sed totus est peccatum.

¶ *De alijs quinque speciebus Gule secundum Gregorium.*

ALITER distinguuntur quinque species huius uitii à Gregor. super illud Gen. 27. ubi dicit Esau Iacob: Da mihi de coctione hac rufa. ¶ Prima species est, cum quis horam comedendi præuenit: legitur de Ionatha 1. Reg. 14. Talis timere potest illā maledictionē quæ habetur Eccl. 10. Væ tibi terra, cui rex puer est, & cuius principes manē comedūt. Terra intelligitur hic homo. Terra enim est, & in terram ibit. Rex est liberum arbitrium, qui nullam habet regere. Principes intelliguntur quinque sensus: sicut illi qui uerum Deum colunt, ab honore & obsequio diuino diē inchoare uolunt: sic illi quorum Deus ueter est, primo quærun regnū Dei sui. Regnū Dei eorū, est esca & potus. ¶ Secunda species est, quādo aliquis nimis

delicata uult habere, ut legitur Numeri 11. de filiis Israël, qui in eremo carnes desiderabāt. Et in Luca legitur de Diuite epulone, quod epulabatur quotidie splendē. Seneca: Palatū tuum fames excitet, non sapores.

¶ *Triplici ratione ostenditur quare homo non debeat quærere delicata.*

TRIPlici autem ratione non debet homo quærere delicata. ¶ Primò propter naturam uasis cui cibos quos sumimus infundimus: corrumpit enim quicquid infunditur. Si quis haberet aliquod uas quod corrumpere uinum quando est infusum, ipse non infunderet ibi de meliori quod haberet. Ad hoc pertinet quod legitur Ioel. 1. Uulgate qui bibitis uinū in dulcedine: perit enim ab ore uestro. ¶ Secundò propter hoc: quia cum delectabilia tibi dantur in adutorium carni aduersus spiritum concupiscenti, sunt duo cōtra unū, & uincitur spiritus. Vnde Bernard. de condimentis: Sufficit ut comestibilia fiant, non concupiscentibilia. Sufficit enim concupiscentiæ malitia sua: quæ cum uix aut ad finem explendæ necessitatis, nisi per uiam quācūque delectationis, si cōperit habere irritamenta, sunt duo contra unū, & periclitatur cōtinētia. ¶ Tertio, cum carni delicatæ datur, uult eas post ex cōsuetudine habere. Vnde Proverb. 22. Proverbij est;

Ct 2 Adol

Adolescēs iuxta uiam suā, etiam cum senuerit, nō recedit ab ea. Cum homines timeant tantum malam cōsuetudinē, quōd etiā à dilectissimis non sustineāt eam super se adinueniri; mirum est quomodo seruo nequam, scilicet corpori hoc tolerare uolūt.

¶ Tertia species est, quādo quis nimis sumit: ut legitur de Sodomitis, Ezech. 16. Hierony. Pluuia illa optima est quæ sensim descendit: subitus autem & nimius & præceps imber, arua subuertit. Similiter nimius cibus nocet.

¶ Quarta species est studiositas quæ pertinet ad solitudinē & curiositatē lautē præparandi: ut legitur de filiis Heli. 1. Reg. 2. De studioso dicit Isid. Tota die epulas ruminat, qui ad explendam gulā uespere delicias præparat. Talis est quasi animal ruminās. Sed in hoc differt à ruminantibus animalibus, quia bruta animalia ruminantia rumināt post sumptionem cibi, sed talis ruminat ante.

¶ Quinta species, est quum quis nimis auidē, uel ardentē sumit cibū: ut legitur de Esau. Gen. 25. Vnde Eccl. 27. Nolli auidus esse in omni epulatione, neque te effundas super omnem escam. Et Augusti. Melius est piscibus uesti more domini, quam lenticula more iumentorum. Signum fœdæ auiditatis est in sumendo cibum, tremor manuum scyphum & bolum tenentiu, effusio uultus exterioris super cibaria, cum toruis oculis,

quam comitatur effusio uultus exterioris super escam, quæ est quando sic animus ad cibum ardore trahitur, ut aliquid cogitare nō sinatur. Signum etiam huius fœdæ auiditatis est inordinatio sciendendi panem, mastican-di cibum & sumendi. Bernard. Etiā ad sanitatē corporis quanto cibus honestius & ordinatius ingeritur, tanto facilius & salubrius digeritur. Contra auiditatem istam cōsiliū est interponere psalmum uel aliam orationem. Hæ species continentur in hoc uersu: Præ, properē, lautē, nimis ardentē, studiosē.

¶ De aliis quatuor speciebus Gula.

POSSUNT etiam addi his quinque speciebus aliæ quatuor species. Prima est; quum quis nimis frequenter sumit cibum, Sufficit homini sano sumere bis in die ad plus cibum. Frequens autē sumptio cibi multum nocua est corpori; secundum enim artē medicinalem, una de deterioribus rebus est apponere cibum super cibū indecoctū. Alia species est, quando quis variis ferculis uult uti. De qua uarietate dicit Seneca: Fastidientis stomachi est multa degustare, quæ ut uaria sunt & diuersa in quibā, non alunt. Sicut ali qua sunt, quæ diuisa placent, coniuncta uerò nobis abominabilia sunt: sic coniunctio tot diuersorum ferculorum in stomacho interdum est abominabilis nature. Tertia species est, quum quis noua reuertit

&

& inconsumpta. Quarta, cum preuosa uel sumptuosa, non habens etiam respectū ad hoc quōd sint magis saporosa.

De quatuor satellitibus quibus utitur uitium Gula. PARS III.

DISTO de speciebus huius uitii, consequenter dicendum est de quibusdā satellitibus, quibus utitur uitium istud: quæ quatuor sunt præcipuè. Primum est ambitio, de qua dicit Sapiens: Non magno nobis constat famem, sed ambitio. Maiorem partem eorum quæ expendunt superbi, faciunt ad pascendum oculos hominum. Sed si nullus hoc deberet scire, ipsi quandoq; non expenderent decimam partem eorum, quæ expēdunt. Alia tria sunt, ciborum delectabilitas, siue sit ex generibus ciborum, siue ex modo præparandi, & ciborum uarietas, & qualitas.

De octo remediis contra uitium

Gula. PARS IIII.

SEQUITUR de remediis contra uitium istud, quæ octo sunt. Primum est sermo diuinus. Hoc remedium docet nos Dominus Matth. 4. ubi dicit diabolo tentanti ipsum de uitio gulæ: Non in solo pane uiuit homo, sed in omni uerbo quod procedit ex ore Dei. Et Greg. Frequens sumptio cibi spiritualis interdū inducit contemptū & obliuionem cibi corporalis. ¶ Secundum remedium est moderata occupatio. Hoc remedium insinuat nobis Salomon in Prouerb. 21. De-

sideria occidunt pigrum: noluerunt enim quicquā operari manus eius: tota die concupiscit & desiderat. Homo otiosus patitur famē uniuersalem. Aures enim eius esuriunt rumores, oculi uanitates, gula cibos: sed occupatio in magna parte sedat famem istam. Mallent autem specialiter hæc duo remedia, ad hoc ne homo horam præueniat, uel ne nimiam solitudinem de cibo sibi præparatio habeat. Tertium remediū est, elongatio ab his qui dant occasionem excedendi in cibo uel potu, sicut est delectabilitas, uel uarietas, uel nimietas ciborum. Licet enim illud quōd legitur Ecclesiast. 21. Quasi à facie colubri fuge peccata: & si accesseris ad ea, suscipiet te: uideatur generaliter dictum de omni peccato: specialiter tamen hoc referri potest ad illa peccata in quibus tentat suauitas uel uoluptas. In illis enim in quibus aduersitas tentat, melius potest expectari consiliū: unde non est securum accedere ad mensam, ubi nimia, uel uaria, uel delicata sunt apposta homini, qui uult curari ab hoc uitio. Hoc insinuat nobis Genes. 3. ubi sic legitur: Vidit mulier lignū quōd bonum esset ad uescendum, & pulchrum oculis & delectabile aspectu, & tulit de fructu illius & comedit. Vnde dicit Gregorius: Non licet intueri quod non licet concupisci. Et Esa. 28. loquēs de flore gloriæ exultationis, di-

cit: Quod cum aspexerit uidēs, statim ut manu tenuerit, deuorabit illud. Non est securū intueri uel uidere delectabilia. ¶ Quartum remedium est, frequenter considerare qualis post mortem caro sit futura. Hoc remedium docet nos Gregor. dicens: Nihil adeo ualet ad domanda carnis desideria, sicut cogitare qualis sit futura mortua. ¶ Quintum remediū est, aeternae cœnæ meditatio, ad quam inuitati sumus. Hoc remedium docuit nos Dominus, ubi nos ad cœnam illam inuitatos esse docuit. Aliter comedit ad cœnam delicatam inuitatus, & aliter non inuitatus. Qui enim inuitatus est, parum comedit in prandio ne cœnam amittat. Sed sunt quidam qui adeo similes sunt facti iumentis, quod de filiquis porcorum hinc impleri desiderant, & de illa delicata cœna, & aeterna non curant, cuius sola esuries hominē beatum reddit. Beati enim qui esuriunt, & sitiūt iustitiam: quoniam ipsi saturabuntur, quid faciet ipsa refectio, si esuries ipsa beatum reddat? ¶ Sextum remedium est, cōsideratio malorum quæ excessum cibi, & potus sequuntur. Sequitur enim inde triplex mors, scilicet mors culpæ: & interdum mors corporis in præsentī, & in futuro aeterna mors, scilicet corporis & animæ. Ad hoc pertinet quod legitur Iob 6. Aut gustare quis poterit, quod gustatum affert mor-

tem? Cum magna mensura sumuntur medicamenta, sic & alimenta sumi debent, secundum Augustinum. ¶ Septimum remedium est, consideratio penurie Christi & in se, & in mēbris suis. Ad primum monemur Thren. 3. Recordare paupertatis meæ & transgressionis, & absynthii, & fellis. Paupertas etiam ipsius in mēbris suis multum deberet homines retrahere à superfluitate, quam faciunt in conuiuio suis, quum cogitant quantā paupertatē sustinet Christus in pauperibus & infirmis ad mortem, qui uix possunt interdum panem habere. Mirū est quomodo sapere non remordet cōscientia diuites huius sæculi, quando cogitant, quod ipsi subtrahunt ori Dei in pauperibus quod ponunt in ore diaboli. Pascunt enim filios diaboli, scilicet malos, & Dei filios fame perire permittunt. ¶ Vltimum remedium est & summum, Dei gratia. Vnde qui laborat hoc uitio, orationi debet instare, & Dei gratiam postulare, quæ ardorem huius uitii sedat. Vnde Ioan. 4. Qui biberit ex aqua quam ego dabo ei, non sitiet in aeternum. Et ad Hebr. 13. Optimū est gratia stabilire cor, non escis quæ non profuerunt ambulanti in eis. Ad idem pertinet illud uerbum Senecæ: Si uis, inquit, in perpetua uoluptate esse, nō uoluptatibus adiiciendum est, sed cupiditatibus detrahendū. Cupiditatibus uerō

non

non detrahitur, nisi quum ros gratiæ infunditur.

TRACTATUS III.

De Luxuria.

De his quæ faciunt ad detestationem huius uitii. PARS I.
quæ habet tria capitula.

De ordine dicendorum in isto tractatu. Et de sex miseris annexis peccato Luxuria. CAP. I.



HERODES autē Tetrarcha, &c. Quia peccatū Luxuria occasio fuit incarcerationis & decollationis Ioannis. Ideo hinc dicemus de peccato isto & satis congruo ordine post uitium generalē, quia nascitur ex illo. Dicemus autem hoc ordine. ¶ Primō, dicemus de his quæ faciūt ad detestationē huius uitii. ¶ Secundō, de speciebus eius. Tertiō, de his quæ præstāt occasionē huic peccato. ¶ Quartō, de remediis contra uitium istud. ¶ Quintō, quare Deus prohibuit simpliciter fornicationē. Minus enim misericorditer uideatur Deus egisse cū genere humano in hac prohibitionē, cū propter hanc prohibitionē ferē totus mundus pereat. ¶ Sextō, scagemus aliquid de impotētia cōtinēdi quā multi allegant. ¶ Primō, autē faciunt ad detestationē huius uitii ista sex quæ circa hoc peccatū inueniuntur, scilicet anxietas, penitentia, erubescencia, fector, scēditas, infamia. ¶ De anxietate &

penitentia, dicit Hieron. Appetitus fornicationis anxietas est, scilicet anxietas penitentia. Nec solum præcedit illud peccatū anxietas appetitus, imō & multæ aliæ molestiæ quas dominus spinas uocat. Osee 2. dicēs: Sepiam uias tuas spinis. Spinæ illæ sunt uigilia, timores, expensæ, & sollicitudines hoc peccatū præcedentes. Bern. O quantæ præcedunt uigiliæ tam modicū festum. Sequitur: Interdū extenduntur uigiliae per annum, & sequitur momentaneæ delectationis festum. Tanta est infamia luxuriosorum, ut super spinas currat ad mortem suam, & expensis multis parat sibi uiam in infernū. ¶ Ad penitentiam pertinet quod legitur Pro. 5. de muliere fallace, per quā uoluptas intelligitur. Nouissima autem illius amara quasi absynthiū. Et quidā qui sibi abscedit linguam, ut uehementia doloris temperaret uehementiā tentationis, dixit: Absit ut tanti emā, unde postea poeniteam. Insuper mercator est, qui forum facit, unde certum est quod poenitebit. Exemplum: Quædam uirgo æstimans quod delectatio huius peccati quispian magnū esset, desiderio illius uirginitatem suam auferri permisit. Deinde uidens quod pro tam uili re tantum thesaurū amisserat, adeo poenituit, quod uoluit se interficere. ¶ Erubescencia uerō, quæ est in hoc peccato, ostendit abscessio. Vnde Iob 24. Oculus adulteri obseruat caliginem. Erubescencia autem ostendit

dit indecentiam huius peccati. Erubescencia enim fuga est rei indecentis. Magna ergo erubescencia, quæ est in peccato isto, ostendit magnam eius indecentiam. ¶ Fœtor etiam est in hoc peccato qui à uiris spiritualibus aliquando sentitur. Vnde quidam scholaris præsentiam scorti in domo sua fœtore eius cognoscebat. Et quidam Archidiaconus sentiebat, quum seruus eius fornicatus fuerat. Et de fœditate dicit Senec. In uoluptate nihil est magnificum, nihil quod naturam Deo proximam deceat, membrorum uilium ac turpium ministerio ueniens, exitu fœda. Ista fœditas est inquinatio corporis. Vnde super illud ad Corinth. 6. Omne peccatum quodcunque fecerit homo, extra corpus est: qui autem fornicatur, in corpus suum peccat. dicit Gloss. Cætera peccata tantum animam maculant, fornicatio uerò non tantum animam, sed etiam corpus contaminat. Ibi enim non solum est immunditia spiritualis, sed etiam corporalis. ¶ Est etiam infamia in peccato isto. Vnde macula gloriæ uocatur. Ecclesi. 47. Inclinaisti femora tua mulieribus. Et post: Maculam dedisti in gloria tua. Hieronym. etiam dicit hoc peccato pollui quæ in homine honesta sunt. Palma, inquit, uitiorum est, honesta poluere: tunc uitia bene de aliquo triumphauerunt, quum per peccatum Luxuriæ honesta in eo

polluerunt. Ad idem pertinet quod legitur Proverb. 6. de adultero: Turpitudinem & ignominiam congregat sibi, & opprobrium illius non delebitur. Non enim habebit opprobrium solum in presenti, imò etiam in futuro. Vnde de ipso Ecclesi. 22. In plateis eui ratis uindicabitur, quasi pullus equinus fugabitur: & ubi non sperauit apprehēdetur, & erit de ceteris omnibus, quia non intellet timorē domini. Luxuriosus quoque dammodo iam habet gehennam suam. Habet enim ad modum gehennæ ignem, fœtorem, & uerum ignem concupiscentiæ. Vnde de Osee 7. Omnes adulterantes quasi cilibans succensus à coquente. Et fœtorem, de quo iam diximus, & etiam fœtorem infamiam, & uermem remordentis conscientiæ.

Quod quinque faciunt ad detestationem Luxuria. Et primò quod luxuria angelis ualde fœtet. CAP. II.

AD detestationem huius uitii faciunt etiam ista quinque, scilicet quod uitium istud angelis ualde fœtet uel displicet, demonibus ualde placet, Deo est ualde contumeliosum, proximo ualde iniuriosum, subiecto suo ualde nociuum. ¶ Primò potest ostēdi tripliciter. Primò, per hoc quod in uitiis patrum legitur de angelo quodam, quod obturauit nares ad aspectum cuiusdam luxuriosi. ¶ Secundò, per hoc quod scriptum est: Angelis suis mandauit

de te,

de te, ut custodiant te in omnibus uitis tuis. Si filia regis Fraciæ tradita esset alicui ut custodiret eam, non parum displiceret ei si in eius custodia fornicaretur. Quam ergo angelis displicere potest si filia regis cælestis, quibus ipsi ad custodiam deputati sunt, fornicantur? Ideo dicit Bern. In quouis diuersorio, in quouis angulo, reuerentiam habe angelo tuo, ne caudeas illo præsentem quod me uidente non auderes. Ad idem potest referri quod dicit Apostolus 1. ad Corinth. 11. scilicet quod mulier debet habere caput uelatum propter angelos. Tertiò, potest ostēdi per hoc, quod in isto peccato quædam contumelia fit spirituali naturæ, quum anima magis eligit iumen tæ naturæ assimilari, quam in spiritualitate se seruare, & carnem sibi assimilare, à brutali delectatione eam cohibendo. Hoc autem non fit absque contumelia angeli nature, quæ est spiritualis natura ut anima: sicut non fit absque dedecore aliorum clericorum, quando aliquis clericus apostat, & fit laicus, nullens similis esse rusticis quam clericis. Ad istam tertiã rationem pertinet quod dicit gloss. 1. ad Corinth. 6. super illud, Qui fornicatur, in corpus suum peccat. In hoc peccato est anima sub corpore. Itē dicit gloss. In fornicationis opere sic totus homo absorbetur à carne, ut iam dici non possit ipse animus suus esse, sed simul totus homo possit dici caro.

¶ *Quod peccatum Luxuria multum placeat demonibus.*

QUOD autem multum placeat demonibus, primò ostēdi potest per hoc quod legitur Tob 40. Behemoth in locis humentibus dormire. Loca humētia sunt Luxuriosi. Secūdo, per hoc quod dicit gloss. super Lucam, quod quum demones de omni peccato gaudeant, præcipuè tamē gaudent de fornicatione & idololatria. Et tangitur ibi causa quare de fornicatione ita gaudeat: quia ibi corpus & anima maculantur. Tertiò, per hoc quod diabolus poterit se iustificare comparatione fornicatorum coram Deo, quum in eo non inuenietur peccatum quod ipsi habebunt. Quartò, per hoc, quod diabolus procurat ut in dormiendo habeat homo delectationem huius peccati. Quin tò, per hoc quod illis qui non habent materiam perpetrandi hoc peccatum, ipse quandoque ministrat materiam: ut patet in demonibus incubis. Sextò, per hoc quod in hoc peccato binos & binos lucratur diabolus homines, & uili foro etiam habet eos. Ad quod pertinet quod legitur Proverb. 6. Præmium scorti uix est unius panis: mulier autem uiri pretiosam animam rapit. Præmium scorti dicitur esse uix unius panis: quia unus panis diutius sedat ardorem appetitus, quam delectatio illius peccati. Fatua autem mulier illo pretio dat animam suam diabolo, & corpus

Cc 5 loca

locatori, pro quo non daret alii
cui solutares suos &c.

¶ *Quòd peccatum Luxuria sit
contumeliosum Deo.*

EST etiã istud peccatum ualde
contumeliosum Deo. Quòd
primò potest ostendi per hoc qd
honorabiles personę huius secu-
li tantum dedecus reputant sibi
quum filię eorũ fornicantur; quã-
tam ergo contumeliã faciũt filię
cęlestis regis patri suo quũ forni-
cantur? Secundo, per hoc qd tan-
tũ dedecus est sponsis nobilibus,
quum sponsę eorũ adulteratur.
Ad hoc pertinet quod legitur
Prou. 6. Zelus & furor uiri non
parcet in die iudicij, nec acquie-
scet cuiusquã precibus, nec susci-
piet pro redẽptione dona pluri-
ma. & exponit hoc glo. de cęlesti
sponso. Tertiò, per hoc qd quum
uiliissima pars quę in ipso forni-
catore est, imperet ei quod domi-
nus prohibet, ipse potius illi uili
parti, quã Deo obedit, potius
eligēs sibi eandẽ dominari quã
Deum. Quartò, per hoc qd tem-
plum Dei uiolat & polluit. Ad
quod pertinet quod legitur 1. ad
Corint. 3. Nescitis quia templum
Dei estis uos, & spiritus Dei habi-
tat in uobis? Siquis autẽ templũ
Dei uiolauerit, disperdet illum
Deus, & pòst: Templum Dei san-
ctũ est, quod estis uos. & pòst 6.
Nescitis quoniã corpora uestra
sunt teplũ Spiritus sancti qui in
uobis est, quem habetis à Deo, &
nõ estis uestri? unde & sequitur:
Empti estis pretio magno: glori-

ificate & portate Deum in corpo-
re uestro. Glorificadus est Deus
in corpore tanquã in tẽplo. Con-
tra luxuriosos potest dici psal-
miste; Deus, uenerunt Gẽtes in he-
reditatẽ tuam, polluerũt templũ
sanctũ tuũ, posuerunt Hierusalẽm
in pomorũ custodiam. Et super
illud, Portate Deum in corpore
uestro: dicit gl. Si non parcis ci-
uis propter te, uel parce tibi pro-
pter Deũ, qui sibi fecit te domũ
pro se. Quintò potest ostendi
quã contumeliosum sit peccatũ
istud Deo, ex hoc qd luxuriosũ
illud dulcius reputat quod Deo
est contumeliosus. Magis enim
amat interdum conjugatã turpẽ
quã solutam pulchrã, unde nõ
uidetur querere in peccato suo
uoluptatem suam, sed Dei contu-
meliam. Vnde Hiero. Luxuriosũ
mens in honesta ardetius profe-
quitur, & quod non licet, dulcius
suspicitur. Sextò, patet per hoc
qd hoc peccatum contumeliam
Dei publicam negotiationẽ faci-
cit, & quod purẽ est peccatũ pu-
blicũ officium efficit, quod spe-
ciale est huic peccato & peccato
usurę: & idẽd Ecclesia persequi-
tur ista peccata prę ceteris. Septi-
mò per hoc qd istud uitium pre-
nit delectationẽ uilium & turpiũ
mẽbrorũ delectis quę in Deo sũt,
quę cõtumelia ualde magna est.

¶ *Quòd peccatum Luxuria sit ini-
uiosum proximo.*

HOC etiã peccatũ est ualde
de iniuiosum proximo, quod tri-
plici ter potest ostendi. Primò per
hoc

hoc quòd aufert ei non sua, sed
seipsum. Vnde Prou. 6. Non grã-
dis est culpa cum quis furatus
fuerit. Furatur enim ut esurientẽ
impleat animam. Deprehensus
quoq; reddet septuplũ, & omnẽ
substantiam domus suę tradet, &
liberabit se: qui autẽ adulter est,
propter cordis inopiam perdet
animam suã: unde mulier fatua
non aufert tantum sua stulto, sed
seipsum. Nota qd adulteriũ acci-
dit propter cordis inopiã. Indi-
gnaretur enim cor si haberet ui-
lissimę parti suę se subiici, & pro-
tã uili lenocinio se dari. unde Ec-
cle. In multa sapientia multa est
indignatio. Vel propter cordis
inopiã, id est, sapientię defectũ.
Secundò, potest ostendi per hoc
qd ille qui hoc uitio laborat, nul-
lũ fidẽ seruat. Vnde 2. Reg. 11. Da-
uid suũ fidelem militẽ fecit occi-
di pro uxore eius. Ad idẽd perti-
net quod legitur 2. Reg. 13. de
Amon qui sororem suã Thamar
corrupit. Tertiò, potest ostendi
per hoc qd uitium istud multis au-
fert hereditatẽ suã, unde legitur
Eccl. 23. Mulier omnis relinques
uirũ suũ, peccabit, statuens here-
ditatem ex alieno matrimonio.

¶ *Quòd peccatum Luxuria sit no-
cium proprio subiecto.*

EST etiã hoc uitium ualde
nocium subiecto suo. Aufert
enim pecuniã illi, aufert & bona
temporalia & spiritalia, & etiã
seipsum. Ad primum pertinet
quod legitur Prou. 29. Qui nu-
trit scortum, perdet substantiam.

& Luc. 15. de filio prodigo qui
dissipauit substantiã suam uiuẽdo
luxuriose, propter bona uerò
omnia quę destruxit, cõparatur
igni. Vnde Iob 31. Ignis est usq;
ad consumptionem deuorans, &
omnia eradicans genimina. Hie-
ron. Flammigero igne percutit
fœmina cõscientiã, ad hoc quod
ipsum hominem auferat sibi. Per-
tinet quod legitur Osee 4. For-
nicatio, unum, & ebrietas aufe-
runt cor. Amans amore fatuo nõ
habet cor suum. Ipsum etiã cor-
pus quandoq; amittit. Vnde 2.
Reg. 13. Interfectus est Amõ, quia
corruptit Thamar. Hiero. Quoti-
die sanguis mœchorũ funditur,
adulteria damnantur. Honorem
etiã aufert hoc uitium & incre-
mẽtum bonorũ. Vnde Gen. pen.
Ruben primogenitum meum. &
subiungitur: Prior in donis, ma-
ior imperio: supple debueras
esse. Sed sequitur: Non crescas,
quia maculasti cubile patris tui,
&c. Prę ceteris iure debebatur
ei honor primogeniturę & dupli-
citas in possessionibus, quod ami-
sit, quia cubile patris maculauit.
*De alijs quatuor quę faciũt ad de-
testationẽ huius uitij. Et primò
quòd est multũ efficax: ad homi-
nem capiendum. CAP. III.*

IN huius peccati detestationẽ
faciũt etiã alia quatuor, scilicet
hoc, qd uitium istud multũ efficax
est ad hominẽ capiendum, & mul-
tum potens ad detinendũ homi-
nẽ, & etiã ponit in magna uilitate
& in misera seruitute. Ad primũ
perũ

pertinet quod dicit Aug. Efficacissimū glutinū ad capiēdas animas est mulier. Et prou. 6. de muliere mala: Multos uulneratos deiecit: & fortissimi quiq; interfecti sunt ab ea. Ad idē facit quod legitur Num. 24. quōd hoc peccatū prae ceteris elegit Balaam, quo deieceret filios Israēl, & faceret eos peccare. Hoc uitiū capit nobiles & ignobiles. unde Hier. In serico & in pānis eadē libido dominatur, nec regū purpuras, nec mendicantiū squallorē spernit. Hoc uitiū uincit & sapientes & insipientes. unde Hier. Quid Salomone sapientius? & tamē infatuatus est amore mulierū. Eccle. 19. Vinū & mulieres apostatate faciūt etiā sapientes. Breuiter istud peccatū ferē totū mundū ad infernū trahit: unde Abac. 1. Torū in hamo suo subleuauit, totum traxit in fagina sua, & congregauit in rete suo. Hamus, & fagina, & rete diaboli, sunt pulchræ mulieres, quæ totum mundum in perditionem trahunt.

¶ Quōd Luxuria est potens ad retinendum.

POTENS est etiā hoc peccatum ad retinendū. Vnde Prou. 22. Fouea profunda os alienæ: cui iratus est dominus, incidet in eā: qui in profundā foueā cadit, nō exit de facili: sic nō de facili euadit de manibus diaboli qui capitur pulchritudine alicuius mulieris. Ideo dicitur de ore mulieris, quōd sit profunda fouea, potius quā de alio mēbro: quia pulchritudo

huius mēbri multos capit: quod hoc uitiū laborat, uix potest cogitare de his quæ pertinet ad salutē suā, Deū quasi nō cognoscit, ad cælū etiā non leuat oculos: adeo brutalis factus est, quod uerba correctionis uel admonitionis suæ nō potest audire. Ad duo prima pertinet quod legitur Osee 5. Nō dābūt cogitationes suas ut reuertātur ad dominum: quia spiritus fornicationis in medio eorū, & dominū non cognouerūt. ¶ Ad tertium facit quod legit Dan. 13. de senibus qui exarserūt in Sufanna, & declinauerunt oculos suos ut nō uiderēt cælū, nec recordarentur iudiciorū iustorū. ¶ Ad quartū pertinet quod legitur Eccle. 21. Verbū sapiēs quod cūq; audierit sciūs, laudabit, & adiciet: audiet luxuriosus, & displicebit sibi, & proiciet illud post tergū suum. Vix ergo emēdat aliquis de peccato isto, quū ea fugat quæ possunt esse occasio suæ liberationis.

¶ Quōd Luxuria ponit hominem in magna uilitate.

PONIT etiā hoc uitiū hominē in magna uilitate, ad quā uilitatē & turpitudinē exprimendā, quasi turpiter loquitur scriptura de uitiō isto. unde Ioel. 1. Computruerūt iumenta in stercore suo, Greg. Iumēta in stercore suo computrescere, est homines in furore Luxuriæ uitā finire. In Psalm. Disperierunt in Endor, facti sunt sicut stercus terræ. Endor, interpretatur fons generatiōis. unde Endor pars illa intelligitur quæ

operi

operi carnali & generationi deseruit. Propter hanc uilitatē comparat sui. Prou. 11. Circulus aureus in narib⁹ suis, mulier pulchra & fatua. Sus si ex una parte uideret uolutaburū, & ex alia parte lectū roseum, prius curreret ad uolutaburū. Sic tales immūditā luxuriæ, delitiis paradisi præponunt. Licet diabolus intelligi posset sus ista, & mulier ipse circulus quē diabolus immergit in lutum omnis immūditæ. Ad eandē uilitatē pertinet quod legitur Eccl. 9. Omnis mulier quæ est fornicaria, quasi stercus in uia ab omnibus prætereuntibus cōculcabitur.

¶ Quōd Luxuria ponit hominem in misera seruitute.

IN misera etiā seruitute ponit hominē uitiū istud, non solū, quia facit spiritū seruū ei⁹ qui sibi naturaliter deberet seruire, scilicet corporis sui, sed etiā uilissimæ parti illius. Sed etiā propter seruitutē mulierū quæ est ualde misera. Vnde Tul. Illum ego nō liberū dicam, cui mulier imperat, leges imponit: uocat, uenientū est eiicit, abeundū est: poscit, dandū est: minatur, extimescendum est. Hunc ergo nō tantūmodo seruū, sed nequissimū seruū ego iudico. Hieron. Nihil uilius quā a carne uinci: nihil gloriosius, quā carnem uincere. Luxuria uidetur esse de numero peccatorū illorū de quibus demones erubescunt.

PRAETEREA Luxuria uidetur esse de numero pecca-

torū illorū de quibus etiā erubescunt demones. Vnde gl. sup illud Ezech. 16. Dabo te in animas odientium te filiarū Palæstinarū, quæ erubescit in uia tua scelera ta. dicit gl. loquens de spirituali Hierusalē. Tāta miseriæ Hierusalē erit correctio, ut erubescat etiā demones nostrorū magnitudinē peccatorum. Cuius ratio esse potest hæc: peccatum diaboli, est superbia: hominū uerō, luxuria, & alia carnalia peccata. Luxuria uerō uidetur esse turpior superbia, quæ quia minus turpis creditur, minus uitatur. Luxuriā eo magis erubescunt homines, quia oēs turpē nouerunt. Præterea dicitur Magistri quod sunt aliqui demones qui memores suæ antiquæ nobilitatis, nō dignātur de Luxuria tentare. Signū ad hoc est, quōd Lucifer tentans dominū in deserto, non tentauit eum de luxuria.

De speciebus Luxuriæ. PARS II. quæ habet decem capitula.

De Luxuria cordis & corporis.

C A P. I.

SEQUITUR de speciebus luxuriæ. Diuiditur autē Luxuria, uno modo in duas species, scilicet in luxuriā cordis, & luxuriā corporis. Ad has duas species pertinet quod legitur in Psalm. Vre renes meos, & cor meum. Cōtra primā speciem est necessarium ut ad māmillas zona aurea simus præcincti, secundū quod uidit Ioannes Apoc. 1. Cōtra secundā oportet nos præcinctos esse ad renes, secundum uisionem, Ezech. 9. & Dan:

Dan. 10. Leuani oculos meos, & uidi, & ecce uir unus uestitus lineis & renes eius accincti auro obrizo. Incōtinentia uerō cordis ualde periculosa est propter hoc quod ille qui laborat hac specie incōtinentiæ, peccat mortaliter toties quoties uidet pulchrā mulierē. Ideo dicitur sagena eorū cor mulieris fatuæ. Eccl. 7. Inueni amariorem morte mulierem, quæ laqueus uenatorum est, & sagena cor eius. Sagena totam aquam occupat: sic corde fornicatur cū omnibus fatua mulier.

De acceptione huius nominis Luxuria, & quod enumerantur quinque species secundū utriusque acceptionē. CAP. III.

Luxuria modo diuiditur Luxuria in quinque species. Notandū tamē est quod hoc nomē Luxuria quandoq; sumitur largius, quādoq; minus largē. **P**rimo modo Luxuria dicitur inordinatus amor delectationis, quæ secundū tactū est: sicut uitiū Gulæ est inordinatus amor delectationis quæ est secundū gustū: & cupiditas: inordinatus amor pecuniæ: & secundū hoc potest diuidi Luxuria in quinque species. **Q**uarū prima pertinet ad suauitatem uestiū & lectōrū. **S**ecūda, ad suauitatem unctiōnū qua anti-qui utebātur. **T**ertia, ad suauitatem balnearū. **Q**uarta, ad tactus immūdos illorū membrorū quæ generationi nō deseruiunt. **Q**uinta, pertinet & ad mēbra generationi deputata. **E**t istæ

species luxuriæ uocātur Luxuria, secundū quod hoc nomē Luxuria strictē sumitur. Et diuiditur in quinque species. **P**rima, est simplex fornicatio. **S**ecunda, stuprū, quod est illicita defloratio uirginū. **T**ertia, est adulteriū, quod est ad alterius thorū accessio. **Q**uarta est incestus, qui est cōsanguinearū uel affinium abusus. Sub qua specie comprehēdi possunt peccata sanctimonialiū & etiā religioforū. **Q**uinta est, peccatū cōtra naturam, quod fit duobus modis: quādoq; enim est contra naturā quo ad modū, ut cū mulier supergreditur, uel cū fit bestiali modo illud opus, tamen in uase debito: quādoq; uerō est contra naturam quantum ad substantiam, ut cū quis procurat uel consentit, ut semen alibi quā in loco ad hoc deputato effundatur. De quo uitio cum magna cautela loquendū est in prædicando, & interrogationes in cōfessionibus faciendo, ut nihil hominibus reueletur quod illis præstet occasionē peccādi. Et nota quod diabolus dicitur habere duas manus, quibus frequenter homines capit, scilicet Gulā & Luxuriā. De quibus exponitur illud Psal. Considerat peccator iustum: scilicet diabolus, & querit mortificare eum: dominus autem nō derelinquet eum in manibus eius. Quinque digitū in prima manu, sunt quinque species Gulæ, quæ notantur in hoc uerfic. Præproperē, lautē, nimis, ardent

ardenter, studiosē. Quinq; digitū in secunda manu, sunt quinque species dictæ.

De peccato contra naturā, cuius magnitudo octo modis ostenditur. CAP. III.

Inter quas primo prosequemur de uitio cōtra naturā. Magnitudo huius peccati potest ostēdi octo modis. **P**rimo, illis testimoniis scripturæ quæ hoc uitium asserūt maximū, uel nimis. Quale est illud quod dicitur Genes. 14. Homines autē Sodomitę erant pessimi, & peccatores corā Deo nimis. Et 18. dicit dominus: Clamor Sodomorū & Gomorrhorū multiplicatus est: peccatum eorū aggravatū est nimis: descendam & uidebo, &c. Greg. Nouitas tantæ & inauditæ turpitudinis quasi admirationē & dubitationem parit in audiente. Vnde dominus quasi admirans & dubitans, super tanto scelere, introducit loquens: Descendā & uidebo, &c. Incredible enim mihi uidetur homines tantū flagitiū perpetrasse. Et nota quod de duobus peccatis, scilicet de homicidio & de uitio contra naturam, legitur clamor ascendisse ad dominum: quia laborātes his duobus uitis specialiter, hostes Dei sunt & generis humani. Facto enim est non uerbo, dicuntur: Masculum & fœminam creasti ut multiplicarentur, nos operā dabimus ut minuantur. Vnde quasi parificatur homicidio uitium istud. Ad istum etiā primum

modū pertinet quod legitur de Ioseph Gen. 37. Accusatusq; fratres suos apud patrē suum crimine pessimo, id est, de uitio cōtra naturā secundū unam expositionem. Ad eundem modum pertinet illud uerbum Aug. Adulteriū malum fornicationē uincit, uincitur ab incestu: perius enim est cum matre, quā cū aliena uxore dormire. Sed omnium horum pessimum est quod contra naturam fit: ut si uir mēbro mulieris non ad hoc cōcesso utatur. Hoc execrabilius fit in meretricis, sed execrabilius in uxore. Vnde & Clemens papa: Grauisimē peccant fornicari: id est, ualde grauius: grauius adulteri: cūctis grauius incestuosi: quos omnes transcendunt cōtra naturā delinquentes. **S**ecūdo, potest ostēdi magnitudo huius peccati per uindictam iam sumptam à domino de peccato isto. Prima autem uindicta huius peccati fuit diluuiū. Inter alias causas enim diluuii ponit hoc Methodius, quod mulieres in uesaniam uersæ, supergressæ uiris abutebantur, & quod exarserant homines in alterutrū cōeuntes. Secunda fuit subuersio quinque ciuitatū. In quibus uindicta attendendum est, quod Dominus non solum nocentes puniri uoluit, sed innocentes paruulos etiam unius diei. In hoc prouisum est pueris ne diutius uiuentes sequerentur exēpla patrum, & grauius damnarentur. Et etiā circumiacentes regiones puniri

puniti uoluit: nec solū etiā homines, imō etiā animalia & terræ nascētia. Ipsam quoque terram destruxit, eā conuertendo in mare mortuū in quo nihil uiuit, nec auis, nec piscis. Etiā candela uiua supernataus extincta mergitur, quasi igne infernali sumpta est ista uindicta. Nec potuit expecta re ignis iste, donec cætera peccata punirentur. Vnde Gregor. Gehennalis flamma moram non sustinens, Sodomorum præuenit tollere nationem, & ipsam terrā tantę confusionis cōscientia consumpsit ignis sulphureus & spiritus procellarū, & in lacum horribilem solum omne redactum est. Et Genes. 19. Dominus pluit super Sodomam & Gomorram ignem & sulphur de celo, & subuertit ciuitates has, & omnē circā regionem, uniuersos habitatores urbium, & cuncta terræ uirentia. Respicens etiā uxor Loth post se, uersa est in statuam salis, ad ostendendum quantum displiceat Deo memoria huius peccati. Tertia uindicta fuit de Onan, de quo legitur Genes. 38. quōd semen fundebat in terrā, & idcirco percussit eum dominus, eō quōd rem detestabilem faceret. ¶ Tertio potest ostēdi magnitudo huius uitii per pœnā huic peccato taxatam. Vnde Leuit. 20. Qui dormierit cū masculo scemineo coitu, uterque operatus est nefas: morte moriatur, sanguis eorū super eos. ¶ Quarto, per comminationem quam

facit Deus huic peccato. Vnde Ioel. 3. Congregabo omnes gentes, & deducam eos in uallem Iosaphat, & disceptabo ibi cum eis. Et subiūgitur causa una disceptationis: quia posuerunt puerrū in prostibulo. Quinto, potest ostendi per hoc quōd Scriptura ita detestabiliter loquitur de peccato isto. Vnde ad Romanos 1. Masculi in masculos turpitudinem operantes. Non dicit aliud quod turpe, sed ipsam turpitudinem uocat peccatum istud. Et ibidem: Ut cōtumelias afficerent corpora sua, &c. Propterea tradidit illos Deus in passionem ignominie. Et Leuit. 18. Cum masculo nō cōmisceris coitu scemineo, quia abominatio est. Et Symachus dicit, quōd ineffabile est, & non debet homo loqui de peccato isto. ¶ Sexto quōd multi antiqui inueniuntur non repugnasse adulteriū uel stuprum respectu huius peccati. Genes. 19. dicit Loth Sodomitis: Nolite, quæso, fratres mei, nolite hoc malum facere: habeo duas filias quæ nondū cognouerūt uirum, educam eas ad uos, & abutimini eis. Et Iudic. 18. Habeo filiam uirginem, & hic homo habet concubinam: educam eas ad uos, ut huilietis eas, & uestram libidinem impleatis: tantum hoc obsecro, ut scelus hoc contra naturā non operemini in uirum. ¶ Septimo, potest ostendi magnitudo huius uitii, per hoc quōd illud peccatum est adinuentio. Deus enim

multum

multum odit adinventiones in peccatis. Vnde super illud Esa. Visitabo super fructū adinventionis uestrarū: dicit Greg. Deus plus uanit studia peccatorum, quam peccata. Et in Psal. Ibūt in adinventionibus suis. Itē, Corrupti sunt, & abominabiles facti sunt in studiis suis. ¶ Octauo potest ostēdi magnitudo huius uitii per multiplicē effectū ipsius. Hoc uitium scelus inter nos & Deum rumpit. Genus humanū quantum in se est, destruit, hominem iumento inferiore reddi. Propter hoc uitium filius Dei desit incarnari, ut dicit auctoritas. Ad primū pertinet quod dicit Aug. Hoc uitio uiolatur sollicitas quæ nobis cum Deo esse dicitur dū natura, cuius ipse auctor est, peruersitate libidinis polluitur. Sicut aliquis quum alius deteriorauit sibi rem suam, dicit, Vestra sit. Sic Deus illum quem ipse fecit hominem maculatum, quum uidet quod ipse fecerit se sceminam, non reputat creaturam suam. Secundum uero planum est. Tertium uero potest ostendi per hoc, quōd ille qui peccat peccato isto, non obseruat legem: quam etiā bruta animalia obseruant. Aliæ species luxuriæ iumento assimilāt hominem, sed hæc inferiorem reddit. Ideoque Sodoma bene muta interpretatur: quia hoc peccatum reddet homines mutos in die iudicii. Non poterunt enim excusare se per ignoran-

tiam, quum ipsa natura legem docuerit ipsa bruta animalia, quam isti transgrediuntur.

De incestu, cuius peccati magnitudo quatuor modis ostenditur.

CAP. IIII.

Sequitur de Incestu, cuius peccati magnitudo potest ostēdi. ¶ Primò per pœnam taxatam huic peccato in lege. Postquam enim dominus prohibuit incestum & peccatum contra naturam, Leuit. 18. subiūgitur: Omnis anima quæ fecerit de abominationibus his quippiā, peribit de medio populi sui. Et eiusdem 30. taxatur pœna eadē huic peccato. ¶ Secundò potest ostendi per hoc, quōd Apostolus tradidit Satane cruciandum illum fornicatorem, qui cū uerba sua peccauerat: secundū quod legitur 1. ad Cor. 5. ¶ Tertio potest idem ostēdi per mala quæ ex hoc peccato sequuntur, unde legitur 2. Reg. 12. ¶ Amon qui sororem suam corruerat, interfectus est à fratre suo Absalon. Nisi homines ab hoc peccato cauerēt sibi, sequerētur inde nō solū odia & homicidia, sed etiā patricidia. ¶ Quarto potest ostēdi per hoc quōd peccatum istud hominē quasi canem reddi. Canis enim in opere illo non obseruat consanguinitatē.

De Adulterio & speciebus eius, cuius magnitudo in septem ostenditur.

CAP. V.

Sequitur de adulterio: quod diuiditur in duas species: scilicet

D d licet

licet in simplex adulteriū, quod est cum uxoratus peccat cū soluta, & econuerso. Et in adulterium duplex, quod est cum uxoratus peccat cū uxore alterius. ¶ Septē autē sunt per quæ potest offendi magnitudo huius peccati. ¶ Primò per hoc, q̄ est cōtrariū sacramēto matrimonii quod ipse Deus instituit & in paradiso, & in statu innocentie. Vnde non fit contumelia tanto sacramento absque magna contumelia Dei. ¶ Secūdo per hoc, q̄ est cōtrariū iuri naturali. Vnū enim ex præceptis iuris naturalis est hoc, Quod tibi non uis fieri, alii ne feceris, Hoc nullo modo uellet aliquis sibi fieri, ut quis cū uxore sua peccaret, Multi sunt qui potius permitterent se interfici, uel exheredari, quàm hoc sustinerent, Ius ergo naturale dicit homini, q̄ hoc nullo modo debeat facere alii, q̄ ab eo odit sibi fieri. ¶ Tertio potest ostēdi per hoc, q̄ prohibitio adulteri in Decalogo immediatē ponitur post prohibitionē homicidii, & ante prohibitionē furti, unde Clemēs papa: Quid in omnibus peccatis adulteriū grauius? Secūdū enim in pœnis tenet locum, id est, in prohibitiōibus. Homicidio quo dāmodo assimilatur adulteriū, Cum enim uir & mulier sint una caro: qui aufert uxorem suā alicui, idem est ac si seipsum ei auferret. Exuperat autem istud peccatum omnes furti: quia quod

aufertur, cū sit creatura rationalis, melius est quacūq; terrena substantia. ¶ Quarto potest idem ostendi per legē quæ habetur Leuiti. 10. Vbi sic dicitur: Si mœchatus quis fuerit cū uxore alterius, & adulteriū perpetrauerit cū uxore proximi sui, morte moriatur: moriatur & mœchus & adultera. Eadē poena punitur hoc peccatū secundum leges mundanas, nec recipitur aliqua redēptio. ¶ Quinto ostēditur idem per hoc quod legitur dominus dixisse Dauid cum adulterans efferet, 2. Reg. 12. Non recedet, ait, gladius de domo tua, usq; in sempiternū, eodē quod despexeris me, & tuleris uxore Vriæ Hethæi. ¶ Sexto potest ostēdi per mala quæ inde sequuntur. Sequuntur autē ex hoc peccato exheredationes filiorum. Vnde Eccl. 22. Mulier relinquens uirum suū peccabit statuens hereditatem ex alieno matrimonio. Sequuntur etiam inde homicidia. Vnde Dauid cum in adulterium cecidisset, fecit interficere fidelē militem suū, Sequitur etiā inde multoties, ut scilicet quis cognoscat filiam patris sui, uel eius uxore, ignorans quis sit pater eius. Septimo potest ostēdi magnitudo huius peccati per iudicij zelotypiæ, de quo Num. 5. Si declinasti à uiro tuo atque polluta es, & concubuisti cū altero uiro, his maledictionibus subiacebis. Det te dominus in maledictionem exemplumq; cū

horum in populo. Putrefacere faciat femur tuum, & tumēs uterū tuus dirumpatur &c. & Ezech. 33. Vnusquisque uxore proximi sui polluit: & hereditate terram possidebitis.

De Stupro, cuius peccati magnitudo ostenditur. CAP. VI.

Illicita defloratio uirginū. Cuius peccati magnitudo ostēditur potest. ¶ Primò ex hoc q̄ Sichem filius Emor, qui Dinam filiam Iacob deflorauit, interfertus est hac de causa cum patre suo & toto populo urbis suæ: ut legitur Gene. 34. ¶ Secūdo potest idem ostēdi per hoc quod idem peccatum aufert uirginitatem, cui debetur fructus centesimus: cum coniugatis debeat solum tricesimus, uiduis solum sexagesim⁹. Satis deteriora terram, qui facit ut nō possit reddere nisi sexagesimum fructū, uel tricesimum, cū prius redderet ceterisimū. Qui illicite deflorat aliquā, aliquando est occasio mille fornicationū, quas ipsa faciet postea. Sicut ille qui primò rumpit clausuram uinæ, occasio est illius dāni quod faciunt qui postea intrant, qui aliter non intrassent. Et aufert ei quantum q̄ nunquā decetero maritū habebit. Ad detestationē etiam huius peccati facit quod bonum quod ipse aufert, scilicet uirginitatis bonū, est irrecuperabile & irrecōpensabile. Votū uirginitatis nō recipit dispensa-

tionē, quia nec recōpensationē.

De simplici Fornicatione.

CAP. VII.

Ad simplices fornicationis detestationē sufficere possunt quæ dicta sunt de luxuria generaliter. Addere tamen hoc possumus, q̄ hoc peccatū est detestabilius etiā homicidio, uel rapina, in hoc quod illa nō sunt substantiatiter mala: potest enim aliquis uelle occidere aliquem meritorie, sicut in dextera amoris iustitiæ. Et aliquis potest accipere alienum in summa necessitate: sed nullus potest fornicari scienter, quin mortaliter peccet. Ponamus quod aliquis malum nō cogitauerit, nec dixerit, nec fecerit, & omnia egerit bonā quæ excogitari possunt, & semel tantū fornicatur, & sic decedit absque poenitentia, ex necessitate dānabitur. Si omnes mille quæ usq; ad finem mūdi celebrabuntur ab ecclesia pro eo celebrarentur, nō liberarent eū à morte æterna. Ad detestationē etiā istius peccati facit quod legitur Num. 25, quod cū esset fornicatus populus Israël cum filiabus Moab: iussit dominus cunctos principes populi suspendi in patibulis contra solē. Et occisi sunt de populo xxxiii. milia hominum. Et Phinees, qui interfecit Zambri cōiunctē cū Madianitide, sacerdotiū sempiternū meruit, & irā Dei à populo diuertit. Et licet fornicatio genus sit omnis illiciti coitus, qui sit extra

uxorem: tamen specialiter intelligitur in usu viduarū, uel meretricum, uel concubinarum.

¶ De peccato meretricum.

AD detestationē huius fornicationis quæ fit cū meretricibus, facit hoc, quod quando aliquis se credit cū talibus peccare simpliciter fornicatione, ipse quādoque commisit adulterium uel incestum. Sæpe enim tales mulieres coniugatae sunt, & forsitan à consanguineis eius qui peccant cū eis cognunt. Vnde committit se, qui cum talibus peccat, magno discrimini. Et licet non sint coniugatae uel affines ei, ipsæ tamē æquē peccat ac si foret: ex quo æqualis est contemptus. Ad detestationē uerò illius fornicationis quæ fit cū uiduis, facit hoc, quod peccat cū talibus aufert eis honorē. Ad detestationē uerò eius quæ fit cū concubina, facit hoc, quod talis fornicatio fit cum scandalo proximi.

¶ De raptu.

EST autē alia species luxurie præter prædictas, quæ Raptus dicitur. Est autē raptus, cū puella uisiter à domo patris educitur, ut corrupta in uxore habeatur, siue puellæ, siue parentibus uis illata cōsisterit. Hoc peccatum tantum est, quod morte puniatur.

De alia diuisione Luxurie. Et primo de Luxuria Clericorum. CAP. VIII.

Tertio modo potest diuidi peccatum Luxurie secundum diuersitatem subiectōrum in quibus est, ut diuidatur in luxuriā laico

rū, clericorū & religiosarū personarū. ¶ De luxuria uerò laicorū nihil aliud dicemus quā de luxuria in genere dictū sit. Sed de aliis duabus speciebus dicemus, quia grauius est peccatum illud in clericis religiosis personis: & aliter ponderandū est in eis, quā in laicis. Vnde pondus sanctuarum maius erat cæteris ponderibus mercatorū & ciuiū, ad designandū, quod aliter ponderanda sunt peccata laicorū & peccata eorū qui sancti deberent esse, quibus dicitur in Esa. Mundani enim qui fertis uasa domini.

¶ Quæ aggrauant peccatum carnis in clericis.

SEPTEM autē sunt quæ aggrauant peccatum carnis in clericis in sacris ordinibus cōstitutis. ¶ Primum est, uoti fractio, & est ista circumstantia ualde aggrauat peccatum, quod satis apparebit, si aliquis attendat quā pretiosum sit quod talis aufert Deo, & quæ res sancta sit. Hæc duæ circumstantiæ aggrauare solent peccatum rapinæ: pretiositas rei quæ rapitur, quia magis dānificatur proximus: & sanctitas ipsius, quia tunc non est solum furtū, imò etiā sacrilegiū. Castitas uerò quæ illi primum sit Deo cum sacros ordines suscepit, quā Deo aufert cū fornicatur, res irrecōpensabilis est. Vnde Ecc. 26. Omnis pōderatio non est digna animæ cōiungentis. Res etiā sancta est, cū sit Deo oblata. Vnde contrectatio eius inuito dño facta est sacrilegiū.

¶ Se

¶ Secundum est scandalum & derisio populi. Vnde Hier. Clericus aut honestior est cæteris, aut alius est fabula. ¶ Tertium est scientia, unde Greg. Vbi maius est sciētia donum, transgressor maior subiaceret culpe. ¶ Quartum est hoc, quod ad seruitium Dei assumpti sunt. Sicut enim qui fornicatur in ecclesia, magis peccat quā qui fornicatur in domo cōmuni: eo quod ecclesia sit Dei seruitio deputata: sic maius est peccatum luxuriæ in clericis qui sunt Dei seruitio deputati, quā in laicis. ¶ Quintum est, quod ipsi sunt de familia Dei, & eius expensis uiuunt, & uestiuntur: proditores enim sunt quādo illum impugnant, de cuius bonis uiuunt & uestiuntur. Et Dei cōtumelia etiā maior est: quia à suis continentur. unde in Psal. Si inimicus meus maledixisset mihi &c. ¶ Sextum est hoc, quod ipsi decipiunt populum qui dat eis elemosinas, ut ipsius peccata deleant orando, & gratiā impetrēt sanitate uitæ suæ: quod ipsi non faciunt, quia secundum Greg. cū indignus ad intercedendū mittitur, irati animus ad deteriora prouocatur. Ber. Qui ambulat in carne, Deo placere non possunt, & placere uelle præsumunt. ¶ Septimum est, dignitas officii ad quod ordinati sunt, quod specialiter pertinet ad sacerdotes. Sicut enim grauius peccaret qui calicem benedictum in lutum prouiceret, uel aliter macularet,

eo quod ad continendum Dominicum sanguinem sit deputatus: sic sacerdos ualde peccat grauius, qui ad suscipiendū Dominicum corpus & sanguinem ordinatus est, quādo peccato carnis se maculat. Et sicut etiā ille grauius peccaret, qui in calice inquinato manente immunditia in eo sanguinem domini poneret: sic ualde grauius peccat ille qui foetore luxuriæ inquinatus antequā ab immunditia illa se abluerit, corpus & sanguinē domini sumere præsumit. De quo Ambro. Qui indignè Christum sumit, idem est ac si interficiat. & Ang. super illud ad Hebr. 10. Irritam quis faciens legem Moysi, sine ulla miseratione duobus uel tribus testibus moritur: quāto magis putatis deteriora mereri supplicia, qui filii Dei conculcauerit? Conculcat Christum qui liberè peccat, & absque timore, & qui eo indignè participat.

¶ Quod peccatum Luxurie ualde indecens sit in sacerdote.

NOTA quod peccatum Luxurie ualde indecens est in sacerdote. Et hoc quinque de causis. Et quia homo, & quia Dei minister, & quia angelus, & quia plusquam angelus in aliquo, & quia uidetur Deus, uicem enim Dei tenet. Ad primū enim facit illud Senecæ: Voluptas nihil habet magnificū, nihil quod naturā Deo proximam deceat ministerio membrorum uiliū ac turpiū ueniens. Appetitus fornicantis

est brutalis. Cōcupiscentia brutorum uiso delectabili tam citō accenditur, & non habet in potestate sua ut eam temperet uel extinguat. Sic fornicator uult appetitum suum implere quantumcumq; malum inde sibi accidere debeat. ¶ Ad secundum nota, quod si diuites huius seculi tantum amant mūditiā in eis qui sibi seruiunt cibum præparando, quid ille de quo legitur in Cant. Qui pascitur inter lilia: id est, puritate delectatur? August. Melius est spiritualia penitus omitti, quam impurè tractari, uel tangi. In ecclesiasticis officii dominus non frequētiā ministrorum, sed deuotionem probat animorum. Ad tertium pertinet quod legitur in Malach. 3. cap. Labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem requirunt ex ore eius: quia angelus domini exercituum est: plus est etiā quam angelus, quantum ad dignitatem sacerdotalem, quā nō credimus angelis esse concessam. Non enim si proferret angelus uerba illa, Hoc est corpus meum: Hic est sanguis meus: fieret transubstantiatio: quia non habet ordinem qui ad hoc exigitur. Nec angelis legimus dictum esse, Quorum remiseritis peccata remissa sunt: ut legitur discipulis dictum Ioā. pen. Hoc tamen uerbum sanè intelligendum est. ¶ Est etiā ut Deus. Vnde super illud Matt. 16. Vos autem quem me esse dicitis? dicit

glōs. interli. uos ab aliis discreti non homines, sed dii. Et in Le. de per faciē intelligitur, & idē sponso Ecclesiæ maximè displicet macula in eis: unde ipse dicit in Can. sponsa: Ostende mihi faciē tuā. Qui magnā alicui uult facere cōtumeliā, maculat ei faciē. Vnde Iudæi in faciē Christi expuerunt, ut cōtumeliā maior esset. Sic Christo cōtumeliā magnā faciunt, qui faciē sponsæ, pro qua abluenda faciē propriam sputis Iudæorū exposuit, maculant uel in se uel in aliis. ¶ Tertium est hoc, quod peccatum carnis in religiosis apostata est. Si enim qui habitum religionis deserit, apostata iudicatur: cum castitas magis substantialis sit religioni quam habitus qui castitatem deserit, apostata est. Vnde de tali uerū est, quod legitur Pro. 6. Homo apostata inuitis est. Nec quantum ad Deū utilis est: quicquid enim facit in claustrō, non ualet ei ad meritū uitæ æternæ. Et quo ad homines inuitis est, cum eis sit scandalo & derisioni. ¶ Quartū est hoc, quod diabolus ita studet & laborat ut religiosus faciat cadere, precipue in peccatum carnis. Vnde Eccl. 13. Venatio leonis onager in eremo. Leo est diabolus, cuius uenatio est monach⁹ in eremo claustrī. Diabolus est quasi leuator, cibos inuitatos querēs. Vnde Habacuc 3. In crassata est pars eius, & cibus eius electus. ¶ Quantum placeat diabolo pec-

De peccato carnis in personis religiosis, cuius magnitudo peccati sex modis probatur.

C A P. I X.

Consequenter ostendendum est quomodo aggrauetur peccatū carnis in religiosis personis. Et primo ostendemus hoc generaliter in quibuscūq; religiosis personis, deinde specialiter in sanctimonialibus. Et nota quod septem circūstantiæ aggrauantes peccatū clericorū qui sunt in sacris ordinibus constituti, possunt similiter ad peccata religiofarū personarū referri. Sed causa breuitatis de hoc ad præsens dimittimus. ¶ Sex autē sunt per quæ ostēdi potest quātū aggrauetur hoc peccatum in religiosis. ¶ Primum est hoc, quod Moyses narrat Gen. 6. tanquam causam diluuii: Cūm cœpissent, inquit, homines multiplicari super terram, & filios procreassent: uidentes filii Dei filias hominum quod essent pulchre, acceperunt uxores sibi ex omnibus quas elegerant. Si enim displicuit tantum Deo quod filii Dei filias hominum in uxores acceperunt, quantum credendū est displicere Deo cūm filii Dei cum filiabus hominum fornicantur: ¶ Secundū est, quod cœtus religio-

forū nobilior pars est in corpore Christi, scilicet ecclesiæ: unde per faciē intelligitur, & idē sponso Ecclesiæ maximè displicet macula in eis: unde ipse dicit in Can. sponsa: Ostende mihi faciē tuā. Qui magnā alicui uult facere cōtumeliā, maculat ei faciē. Vnde Iudæi in faciē Christi expuerunt, ut cōtumeliā maior esset. Sic Christo cōtumeliā magnā faciunt, qui faciē sponsæ, pro qua abluenda faciē propriam sputis Iudæorū exposuit, maculant uel in se uel in aliis. ¶ Tertium est hoc, quod peccatum carnis in religiosis apostata est. Si enim qui habitum religionis deserit, apostata iudicatur: cum castitas magis substantialis sit religioni quam habitus qui castitatem deserit, apostata est. Vnde de tali uerū est, quod legitur Pro. 6. Homo apostata inuitis est. Nec quantum ad Deū utilis est: quicquid enim facit in claustrō, non ualet ei ad meritū uitæ æternæ. Et quo ad homines inuitis est, cum eis sit scandalo & derisioni. ¶ Quartū est hoc, quod diabolus ita studet & laborat ut religiosus faciat cadere, precipue in peccatum carnis. Vnde Eccl. 13. Venatio leonis onager in eremo. Leo est diabolus, cuius uenatio est monach⁹ in eremo claustrī. Diabolus est quasi leuator, cibos inuitatos querēs. Vnde Habacuc 3. In crassata est pars eius, & cibus eius electus. ¶ Quantum placeat diabolo pec-

catum carnis in religiosis, potest ostendi ex hoc, quod legitur in dialogo Gregor. quod Andreas Fundanę ciuitatis episcopus, cū uitam uirtutibus multis plenam duceret & continentē, quandam mortalem quam secū prius habuerat, noluit ab episcopi sui cura repellere, certus de sui & eius continentia. Sed hostis eius cœpit speciē oculis eius imprimere, aditum tentationis exquirens. Quādam uerō die Iudæus quidam de Campania Appiam tendēs, cū iam esset nox, nesciens quō declinaret, iuxta Apollinis templū se contulit. Noctē uerō media dū præ timore uigilaret, uidit malignorū spiritū turbam in ecclesiam aduenire, quorū princeps discutere cœpit quid egissent. Et post multū uenit unus qui in Andree animum per speciē sanctimonialis quādam rērationē carnis commouisse aperuit. Cū uerō malignus spiritus qui præerat inhians audiret, adiunxit, quod ad hoc peruenit rēratio, ut die præterito in terga eiusdē sanctimonialis foeminæ alapa daret. Tūc blandē exhortatus est eū, ut perficeret, quod cœperat, ut singularē palmā teneret. Tūc Iudæus accedens ad episcopū, diligēter ab eo, licet hoc celare uellet, extoruit. Quem episcopus ad fidē monuit, & baptizauit. Ad idem facit quod legitur in Vitis patrū, quod dicebat quidam Thebeus senex, quod filius fuisset sacerdotis

idolorum. Et cum quadam die uideret patrem suum in templo sacrificantem idolis, uidit & sathanam cum malitia sua astatem. Quem cum singuli demones adorassent, retulerunt facta nequitiae suae. unus ait, Per xx x. dies homines unius provinciae plurimos occidi. Alius dixit, per xxx. dies plurimos se submersisse in mari. Alius se per decem dies interfuisse nuptiis, & sponsum & sponfam occidisse, & multam effusionem sanguinis incitasse. Hoc audito omnes sathan flagellari iussit. Tandem unus ait, per xl. annos incitasse quendam monachum in eremo ad peccandum, & uix illa nocte copulasse eum fornicari. Tunc surgens & osculans eum imposuit ei coronam quam habebat, dicens quid maximum fecisse. Quintum est hoc, quod dominus legitur ita grauer puni uisse peccata illa quae in claustris sunt commissa. Primum claustrum fuit in caelo, in quo ipse Deus abbas fuit: in quo quidam conspirationem fecerunt, & absque spe ueniae damnati sunt. Secundum claustrum fuit in terrestri paradiso, in quo qui inobedientes fuerunt, de paradiso expulsi & morti cum tota successione sua damnati sunt. Tertium claustrum fuit in principio Ecclesiae, in quo Petrus fuit abbas, in quo qui proprietarii esse uoluerunt, morte subitanea perierunt. Causa autem quare peccatum in claustris commissum adeo Deo displicet, potest esse duplex. Vnatenetur

gitur Elia uicesimo sexto, ubi sic legitur: In terra sanctorum iniqua gessit, & non uidebit gloriam Dei. Multum displicet Deo quod diaboli filius locum occupet, in quo deberet esse uir sanctus. Secunda causa est: quia claustrales debent esse serui Domini, proprie proprii, unde ualde magnam contumeliam reputat sibi hoc Deus, quum a talibus se contemptum uideret. Sextum est hoc, quod uita claustralis est angelica uita. Imitari enim debet angelicus uita in puritate per castitatem. In carne enim praeter carnem uiuere, non humanae est naturae, sed uirtus angelica. Et in charitatis seruire usque ad omnium communionem. Et in persecutione obedientiae: ut sicut in caelo, sic ibi uoluntas Dei perfecta fiat. Claustralis ergo angelus est. Ergo uel malus uel bonus. Si malus est, diabolus est uel daemon. Nihil enim aliud est malus angelus, quam diabolus. Et sic claustrales luxuriosi sunt demones incubi. Hieronymus Professus Christianae religionis militiam, nihil est medium inter angelos & demones. Aut enim erunt angeli aequales, aut demonibus uideantur impares. In claustralibus uidetur hoc peccatum maximum esse & indecens: quia spiritualissimi deberent esse. Et hoc peccatum praeter ceteris carnalis eos reddit. Efficitur enim in hoc peccato homo totus caro. Macula enim intolerabilis est in oculo, quae parum grauaret in alio membro. Viri enim contemplatiui sunt ut oculus.

¶ De peccato carnis in Moralibus.

SECVITVR de peccato carnis in sanctimonialibus. Quod adeo graue est, quod non est sola fornicatio, imo est ibi adulterium, & incestus, & stuprum, & quasi peccatum contra naturam. Adulterium est ibi, quum sit accessio ad sponfam Christi. Et ualde est graue genus adulterii, si attendatur, quod desponsata sit Altissimo: quanto enim nobilior est cui desponsata est, tanto maior est contumelia. Ipsi enim est desponsata, cui angeli deseruiunt. Attendere etiam debet qui eam sollicitat, quod sponsa est domini sui. Unde cum peccato adulterii, erit ibi crimen proditoris. Hoc autem attendebat Ioseph, qui dominae suae dicenti sibi, Dormi mecum: dixit Genes. 39. Quomodo possum facere hoc malum, & peccare in dominum meum? Attendere etiam debet, quod sponsa ista est adeo dilecta a domino suo, quod inclusit eam. Oblata est populo suo & domum patris sui, unde concupiuit rex decorem eius. Iuxta uerbum Psalmi. Ad hoc adulterium specialiter potest referri, quod legitur Prou. 6. Zelus & furor uiri non parcat in die uindictae. Stuprum etiam id est illicita defloratio uirginis, frequenter est ibi. Incestus

etiam & ualde graue genus incestus: quia cum uxore patris. Unde ad hoc potest referri quod legitur 1. ad Cor. 5. Audietur inter uos fornicatio, & talis fornicatio qualis nec inter gentes, ita ut uxorem patris sui aliquis habeat. Ad idem potest referri quod legitur Genes. pen Ruben effusus es sicut aqua: non crebras, quoniam ascendisti cubile patris tui, & maculasti stratum eius. Est etiam quodammodo ibi uicium contra naturam, quum fornicatur cum mortua, & iam sudario inuoluta. Religiosa personae quae perfectum ordinem suum seruant, continuam sudarium suum ferunt, quia in habitu suo sepeliuntur.

De his quae dant occasionem peccato Luxuria, PARS III. Quae habet septem capitula.

De incitamento Luxuria. Et primo de otio, & indiscreta sumptione cibi & potus. CAPVT I.

De detestatione Luxuria, & de speciebus eius, dicendum est de his quae praestant occasionem huic peccato. Quae sunt otio, scilicet otium, indiscreta sumptio cibi & potus, exhortatio uetularum uel aliarum personarum quae consiliatrices sunt turpitudinis, & prauum exemplum, aspectus mulierum, colloquium, auditus cantilenarum amatoriarum, uel instrumentorum musicorum, & turpiloquiorum, & tactus. Quod otium det occa-

tionem huic peccato, patet ex scriptis ethnicorū, & etiā ex sacra scriptura. Vnde Poeta: *Quæritur, Aegyptus quare sit factus adulter: in promptu causa est, desidiosus erat.* Et *Ezec. 16.* Hęc fuit iniquitas Sodomæ fororis tuæ, *superbia, saturitas panis, & abundantia, & otium.* ¶ De indiscreta sumptione cibi & potus, quomodo sit causa luxurię, satis dictum est, ubi de uitio gulę supra in principio diximus. Dicit etiam Hieron. qđ difficile inter epulas seruat pudicitia. Et Ber. Periclitatur castitas in deliciis. Itē Hieron. Pro membrorum ordine ordo uitiorum est. Hinc dicitur quod membra generationi deputata seruiant peccato.

¶ De peccato uetularū turpitudinem cōsulentū. c. a. p. 11.

Multa autem sunt per quę potest ostendi magnitudo huius peccati. ¶ Primum est hoc, qđ peccatum istud est diabolicū. Opus enim diaboli est operam dare ut hominem deiciat in peccatū. Sic studiū uetularū talium est, ut mulieres inclinent ad peccatum. Nec habent de illo peccato quandoq; nisi factorem & potum unum uini. Vnde *Ioel. 3.* Puellam uendiderūt pro uino, & biberunt. ¶ Secundum est hoc, qđ opus earū magis est noxiū quā opus diaboli. Vbi enim nec homo nec diabolus potest aliquid facere per se, ibi facit uetula. Vnde possit rectē

dici diabolus, eo qđ in peccato diabolo assimiletur. A peccato enim habet diabolus, qđ sit diabolus, qui est a creatione angelus. Possit etiam dici sathan, qđ interpretatur aduersator. Efficacius enim aduersatur salutē eius quam mouet ad malū, quā ipse diabolus. ¶ Tertiu per quod potest ostendi magnitudo huius peccati, est pœna serpentis domino inflicta. Serpens enim quē diabolus sibi elegit, ut per eum mulierem deiceret, eō qđ mulieri assimileretur (erectus enim tūc erat, & secundū Bedā, uultum uirgineum habēs) significat rectē has uetulas quas diabolus elegit ad alias mulieres deiciendas, eō qđ sint eis similes. Licet autē serpens tanquam creatura irrationalis nō intellexerit quid fecerit, tamen in tribus punitus est, cum mulier in duobus punita sit tantū, & uir tantum in uno. Vir etiā quia in solo esu peccauit, in labore querendo sibi edulum punitus est. Vnde dictum est ei: *Maledicta terra in opere tuo &c.* Mulier su perbiuit, & in fructu peccauit, i deo Deus eā humiliauit, dicens, *Sub uiri potestate eris.* Et in fructu eius puniuit eam, dicens, *In dolore paries.* Serpens uerō, qđ hominē deiecit, prostratus est, quam prius erectus incederet. Vnde dictū est ei, *Super pedes tuos gradieris.* Quia habuit in ore mendaciū, ideo in ore eius positum est uenenum. Et in cibo

punitus

punitus est. Vnde dictum est ei: *Terram comedes omnibus diebus uitę tuę.* Quia mulierē decepit, ideo dictum est ei: *Inimicitias ponam inter te & mulierē.* Et post: *Ipsa conteret caput tuū.* Et est argumentum, quod mulieres sanctę multū debent odio habere tales uetulas: non naturam, sed uitium earum. Et nisi se correxerint, procurare eo modo quo secundum Deum poterunt, ut a uicinia sua expellant eas. Qualiter ergo punitur uetule quę intelligūt peccata quę faciunt, si sic serpens punitus est qui nō intellexit? Sicut serpens in ore punitus est, sic punitur diabolus & ipsę. Et quia uinum pro peccato, quđ faciunt bibunt; fel draconum erit uinum earum, & uenenum aspidum insanabile. Ipsis etiam dicitur: *Non terram comedes, sed carbones comedes omnibus diebus uitę tuę.* Et quia se planctam uel pontē diabolo fecerunt, ut per eas ad nauiliere diabolus trāsiret, ipse prostrata conculcabitur, & uadent super eas horribiles, ut ait *Iob.* ¶ Quartū est, quod legitur *Ecc. 28.* de lingua tertia, ubi sic habetur: *Mulieres fortes deiecit: uel mulieres uiratas, secundū aliam literam, uel etiam maritatas.* Et quibusdam interpositis, subiungitur: *Et utilis potius inferus, quā illa.* Ignis infernalis non exurit nisi illos qui adducuntur, & qui hoc meruerunt: sed lingua tertia iniustissimē urit igne

peccati, etiam illos qui sibi nihil nocuerunt. ¶ Quintum est hoc, qđ uetula talis se habet sicut lingua in corpore diaboli, qđ est congregatio malorū. Ex quo satis potest ostendi, qđ multa malitia sit in huiusmodi mulieribus. Si enim tantū est malitię in lingua unius hominis, ut habetur in *Cano. Iac. 3.* quantum credenda est habere malitię lingua diaboli? De lingua hominis dicit *Iacob:* *Lingua nostra ignis est uniuersitas iniquitatis.* Et post, quę maculat totum corpus, & inflamat rotam natiuitatis nostrę inflammata a gehenna. Et iterum: *Lingua est inquietum malum, plena ueneno mortifero.* quę de lingua diaboli uerisimē possunt dici, scilicet de uetula. Pręterea cū diabolus ut faber sit, iuxta illud *Esaię 54.* *Ego creauit fabrum sufflatem in igne prunas.* Et iuxta illud *Iob 41.* *Halitus eius prunas ardere facit.* Uetule istę sunt ut folles ipsius. Attestatur autem nigredo uetularum huic officio. Ipsę etiam uetule sint quasi laruę sub quibus latet diabolus, & in quibus operatur. Si enim se manifesta- ret in propria forma, horrorem mulieribus incuteret. Ipsę etiam res sunt proditiōnis apud Deū, cuius castra explorant, & procurant ut diabolo tradatur. ¶ Pręterea, quū Christus in tempore passionis laborauerit usque ad sudorem sanguineum, & tantum dolorem sustinuerit, qđ non

fuit

fuit dolor sicut dolor eius, & tantū expēderit. Ibi enim fractū est alabastrū, & unguētū misericordiae effusum in tāta abundantia, quod eū tēserunt caelū & terra, & infernus: unicā tamen animā, scilicet latronis, in actu lucratus est ibi. Ex quo satis patet quantū peccēt hae uetulae etiā si non auferrent nisi unam animā Deo in tota uita sua, eū tale dānū faciāt ei, quale lucrū ipse fecit in cruce. Itē si praedicator unus nō lucraretur in tota uita sua nisi unicā animā, multū faceret, quū una anima plus ualeat, quā omnes diuitiae huius mūdi. Igitur si aliqua uetula toto tēpore uitae suae nullū aliud malū faceret, nec corde, nec ore, nec opere, nisi quod unā animā Deo auferret, nimis esset. Itē si aliquis uendidisset unū de uicinis suis comedēdo & bibēdo cū eo aliquibus qui eū corporaliter iugularēt, ualde malus iudicaretur: uel si quis ad tātam malitiā peruenisset, quod pro duodecim denariis hominē unū corporaliter interficeret. Quā mala ergo iudicāda est quae tot mulieres uēdit ad interficiendū eas spiritualiter, comedēdo & bibēdo cum eis. Et quae nō pro duodecim denariis, sed pro potu uino interdū in mortem unius animae cōsentit. Praeterea incēdiarij, qui sunt in domos & acruos manipulorū incēdūt in guerris, peiores carteris reputātur, & maximē sunt exosi. Vetu-

lae autē istae incēdiariae sunt. Luxuria enim, quae ignis est usque ad cōsumptionē deuorās, ut legit Iob 31. in cordibus hominū ponūt. Nec parcūt etiā tēplis: fideles enim tēpla sunt Deo in baptismo dedicata. Itē si nullū tale sacrificium est Deo ut zelus animarū, nullū tale sacrificiū est diabolo ut perditio earū, & nihil sic Deo displicet. Vetulae tales uidentur proprie esse de familia diaboli. Et sicut uoluit Christus ut super apostolos apparerēt linguae igneae, ad ostendendum quod officii eorū erat uerbis corda hominū igne caelesti inflammare: sic diabolus si uellet officium starum uetularum hominibus ostendere, linguae igneae igne factido inferni faceret super eas apparere. *De malo exemplo per quod excisatū Luxuria. CAP. III.*

Malū exēplū licet inueniatur salter multū timendū sit, praecipue tamen exēplum huius peccati: quia in mēbris generationi deputatis maximē sequit cōcupiscētia. Vnde summo studio uitāda sunt ubi fornicarij conuersantur: quia nō accideret de facili quod aliquis uideret aliquos fornicari quin tentaretur. Vnde Eccl. 19. *Qui se coniungit fornicariis, erit nequus.* Et Apōst. 1. ad Cor. 5. loquēs de Corinthio fornicatore: *Nescitis quia modicū fermētū totā massam corrūpit? Expurgate ergo uetus fer-*

ritie

ritiae uel luxuriae multū mali facit. Etiam cū eis qui sunt in matrimonio non est tutum habitare cum illis qui uirginitate uel castitate uolunt seruare.

De aspectu mulierum, qui ualde timendus est. CAP. IIII.

Aspectus mulierū ualde timendus est, ut potest ostēdi & autoritatibus & exēplis, & rationibus. Autoritatibus. Vnde super illud Genes. 3. uidit mulier &c. Dicit Greg. Nō licet intueri qd non licet cōcupisci. Itē Greg. Pēlandū est quantū uisum debemus restringere, qui mortaliter uiuimus, si mater uentum per oculos ad mortem uenit. Et Ecclesiast. 9. *Virginem ne conspicias, ne fortē scādalizzeris in decore eius.* Et post: *Auerte faciem tuā à muliere cōpta.* Exēplis potest idē ostēdi. Vnde Gen. 34. Cū uidisset Dinā Sichē filius Emor Heuāi, princeps terrae illius, adamauit illā, & rapuit. Et Gen. 39. *Iniecit domina oculos suos in Ioseph, & ait: Dormi mecum.* Et 2. reg. 11. uidit Dauid Bersabee lauantem se ex aduerso super solariū suū. Erat tunc mulier pulchra ualde, Et subiūgitur: *Misis itaque Dauid nuntius tulit eam.* Et de Iudith 16. legitur: *Colligauit cincinnos suos mitra ad decipiendum eum. Sandalia eius rapuerunt oculos eius. Pulchritudo eius captiuam fecit animā eius. Cincinnos uocat capillos in senie una congregatos.* Multis

etiam rationibus potest ostēdi quod ualde timendus sit nobis aspectus mulierū. Quarū quaedam sumūtur ex parte mulierū, & aliae ex parte oculorum. Ex parte mulierum sumere possūmus tres ratios, ad hoc ostendendum. Prima est haec, quod à planta pedis usque ad uerticem non est locus in mulieribus, in quo non sit positus laqueus ad capiendum oculos. Quod satis innuitur Iudith 16. Dicitur ibi: *Colligauit &c. ut supra, ecce laqueus in uertice. Sandalia eius rapuerunt oculos eius: ecce laqueus in pedibus.* Et Ecclesiast. 7. *Inueni mulierē amariore morte, quae laqueus est uenatorum, & sāgena cor eius. Vincula sunt manus eius. Hoc dicitur, ut qui in manibus eius tenetur, sciat se esse in uinculis diaboli.* Et Prouer. 7. *Ecce occurrit mulier ornata meretricio, praeparata ad capiendas animas.* Notādum quod diabolus excoriat mulieres, pellē honestae conuersationis ab eis remouendo, ad miluos, id est, ad luxuriosos capiēdos, qui sunt animalia ignobilia quae ad extra uolāt. Ad idem solēt canes uel murilegi excoriari. Mirum est quomodo hoc toleratur inter fideles, quod mulieres sic praeparant se ad interfecionem animarū. Si quis faceret foueam in uia, & eam cooperiret, non toleraretur. Fouea autem profunda est meretricis: ut legitur in Prouerb. 23. Itē

Ecclē

Ecclesia. 9. Ne respicias mulie-
rem multiuolam, ne forte inci-
das in laqueos eius. ¶ Secunda
ratio quare aspectus mulierum
sit timendus, est hec, quod mulie-
res in aspicientibus se solo uisu
ignem infernalem ascendunt
etiam à remotis. Vnde Eccles. 9.
Ne circūspicias speciem alienā.
Propter speciem mulieris perie-
rūt multi. Et ex hoc concupiscē-
tia quasi ignis exardescit. Ter-
tia ratio est, quia non est aliqua
pars in eis qua quasi gladio non
utātur in necem se aspiciētium.
Hieron. Gladius igneus est spe-
cies mulieris, quasi ex omni par-
te sui sagittas mittens. Ad quam
sagittationē pertinet quod le-
gitur Prou. 7. Donec transfigat
sagitta secur eius. Et paulo post:
Multos uulneratos deiecit. Nō
est hoc mirum, si multos interfi-
ciat, cum densescat multitudine
telorū, sicut porcus qui dicitur
spinaticus multitudine spinarū.
¶ *Quod oculi dant occasionem sepe
peccato Luxuria.*

EX parte uerō oculorū pos-
sunt sumi septē rationes. ¶ Pri-
ma est, quod oculi sunt ualde ue-
loces ad nocēdum animæ. Ideo
prædonibus comparātur. Thre.
4. Oculus meus deprædatus est
animam meam. Prædones timē-
tur multum propter sui ueloci-
tatem. Ad idem pertinet quod
dicit Gregorius super illud Ge-
nes. 3. Vidit mulier &c. Depri-
mendi sunt oculi à lasciuia suæ
uoluptatis, quasi quidam raptio-

res ad culpam. Non enim Heu-
lignum cōgisset, nisi prius in-
cautē respexisset. ¶ Secundo ti-
mendi sunt oculi, quia à remo-
tiori nocēt. Gustus & tactus sunt
eorum que sunt immediata: sed
uisus non sic, propter hanc cau-
sam multum timentur balistarū
& sagittarū. ¶ Tertio, quia o-
culi contra nos multis armis utū-
tur. Plures enim differentias re-
rum nobis ostendit uisus, quam
ceteri sensus. Sensus iste mini-
strat materiam tentandi nobis,
& quantum ad concupiscētiā
carnis, & quantū ad concupiscē-
tiam oculorū, & quantum ad
superbiam uitæ. Vnde philoso-
phus: Totius hominis libertas,
est perdidisse oculos. Oculi
sunt per quos paupertatem fe-
re non possumus. Oculi tota
nostra luxuria sunt: hi nos in
omnia quotidie uitia præcipi-
tant. ¶ Quarto, quia duces sunt
scelerū. Inter latrones magis ti-
mentur qui uias sciētes aliorum
sunt duces. Senec. Intelligēdum
est partem esse innocētiæ cæci-
tate. Huic oculi adulteriū mon-
strant, huic incestum, huic domū
quam concupiscat, irritamenta
sunt malorum, duces scelerum.
¶ Quinto propter corruptionē
magnā quæ in oculis est. Ad quā
corruptionem, Primo facit faci-
litas lædendi, quam uidētur ha-
bere à natura, etiam quantū ad
peccatū. Cui attestatur facilitas
lædendi corporaliter, que est in
eis. Dispositio enim corporalis
attē-

attestatur frequēter dispositiōi
spiritali. Ad idē facit hoc quod
naturaliter custodiuntur oculi
tanta diligētia. Multis enim tu-
nicis inuoluitur à natura, &
palpebra etiā exteriori defen-
duntur, & etiam obiectiōe ma-
nus, si opus fuerit. Eiusdem etiā
facilitatis lædēdi signum uide-
tur esse hoc, quod per oculos ad
matrem nostrā mors intrauit. ¶ Se-
cundo facit ad corruptionē istā
hoc, quod multi corrupti fuerūt in
primo peccato. Vnde post co-
mestionē pomi sequitur in Ge-
nesi: Et aperti sunt oculi eorum.
Quod intelligitur quo ad mo-
tus concupiscētiarū. Nō enim in-
telligēdum est, quod quasi pal-
pones & cæci accesserunt ad li-
gnum ueritū. Vnde super illud
Matt. 7. Quid autē uidēs festucā.
dicit gl. Oculus qui in paradiso
post culpā est referatus, uidet nō
unde proficiat, sed unde in dete-
rius cadat. ¶ Tertio corrupti
sunt ex diuturna consuetudine
peccādi. Tāta autē corruptio ista
est, quod quasi iuuentus concupiscit
homo quod uidet oculus. Vnde
super illud Iob 31. Pepigi fœdus
cū oculis meis &c. dicit gl. Fœ-
dus cū oculis pepigit, ne prius
incautē aspiceret quod postea in-
nitius amaret. ¶ Sexto ideo sunt
multū timēdi oculi, quia usus eo-
rū est ualde necessarius, quanto
enim est usus magis necessarius
tāto & abusus est magis timen-
dus. Licet lingua ualde corrupta
sit, tamē includi potest lōgo tē-

pore, & sic cessando ab eius usu
cauet homo ab eius abusu. Sed
oculi non cessant uidere, unde
nō cessant peccare. Vnde 2. Pet.
2. Oculos habētes plenos adul-
terii, & incessabilis delicti. ¶ Se-
ptimo sunt oculi timēdi, quia
sunt quasi duæ portæ in castro
corporis nostri, quibus si do-
minetur diabolus, simpliciter
erit dominus corporis nostri.
Dominus qui habet portas ali-
cuius castri, habet & castrū. Vn-
de Iob 31. Post illud pepigi fœ-
dus &c. Subiungitur: Quā enim
partē haberet in me Deus desu-
per? Vbi insinuat quod nihil ha-
bet Deus in homine, si oculos
non habeat: sicut non est domi-
nus castri, qui non habet ibi in-
gressum & egressum: & ut bre-
uiter dicā, quū breuis sit omnis
malitia super malitiā mulieris,
ut legitur Ecclesiast. 25. & nihil
oculo nequius creatū sit, ut le-
gitur eiusdem 30. quū in aspe-
ctu mulierum hec duo ualde ti-
mēda coniunguntur, cōstat aspe-
ctum mulierum ualde timēdum
esse. Ideo Iob sciens oculos esse
hostes ualde nociuos, fœdus cū
eis pepigerat, ut nec cogitaret
de uirgine. Ideo etiam legitur
quidam philosophi sibi oculos
eruissē. Vnde Hierony. Nō do-
leas si hoc nō habeas quod for-
mice, & muscæ, & serpētes habēt,
carnis oculos: sed illum oculum
te habere lætare, de quo in Cā-
tic. Vulnerasti cor meum, foror
mea spōsā in uno oculorū tuo-
rum.

rū. Denique quosdā mūdi philosophos legitimus, ut totā cogitationē ad puritatē cogērēt, sibi oculos eruisse: in hoc tamen nō debemus eos imitari.

Quōd colloquium mulierum ualde sit timendum. CAP. V.

Colloquiū mulierū ualde timēdum est. Quod patet primō per hoc quōd sermo mulieris insinuat esse rete. Prou. 7. ubi sic legitur, de fallace muliere: Irreuit eum sermonibus multis. ¶ Secundo ex hoc quōd cōparatur igni. Eccl. 9. ubi sic legitur: Colloquium illius quasi ignis exardescit. ¶ Tertio ex hoc quōd comparatur gladio acuto. Prou. 5. Fauus distillās, labia meretricis, & nitidius oleo guttur eius: nouissima autē eius amara quasi absynthiū, & acuta quasi gladius biceps.

De auditu cantionum amatoriarum, turpiloquiorum, & instrumentorum musicorum. CAP. VI.

Auditus cātionum ualde timendus est. Vnde Eccl. 9. Cū saltatrice ne sis assiduus, nec audias illā, ne fortē pereas in efficacia illius. Ad auditū turpiloquiorum possumus referre quod dicit Aposto. 1. ad Cor. 15. Corrupti bonos mores colloquia mala. Musica etiam instrumenta multū sunt timēda. Frāgūt enim corda hominum & emolliunt. Et ideo secūdum uerbum Sapientis essent frangenda.

Quōd tactus mulierū sit ualde

periculosus. CAP. VII.

Tactus mulierū ualde periculosus est, sicut potest ostendi multis testimoniis scripturæ. Et primo ex hoc quod legitur Eccl. 9. Cū muliere aliena ne sedēas omnino, nec accubas cū ea super cubitū &c. Secūdo ex hoc quod legitur Eccl. 26. Qui tenet eā, quasi qui apprehendit scorpionē. Tertio ex hoc quod legitur Eccl. 7. Vincula sunt manus eius. Quarto ex hoc quod legitur Prou. 6. Nunquid potest homo abscondere ignē in sinu suo, ut uestimenta eius non ardeāt: aut ambulare super prunas ut nō cōburatur plātæ eius: sic qui ingreditur ad uxorem proximi sui, nō erit mūdus qui tetigerit eā. ¶ Ad idē facit exēplū Andreæ episcopi supra positū, qui sanctimonialē percussit manu, de qua percussioe princeps demonū adeo letatus est. Ad idē facit exēplum quod habetur in dialogo de quodam sacerdote qui habuerat cōcubinam, sed eā dimiserat, & ei nō cohabitabat, imō sanctissimē uiuebat. Tādē eo agrotate ad mortē, & circumstantibus dubitātib, utrū iā spiritus recessisset, illa quæ tūc ibi erat accessit propē tetatura unū adhuc spiraret: ille autē uidit eā, & cū magno conamine locutus ait: Recede mulier, recede: adhuc uiuit igniculus, tolle paleā. Ad idē facit quod legitur in Vitis patrū, de quodam fratre, qui uolēs cū matre trāsire flumē, ma-

nus suas inuoluit pallio eius, & portauit eam ultrā: & interroga- tus ab ea, cur hoc faceret. Respōdit: Corpus mulieris ignis est, & eoislo quōd contingebam te, ueniebat mihi memoria de aliis mulieribus.

De remedijs contra Luxuriam PARS IIII. quæ habet quatuor capitula.

De triplici remedio contra peccatum Luxuria. CAP. I.

Dictum est de his quæ dant occasionē Luxuriæ, confes- quenter dicēdū est de remedijs contra hoc peccatū. Quū autem Luxuria sit ignis, sicut patet ex prædictis, necessariū erit triplex remediū contra eam, sicut contra ignē nimirū triplex solet adhiberi remediū, scilicet aut per aquæ effusionem, aut lignorum subtractionem, aut elongationē. Verbi gratia: Si olla quæ iuxta ignē est adeo ebulliat ut effundatur quod in ea cōtinetur, ali- quod horū triū fieri consuevit: uel aqua frigida ollæ infunditur, uel de lignis subtrahitur, uel olla ab igne elongatur. Sic etiā faciendū est contra ignem luxuriæ. Si quis uideret se tentari à peccato illo, consilium unū est ut ad aquam recurrat, uel ad aquam frigidam quam proiciat super se ad literam, uel ad aquā lacrymarū, uel ad aquam, id est tribulationē quācunq; uel recipiat disciplinam bonā, uel pun- gat se fortiter, uel trahat sibi pi- lus barba, uel capitis, uel si non

uult adhibere tribulationis præ- sentiam, saltē adhibeat eius me- moriā, ut cogitet de pœnis quæ debentur peccato luxuriæ. Ad istud remediū pertinet, quod legitur Prou. 20. Dolor uulneris absterget maculam. Eccl. 11. Malitia unius horæ obliuionē facit luxuriæ maximæ. Ad idē per- tinet quod legitur in Vitis pa- trum de quodam sene, qui quū tentaretur grauiter de quadam muliere quam receperat in ho- spitio suo, ipse accendit lucernā, & cōbursit omnes digitos suos. Sicut autem ille meritō cōbure- retur super cuius uestē ignis ca- deret, qui præ pigritia illū à se nō excuteret, nec esset compa- tiendū ei. Et sicut meritō domū suam amitteret qui uidens do- mum suam comburi, aquam nō quereret: sic meritō ignis luxuriæ eos consumit qui ad aquam tribulationis non currunt, cū uident ignem consumere, non uestes suas uel domum, sed se- ipsos. In qua pigritia satis osten- dunt, quod magis uilipendunt se- ipsos, quā aliqua suorū. Sene. Nihil est homini seipso uilius, si homo tūc intraret in aquā frigidā usq; ad pectus, ex quo nō immineret ei ex hoc periculū, nō esset malū. ¶ Secundū reme- dium est ut homo subtrahat si- bi de cibo & potu: secūdū enim ligna syluæ exardescit ignis: ut legitur Eccl. 28. Pamphilus: De- trahē ligna foco, protinus ignis abest, & præcipue de illis gene-
E e ribus

ribus ciborum & potuum, quæ inflammât ad luxuriam: ut sunt fortia uina & acuti saporis. Ista enim sunt non qualiâcunq; ligna ad nutrimentû luxuriæ, sed sunt quasi faculæ ardentes ad eâ incendendam. Vnde sicut deridendus esset ille qui faculis ardentibus domum suam accêdere, si diceret q; combustio eius sibi displiceret: Sic deridendi sunt qui dicunt se uelle cõtineri, cum talibus cibis & potibus domus suas incendunt. ¶ Tertium remediû est, ut homo clõget se ab igne luxuriæ. Hoc remedium docet nos Apostolus 1. ad Corin. 5. dicens, Fugite fornicationem. Super quod uerbû dicit Ambrosius: Quû aliis nempe uitis potest expectari confidus: hanc fugite, ne approxime tis, quia nõ potest aliter melius uinci. Ad idem monemur exemplo Ioseph: de quo legitur Genes. 39. quod cum domina sua diceret ei, Dormi mecum: ipse relicto in manu eius pallio, fugit, & egressus est foras.

¶ Quod fugiendo homo debeat pugnare contra peccatû carnis.

T R I P L E X autê ratio potest assignari quare fugiêdo pugnandum sit cû peccato carnis. Primum est, q; luxuria ignis est, homo uerò est uel fœnû uel stupa. Primum potest haberi ex illo uerbo Esa. 40. Omnis caro fœnum: Secundû ex illo uerbo Ecclesi. 1. Stupa collecta synago ga peccantiû. Nulla autê securi

tas est stupæ uel fœno esse iuxta ignem. Secunda ratio est, quia luxuria peccatum est, ualde immundum. Vnde sicut non esset bonû luctari cum hominê lutofo, quia licet deiceret eum, tamen se inquinaret: & sic nõ est securum luctari cû peccato isto. Vix enim potest esse quin homo non inquinetur ibi. Ad hoc potest referri quod legitur Ecclesia. 13. Qui tetigerit picê, inquinabitur ab ea. Tertia ratio est, quia non est bonû de propè pugnare cum hoste illo qui ex propinquitate sumit uires. Talis est luxuria. Corpus enim nostrum quod prius erat pacificû conuertitur in hostem. Vnde sicut princeps aliq; timet pugnare cum hostibus suis, quado credit, q; in exercitu suo multi sunt proditores qui debeant iurare hostes suos quando cõfluctus uenerit: sic debet timere homo pugnare cõtra luxuriam, quû corpus nostrû ad motû proditoris contra nos in pugna illa fiat.

¶ Quod mulieres sint fugienda.

A D hoc enim q; mulieres nobis fugiendæ sint, faciunt testimonia scripturæ quæ sequuntur, Ecclesi. 30. Commorari leoni & draconi placebit, magis quàm habitare cû muliere nequam. Hierony. Ianua diaboli, uia iniquitatis: scorpionis percussio, nociuû genus est fœminarum. Idem: Ego iudico, si cum uiris mulieres habitent, uiscerâ diabolo non deerit. Ex his occu

patum est ab initio peccatum, Ecclesia. 25. A muliere initium factum est peccati, & per illâ omnes morimur. Hierony. Primitamenta clericorum sunt frequentes accessus mulierum.

De tribus qua solent homines ex accessu mulierum ad se decipere.

C A P. II.

S Edtria solent circa aliquos decipere, scilicet sanctitas mulierû, fiducia de propria castitate, & consanguinitas. ¶ Contra primum dicit Hiero. Si pudicitiam quaris, fœminam quam uidebis bene conuersantê, mente dilige, non corporali frequêtes ornatu. ¶ Contra secundum similitè dicit Hiero. Ostiolum tuum aut rarò aut nunquam mulierum pedes terêt. Vide ne sub eodê recto manseris, nec in præterita castitate cõfidas. Nec Dauid sanctior, nec Sãpstone fortior, nec Salomone potes esse sapientior. Memêto semper q; paradisi colonû mulier de possessione sua eiecerit. Si dixerit forsitan aliquis se non stipulam esse, sed ferrum, & idêo non oportet eum timere mulierû familiaritatem: scimus quod ignis ferrum ipsum immutat, & quasi ignem induit: Sic & ignis luxuriæ etiã homines ferreos immutat in malum. Vnde Hieron. Ferreas mentes libido domat. Ex duobus etiã lapidibus si inuiçes collidantur, ignis exit: Sic ex familiaritate duarû personarum, quæ quasi lapidæ uidêtur,

exit quandoque ignis luxuriæ. ¶ Præterea, etiã murus à cãdela iuxta se posita nõ comburatur, tamen denigratur. Sic licet homo non cadat ex familiaritate mulierû in peccatû carnis, tamê aliquantulum inquinatur. Vnde Hiero. Crede mihi, non potest cum domino toto corde habitare, qui fœminarum accessibus copulatur. ¶ Contra tertium dicit Hiero. Si generis gratia iudicas mulieres nullo modo dimittere, memento quod Thamar à fratre suo corrupta sit: pricipuê uerò debet homo cauere ne sit solus cum sola. Vnde Hiero. Solus cû sola secretò absq; arbitris ne sedeas. Ad hoc facit quod legitur Gen. 39. Accidit quadã die ut intraret Ioseph domû, & operis quippiam absq; arbitris face-ret: illa apprehensã lasciniã uestimenti diceret, Dormi mecum: & ipse fugit. Sicut autê fugiendæ sunt mulieres, ita & munuscula earum. Vnde Hier. Crebra munuscula, & uestes ori applicatas, ac degustatos cibos, blãdas dulcêsque literas sanctus amor non habet. ¶ Fugiendã etiã sunt loca in quibus homo possit uel spectare mulieres, uel spectari ab eis. Ad quod pertinet quod legitur Eccl. 3. Noli circûspicere in uicis ciuitatis, nec obseruaueris in plateis illius. Auerte faciem tuã à muliere compta. Ad hoc essent homines multû admonêdi post Pascha, hæc enim est occasio reciduidandi multus.

E e 2 De

De choreis, & quàm malum sit ducere eas, multis testimonijs scripturarum ostenditur.

C A P. I I I.

Licet autè sint fugienda loca Luniuersaliter in quibus mulieres possunt uel uidere, uel uideri, specialiter tamen fugienda sunt loca in quibus ducuntur choreas. Vnde hic de choreis agemus ostendentes quàm malū sit choreas ducere. Primo ex testimonij scripturarū. Secundo rationibus multis quàm periculo sum hoc sit. Tertio, quàm fatuū sit hoc. ¶ De testimonij autem scripturarū sufficiat ponere septem. ¶ Primum est illud uerbū Augustini: Melius est in dominicis diebus arare uel fodere, quàm choreas ducere. ¶ Secundum est illud quod legitur Exo. 32. Quū appropinquasset Moyses ad castra, uidit titulum, & choros, iratusque ualde, proiecit de manu tabulas, & confregit eas ad radicem montis. Deinde assumptis secum filiis Leui, interfecit tria millia. Alia litera habet uigintitria millia. Ex hoc quod Moyses qui erat mansuetissimus hominum qui erant in terra, adeo iratus fuit, & tantam uindictam sumpsit de hoc quod Dei honores uitulo impenderant & choreas duxerant, satis potest esse manifestum, quātum irasci deberet, si quis zelum animarum haberet qui diuino seruitio contempto & neglecto uideret diuinis honores impendi non

uitulo, qui est creatura Dei; sed ipsi uanitati lasciuia per uultū designata. uitulus enim animal est lasciuum. Temporibus illis quibus deberent homines audire cantus ecclesie, audiunt cantus lasciuie. ¶ Tertium testimonij est illud quod legitur Mat. thæ. 14. q. saltatrix fecit amputari caput Ioannis. In hoc enim præfiguratum est, quantam potestatem habiturae erant saltatrices ad separandum eas, in quibus est gratia Dei, quæ per Ioannem designantur à capite suo Christo. ¶ Quartū testimonij est quod legitur Ezechi. 27. Pro eo quod plauisti manu, & percussisti pede, & gauisa es toto affectu super terram Israël. id. circo ego extendam manū meā super te, & tradam te in direptionem gētium, & interficiam te de populis. ¶ Quintū est illud August. Omnis motus petulantia, saltus est in profundum cloacæ. ¶ Sextum est illud quod refert Greg. in dialogo de quadam sorore, cui de nocte in uisione apparuit beata Virgo, atque coeuias in albis uestibus ei ostendit puellas, quæ cum illis se admiscere appeteret, & se illis adiungere non auderet, beatae Mariæ uoce requisita est, an uellet cum eis esse, & in eius obsequiis uiuere. Cui cum puella diceret, Volo: mandatum protinus accepit, ut nihil ultra leue & puellare ageret, & à ritu & iocis abstinere, sciens quod

inter

inter uirgines quas uiderat ad eius obsequiū die xxx. ueniret. Quibus uisus in cūctis suis moribus puella mutata est, & omnē à se leuitate puellaris uitæ remouit. Cūq; parētes eius eā mutam miraretur, quid sibi beata uirgo iusserat, & quo die itura esset ad eius obsequiū indicauit. Tūc post x x v. dies febre correpta est, & die x x x. cū hora exitus sui appropinquasset, eādem Dei genitricē cum puellis quas in uisione uiderat, ad se uenire cōspexit. Cui se uocati respōdit, & aperta uoce bis clamare cœpit, Ecce domina uenio: in qua uoce reddidit spm̄: & ex corpore uirgineo habitura cū suis uirginibus, exiit. In hoc, q. puella quæ uolebat processioni beatae Virginis interesse, mādatum accepit ut à iocis abstinere, satis potest perpēdi, q. ingressus processions chorearū prohibebat ab ingressu processions celestis. Vnde multū fugiendæ sunt huiusmodi processiones, quæ à tali processione hominē phibēt. ¶ Septimū testimonij est Apoc. 9. ubi legitur, q. ascendit fumus putei abyssi sicut fumus fornacis magnæ, & obscuratus est sol & aer de fumo putei abyssi, & de fumo putei exierunt locustæ in terrā. Fumus ascēdens de puteo abyssi, est fœtor & ardor luxuriae qui obscurauit solē, id est cœtum sacerdotū, quorū est illuminare ecclesiam & aerē: id est, cœtum contemplatiuorū pro ma-

gna parte. De hoc fumo exierūt locustæ: id est, cantatrices & saltatrices se non regētes ratione, sed incedentes inordinatē ac si bruta animalia essent. Hæ locustæ nihil omnino uirens relinquant in terra ecclesie, sicut de locustis Aegypti legitur Exod. 10. Hæ locustæ dicuntur exisse de fumo putei, nō quia habeant ab eo, q. sunt, sed quia habēt inde quod locustæ sunt. Aliquæ enim quarum corda infecta sunt ex fumo putei abyssi, procurant choreas. Aliæ uerō ex leuitate sola in principio ei consentiunt. Iuxta hunc modū loquēdi dicitur diabolus esse pater malorū, nō quia ipsi habeant ab eo, q. sunt, sed quia habeant ab eo, id est, ab eius imitatione, quod mali sunt. ¶ Sequitur in uisione Ioannis quibusdam interpositis. Et similitudines locustarū similes equis paratis in prælium. Innuitur in hoc, q. ornatus mulierum est quadam præparatio ad hoc, quod diabolus eis insedeat, & Deum in eis impugnet, unde sicut dicit Propheta de domino, quod ipse posuit Ierusalē sicut equum gloriæ suæ in prælio: sic diabolus facit de talibus mulieribus. Sequitur, Et super capita earum tanquam coronæ similes auro. Hoc pertinet ad ornatum quē habent tales mulieres in capitibus. Et insinuat, q. ornatus quos istæ mulieres deserunt in suis capitibus, quos acquisuerunt à suis amāsis, sunt quasi co-

ronæ pro multiplici triumpho quæ habuit diabolus per eas de filiis Dei. Sic solent strenui milites in torneamentis in capitibus equorum suorum coronas ponere de floribus. Sequitur, Et facies eorum, sicut facies hominum. Sicut facies hominum dicit, & non facies mulierum: propter mulieres quæ se depingunt, quarum facies sunt sicut lacuæ, sub quibus latent facies naturales, quas dominus eis dedit: quæ sunt pallide. Ad quas facies pertinet quod dicit Hiero. *Qua fiducia*, inquit, erigit ad celos uultus, quas conditor non agnoscit? Sequitur: Et habebant capillos sicut capillos mulierum. Sicut dicitur, propter illas quæ deferunt crines à mortuis mulieribus abscisos, qui non sunt capilli mulierum, quia nec mortuarii sunt, quæ ab eis abscissi sunt: nec illarum sunt quæ eos deferunt, sicut uirgines non sunt spinarum, et si eis alligentur. Et mirum est quomodo mulieres non timent deferre capillos mulierum mortuarum, & habere eos de nocte ad caput suum. Sed uerisimile est quod diabolus hanc audaciam procurat in eis. Cuius signum est hoc, quod ipsæ deferre timerent camiliam uel aliam uestem mulieris mortuæ, de capillis uero non timent, de quibus uidentur magis esse timendum. Sequitur, Et dentes earum sicut dentes leonum. Hoc pertinet ad rapacitatem talium mulierum. Ad hoc pertinet quod legitur Eccl. 9. *Ne re-*

spicias mulierem multiuolam: tunc enim uolunt tales mulieres ab amatoribus suis, quod mirum est. Sequitur, Et habebat loricas sicut loricas ferreas. Hic insinuat incorrigibilitas earum. Sicut enim in lorica non potest una macula ab alia separari: sic non potest eis persuaderi ut unum de ornamentis suis dimittat. Et uox alarum earum sicut uox currum eorum multorum currentium in bellum. Sicut exercitus magnus suo tumultu hostes fugat quandoque, & deuincit, & clamore aues uolantes cadere facit: sic exercitus diabolicus chorearum solis derisionibus & clamoribus suis deuincit bonos, & illos qui habebant pennas uirtutum à sublimitate uitæ inchoatæ cadere facit. Quod dicitur, alarum, pertinet ad uelocitatem quam habent in discurrendo. Quod dicitur, uox currum pertinet ad tumultum quem faciunt. Sequitur: Et habebant caudas similes scorpionibus, & aculci erant in caudis earum. Hoc referendum est ad hoc, quod mors æterna est finis carnalium uoluptatum. Vel ad hoc, quod ad mortem culpæ homines pertrahunt. Sequitur, Et potestas earum nocere hominibus mensibus quinque. Hoc potest referri ad hoc quod à Pascha usque ad Autumnum præcipue nocet choreæ ecclesiæ Dei. Sicut enim reges tempore isto solent ad bella procedere, ut hostibus suis auer-

rant

rant quod in hyeme labore acquiescunt: sic diabolus quam cito est Pascha, congregat exercitus chorearum, & aufert ecclesiæ quod in Aduetu & Quadragesima acquisierat. Sequitur: Et habebant super se regem angelum abyssi. Diabolus enim eas regit, cui nomen Hebraicè Abaddon, Græcè autem Apollyon, & Latine habens nomen exterminans. Glos. interli. A patria uite exterminare, est exulem facere. Unde merito uocatur exterminans diabolus, tentans homines per mulieres: quæ per eas hoc in exilio sumus, iuxta uerbum Hieronymi. prius positum, Memento semper, quod paradisi colonum mulier de possessione sua eiecerit, & ualde potens est daemon ille ad faciendum homines exulare à cælesti patria. ¶ Rationibus ostenditur quam periculosum sit choreas ducere. ¶ Cõsequenter ostendendum est rationibus, quam periculosum sit choreas ducere. ¶ Sex autem sunt per quæ potest ostendi hoc. Primum est hoc, quod diabolus in choreis non habet unicum gladium, sed tot quot ibi sunt personæ pulchræ & ornate: iuxta uerbum Hieronymi. prius positum, Gladius igneus est species mulieris. Unde non parum timendum est, ubi tot gladii hostis conspiciuntur: cum unicus etiam gladius eius multum timeatur. Præterea, ubi percutit diabolus gladio euaginato: tunc enim pallia & supertunica remouentur.

Cum enim alibi percutit, gladium inuoluit. Cum etiam gladius iste ex omni parte secet, ibi ex omni parte percutit. Ostendunt enim ibi se ex omni parte ante & retro à dextris & à sinistris. Percutit etiam ibi gladio exacuto. Ad choreas enim non ueniunt nisi prius præparate: quæ præparatio quedam exacuatio est gladii diaboli. Motu etiam circulari quasi quadam mola diaboli exacutur gladius iste, id est, pulchritudo augetur: quia quæ pallida est, & quasi febricitas ibi à faculis pulchra creditur. ¶ Secundum est, quod diabolus non utitur ibi facula unica ad accendendum corda hominum, sed pyra immensa. Unde cum uix possit esse aliquis diu iuxta unam de faculis istis quin calefiat: quomodo non calefiat, ubi tot sunt faculæ ardentes? Præterea matres quæ filias suas ornant & ad choreas mittunt, quasi festucas unguunt, ut melius ardeant, & in ignem prouiciunt. ¶ Tertium est, quod in choreis utitur diabolus potentioribus armis quæ habet, & ferè omnibus modis quibus uti potest. Potentiora arma quæ diabolus habet, sunt mulieres. Quod patet per hoc, quod diabolus elegit mulierem ad decipiendum hominem primum. Has etiam elegit Balaam ad decipiendum filios Israël: ut legitur in libro Num. 24. ubi habetur, quod Balaam dixit ad Balach, Dabo consilium quid populus tuus huic populo faciet extr-

mo tempore. Istud consilium fuit, quod ipse Balach mitteret mulieres de Moab ad filios Israel quæ deciperent eos. Et sic factum est: ut patet partim infra, scilicet 25. ubi sic dicitur: Morabatur autem eo tempore Israel in Sethim, & fornicatus est populus cum filiabus Moab, qui uocauerunt eos ad sacrificia sua. At illi comederunt & adorauerunt deos earum. Et Apocal. 2. habetur quod dicit Deus per Ioannem angelo Pergami, Habeo aduersum te paucos: quia habes illic tenentes doctrinam Balaam, qui docuit Balach mittere scandalum coram filiis Israel, edere & fornicari. Hanc dimisit dialobus Iob, sperans, quod per eam deiceret eum. Per hanc etiam uoluit deicere Tobiam. Per hanc Dauid, Sampsonem, & Salomonem deiecit. Diabolus tribus modis per mulieres tentat homines insipientes, scilicet tactu, visu, & colloquio. His tribus modis simul in choreis per mulieres tentat homines insipientes, scilicet tactu manuum, cantus suauitate, & pulchritudinis ostensione. In quibus quantum est periculum, ostensum est prius. ¶ Quartum est, quod nulli sancto uel sancte deferunt honorem qui choreas ducunt: imo omnibus contumeliam faciunt. Sicut enim contumeliam facit alicui sancto qui peccat in loco ei dedicato: sic qui peccat in tempore ei dedicato. Unde cum in nullo festo timeant choreas

ducere, nulli sancto timeant contumeliam facere. Præterea cum prohibitus sit eis labor in diebus festis, etiam ille qui esset ad honorem Dei & utilitatem propriam uel proximi, nunquam concessus est eis labor qui sit in contumeliam Dei & sanctorum, & damnum proximi. Irridendus uidetur esse qui petit requiem producentibus choreas, quæ absque poenitentia decesserunt, cum laboret in uita sua quieti præsegerint, & in diebus festis quiescere noluerunt. Nec habent aliquid sanctum qui pro eis intercedat, quia omnibus contumeliam fecerunt. ¶ Quintum est, quod ducetes choreas faciunt quodammodo contra omnia sacramenta ecclesiae. Primo contra baptismum: quia frangunt pactum quod inierunt cum Deo in baptismo, cum patrinus earum dixit pro eis, Abrenuntio diabolo, & omnibus pompis eius. Põpam enim sine processione diaboli intrant, cum choreas intrant: unde patrinus earum possunt timere ne de promissione illa rei apud Deum inueniantur, si non admodum diligenter, ne choreas intraret. Processio diaboli, est chorea in qua ad modum conuersarum diaboli se habet, quæ non intuat, sed absistit. Tãquam moniales diaboli sunt quæ intrant & cantant. Quæ autem absistit, participes sunt maleficiorum quæ ibi sunt, sicut conuersæ sunt participes beneficiorum quæ sunt

à foro

à fororibus quæ nouerunt cantare. Signum autem quod chorea est processio diaboli, est hoc, quod tendit ad sinistram. Ad hoc potest referri illud, quod legitur Proou. 4. Vias quæ à dextris sunt nouit Dominus: peruersæ uero sunt quæ à sinistris sunt. Contra sacramentum etiam ordinis quodammodo faciunt qui choreas ducunt. Sunt enim quasi similes clericorum, & tale seruitium diabolo offerunt, quale clerici Deo, & per cantus earum cantus ecclesiasticus contemnitur & negligitur. Qui enim deberet interesse ne speris, intersunt choreis. Contra sacramentum matrimonii etiam fit ibi: & quia maritis multum ibi detrahitur, quibus dicitur, Permon mari si &c. & multi incitantur ad faciendum contra matrimonii fidem: aperte etiam contra matrimonii legem ibi prædicatur: ut cum cantatur, quod pro paruo marito uxor dimittere non debeat quin amicum habeat, cum secundum legem Dei etiam leprosum dimittere non debeat, quin loco & tempore ei debitum reddat, si ipse uoluerit. Faciunt etiam contra sacramentum confirmationis, in quo in fronte signum crucis susceperunt tanquam emptæ passionem Christi. In choreis uero signo crucis abiecto, signum diaboli in capite proprio postulant, signum scilicet uenialitatis, quasi Christus non emerit eas, posuerat Christus uexillum suum in fronte earum tanquam in emi-

nentiori parte castris suis, & ipsæ uexillum diaboli pro eo posuerunt, non absque susceperunt, magna contumelia Christi. Faciunt enim contra sacramentum poenitentiae, per quam Deo reconciliata erant in Quadragesima, dum pacem illam frangunt, & in exercitum diaboli addunt. Faciunt etiam contra sacramentum altaris: quia ad mensam Dei panem celestem susceperunt, & post nihilominus Dei terram igne incendunt, similes Iudæ, qui cum comedisset ad mensam domini, accepit cohortem, & a pontificibus & pharisæis ministros, & uenit contra Iesum: ut habetur Io. 18. Contra sacramentum uero extremæ unctionis paucæ possunt facere, quia paucæ illud susceperunt. Si quæ tamē illud susceperunt, faciunt contra illud, quando sanitatem acceptam à Deo, in sacramento illo expendunt in contumeliam largientis. ¶ Sextum, per quod potest ostendi quam malum sit choreas ducere, est multitudo peccatorum quæ committunt personæ quæ choreas ducunt. Peccant enim gressu, ornatu, cantu, tactu, uisu, auditu &c. Gressu peccant, nullum enim passum faciunt qui non bene numeretur. Unde Iob 31. Nonne ipse considerat uias meas, & cunctos gressus meos dinumerat: Ornatu uero peccant quinq; modis. Primo, quia inde superbiunt. Secundo, quia corda inuentium ad luxuriam accendunt. Tertio, quia aliis qui non habent similes ornatus erube-

Ecce scen

scientiam faciunt, & dant eis occasionem concupiscendi similia. Quarto, quia reddunt eas querulas & molestas maritis suis. Quinto, quia si similia à maritis suis habere non possunt, per peccatū ea aliunde habere nolum. Cantu etiam peccant multipliciter. Primo, quia attrahunt corda aliarum personarum quæ non sunt iuris sui: ut sunt iuvenes maritatae uel filiae familias quibus mariti uel pariter prohibent ne eat ad choreas, & tamē adeo attrahunt corda earum, quæ uadunt, & in reditu mariti uel parentes uerberant eas, iurant, litigant, & multa alia mala occasione ista faciunt. Propter hoc comparantur cantatrices Sirenis. Esaiæ 13. Vbi sic legitur, Respondebunt ibi ululæ in ædibus suis, & Sirenes in delubris uoluptatis. Ululæ aues sunt, quæ rostro in palude fixo fridēt. Vnde significant cantatrices quæ rostro cordis fixo in palude luxuriæ cantant. Sirenes sunt secundum quosdam pisces marini in specie muliebri, quæ cantu suo dulci homines decipiunt. Delubra uocat loca in quibus uoluptuosi uacant uoluptati, ut eos in sinu esse idolorum. Secundo canentur tentat etiam corda sanctorum. Et est illa sagitta diaboli inuincibilis, à qua non defendit murus, nec aliquid tale. Ab ornatu potest homo abscondere se, sed à cantu non sic. Tertio, quandoque potest esse occasio mortis

alicui infirmanti cantus eorum qui quiete indiget, & si quiesceret, curaretur: moritur autem, quia cantatrices non permittunt eum quiescere. Quarto, assidēt ad libidinem inflāmat. Sicut cantus ecclesiasticus excitat ad spirituales deuotionem, sic talis cantus ad libidinem. Quinto, corda audientium inebriat uino gaudii temporalis. Vnde quasi ebrui Dei obliuiscuntur omnino, & etiā se ratione non regunt. Præter hæc interdum est in cætilenis earum turpiloquiū, & interdum mendacium contra legē Dei. unde mirum est, quomodo apud Christianos hoc toleratur, quod inter eos contra legem eorum prædicetur, cū apud gentes statutum sit, ut quicumque contra legem eorum prædicauerit, interficiatur.

¶ *Quod fatuum sit in presenti choreas ducere, uel alia signa letitiae habere.*

Ostensum est quātū sit periculum chorearum, cōsequenter est ostendendū quām fatuum sit in præsentī uita choreas ducere, uel alia signa letitiae habere. Fatuitas uerō ista satis apparebit nobis, si diligenter attendamus ubi sumus, & quō tendimus. In prima consideratione inuenimus nos esse in exilio, in ualle miseræ & lacrymarum, & in regione umbræ mortis. De primo dicit Aug. Nescimus quo sine claudimur in exilio isto. Et in Psal. Quomodo cantabimus canticū domini in terra aliena?

Si

Si uiris sanctis graue est cantare in terra aliena etiam canticum Domini, quid debet esse de canticis diaboli? De secundo etiam dicit Augustinus: In ualle miseræ sumus, in qua eo magis flēdū, quo minus flēmus, qui deberemus esse in celo uel saltem in terrestri paradiso, qui est locus amenissimus usque ad globū lunare attingēs, nūc heu sumus in ualle miseris plena, ubi interdum infixi sumus in limo profundi usque ad genua, ubi uentis & gradine & pluuiis impugnamur, ubi aduersantur nobis quæ ad seruiedum nobis creata sunt quædam animalia: ut lupi, leones, & serpētes quærunt nos interficere, & quædam non permittūt nos quiescere, nec de die, nec de nocte, ut pulices & similia. Quædam nobis uolunt eruere oculos, ut culices & similia. Ad tertium pertinet quod legitur in Psal. Ascēsiōes in corde suo disposuit in ualle lacrymarum. Quis locus est cæti uel risui in ualle lacrymarum? Ideo dicitur Ecclē. 2. Risum reputaui errorē. Et Aug. dicit super Ioan. risum taliū esse phreneticorum. Et Ecclē. 2. dicitur quod musica in luctu importuna sit narratio. Sicut importuna esset narratio eius qui narrationē suā proponere uellet, licet omnes imponeret ei silētium: sic importuna est narratio illorū, qui in risu & letitia sunt in mundo isto, cū omnia ad flētū moueant quæ in

hoc mūdo uidētur, si uerē agnoscantur. Vnde Ecclē. 1. Quis addit sciētiam, addit & dolorē. Mala præsentis uitæ per se & immediatē luctū inducunt: bona uerō præsentia inducūt causam luctus: id est, peccatum. Quocumque homo se uertat, uidet unde flere possit & debeat. Si sursum respiciat, uidet patriam cælestem, à qua exul est, incertus utrū unquam ad eam sit peruenturus. Si deorsum respiciat, uidet sepulchrū suum, terrā scilicet in quā necessariō reuertetur. Si ad dextrā prosperitatis, & ad sinistrā aduersitatis se uertat, uidet quod cadunt à sinistris mille, & à dextris decem millia. Si autem respiciat antē, in promptu sunt multæ causæ flēdi. In occulto uerō, id est, à tergo, sunt multo plures. Plura enim sunt pro quibus flere debemus quæ non uidemus, quàm ea quæ uidemus. Quis potest locus esse risui inter tot Dei iniurias, inter tot proximorum miserias, inter tot fratres nostros, quos quasi in feretris peccatorum iacere uidemus? Corpus peccatoris quasi feretrum est, in quo mortuus spiritus iacet. Taha meditabatur Ieremias, cū diceret, Quis dabit capiti meo aquā, & oculis meis fontē lacrymarū, & plorabo interfectos filia populū mei? Ierem. 9. Quis deslere non debeat, ubi ad flētum monet ipse Deus & uerbo & exēplo? Verbo, ut Luc. 6. Beati qui nūc flētis quia

quia ridebitis. Et post, Vx uobis qui ridetis nunc, quia lugebitis & flebitis. Exemplo uero Luc. 19. ubi post gaudium & cantum cum quo susceperant eum in Ierusalem uenientem, subiungitur: Et ut appropinquauit uidens ciuitatem, fleuit super illam, dicens: Quia si cognouisses, & tu. inueniens ciuitatem huius uitae & gaudiu ex caecitate prouenire. Bernardus: Compatitur Dei filius, & plorat: homo patitur, & ridebit. Etiam ad fleu monent paruuli, qui nondum sunt unius diei. August. Puer a ploratu incipit, nec ridere potest propheta calamitatis. Lacrymae sunt testes miseriae: nondum loquitur, & iam propheta. Erubescant cantatrices tibi non flere, ubi infans qui nondum est unius diei, praedicat esse fletum. Quod autem sumus in regione umbrae mortis, patet ex illo uerbo Lucae 1. Visitauit nos oriens ex alto: illuminare his qui in tenebris, & in umbra mortis sedent ad dirigendos pedes nostros in uiam pacis. Ad idem potest referri quod legitur Esa. 9. Habitantibus in regione umbrae mortis, lux orta est eis. ¶ Potest autem uocari uita ista umbra mortis: quia magis assimilatur morti quam uita. Vel propter proximitatem quam habet ad mortem culpa illi qui hic uiuunt uita gratiae. Omnia enim quaerunt mortem spirituale eorum. Unde David, Inimici mei circumdederunt animam meam.

Item Hieronymus: Gladium tenet hostis ut me perimat. Et omni parte sunt pericula spiritualia & laquei. unde Guido Cartusienis: Laqueos bibis, comedis, uestis, dormis. Omnia sunt laqueus. Umbra etiam mortis potest dici, propter proximitatem quam habet ad mortem poenae aeternae, qui in peccato sunt. Quasi ad portam inferni sunt tales, ita ut inter eos & infernum non sit nisi transuersum corporis, ut si a corporibus recedam animae, statim quasi in puncto sint in inferno. David: Appropinquauerunt usque ad portas mortis. Iob 21. Tympanum & citharam tenent & gaudet ad sonitum organi: ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt. Illa etiam pars mundi in qua sumus, quasi stabulum est in domo Dei. Quae domus tota est machina mundi. Palatium eius est caelum. Et quale est in hoc stabulo sordido choreas ducere? Ad hoc ualet quod legitur Lucae 10. Impones illum in iumentum suum, duxit in stabulum. ubi gl. non domum, sed stabulum dixit: quo nomine miseriae & foetores huius uitae designat, ne homo in hoc exilio quasi in patria gaudeat. Sed hae foetorem non sentiunt qui foetidi sunt. Unde Bern. Vbi omnes foetidi sunt, foetor unius minime sentitur. Si quis etiam attendit quod nos credimus, satis uidebit quod fatuum hic est cantare

uel choreas ducere: quasi enim ducimur ad mortem. Sen. Omnes supplicio capitali condemnati sumus. Et Augu. Nihil aliud est tempus huius uitae, quam cursus ad mortem. In quo nemo paululum stare uel tardus ire permittitur, sed urgentur omnes pari motu. Singulis diebus facit homo die tam unam ad mortem corporis. Et talis est proximus morti, qui se credit remotum. Ad hoc potest referri quod narrat Gregor. in dialogo de Fortunato, qui audiuit quaedam unam simiam ferretum qui ante portam suam cepit cymbalis ludere, & clamauit: Heu heu mortuus est infelix iste. Et post cibum sibi datum quum egrediretur ianuam, saxum cecidit in uertice eius, altero die funditis uitam finiuit. Quale est hoc, hominem morti condemnatum, cum choreis & instrumentis musicis ad tormentum suum ire? Ad mortem suam cantando & letando uadunt qui choreas ducunt. In hoc cygno sunt similes, qui ante mortem catere dicuntur. Quale etiam est hoc, ad districtissimum iudicium ire, letando, praecipue cum sentiat se homo in tot & tantis culpabilem? Ad hoc pertinet quod legitur in Vitis patrum de quodam patre, qui uidens quendam ridentem ait: Reddituri sumus rationem de uita nostra coram caelo & terra, & tu rides. Ad idem potest referri exemplum de rege illo, qui memor malorum suorum & di-

uini iudicii gaudere non poterat. Qui interrogatus super hoc a quodam fratre suo, uoluit ei causam ostendere: unde misit buccinatores suos ad portam fratris sui, quod secundum consuetudinem illius regni certum signum erat mortis. Deinde quum frater regis ad regem esset adductus, & non modicum timeret & ualde tristis esset, requisit rex quare non gauderet: qui cum respondisset ei, Quomodo in statuto possem gaudere? indicauit ei rex causam tristitiae. Si enim ille tantum timebat qui sciebat regem esse fratrem suum, qui in nullo se sciebat regem esse culpabilem apud eum, quia aliqua signa offensae regis audierat: merito timere potest qui tot & tantis scit se esse culpabilem, non apud fratrem, esse apud Dominum maiestatis.

De alijs remedijs contra Luxuriam. C A P. IIII.

Sequitur de alijs remedijs contra peccatum Luxuriae. Et cum luxuria non sit qualiscumque ignis, scilicet ignis infernalis, summum remedium contra ipsam est oratio: unde sicut ille qui patitur morbum illum qui ignis infernalis dicitur, alicubi se facit referre ad ecclesiam beatam Mariae Virginis, ut Parisiis: alicubi ad sanctum Antonium, nec inde recedit donec curatus sit: Sic qui ignem luxuriae sentit, toto corde deberet se conuertere ad Deum & ad suffragium sanctorum, & non deberet cessare donec accipis

cepisset sanitatē, & post deberet sequi gratiarum actio, & singulis diebus reddere deberet homo Deo & sanctis aliquem sensum uel seruitium in signum liberationis: quia scriptū est, Eruate, & honorificabis me. Si quis tanto ardore quereretur curationē ab isto igne infernali, quanto querit curationē ab illo, uix non esset quin impetraret. Hoc remedium docemur Sapient. 8. ubi sic legitur: Ut sciri quoniam aliter nō possum esse continēs nisi Deus det, & hoc ipsum erat sapientia, scire cuius esset hoc donum, adii Dominū, & deprecatus sum illum. Specialiter autem ualeat cōtra peccatum illud beata uirgo Maria, quæ sic amatrix est munditiæ in se, sicut in aliis. Et specialiter aliquod seruitium faciendum esset, ut ab hoc igne liberaret. Tamen in hac parte cauendū est à temerariis uotis, ¶ Quintum remediū est, honesta occupatio: quia, Otia si tollas, perire Cupidinis accus. ¶ Sextum est, aqua sapientiæ salutaris. Vnde in Canonica Iacob. 3. Quæ desursum est sapientia, primum quidem pudica est, id est, pudicum reddēs. Vnde Zachariæ 9. Vocatur uinum germinās uirgines: id est, uirginales affectiōes. Et Dominus Ioānis 15. Vos mūdi estis propter sermonem quem locutus sum uobis &c. Hieronymus: Ama sacras literas, & carnis uitia nō amabis. Et sapi. 8. uocatur

sponsa. ubi sic legitur, Quæ sponfam mihi eam assumere. In quo uerbo insinuat quod ad hærere sapientiæ, sit remedium cōtra illicitas delectatiōes carnis. ¶ Septimum remedium est eleemosyna. Vnde super illud, ad Timoth. 4. Pietas ad omnia utilis est, dicit Ambrosius, Si quis misericordiam sequitur, à lubricum carnis patiat, uapularit quidem, sed non peribit. ¶ Octauum remediū habet hoc uitium commune cū uicio gula. Et hoc remedium est cōsuetudo mortis, uel status, in quo caro post mortem futura est: quia iuxta uerbum Gregorii, Nihil adeo ualeat ad domanda carnis desideria, sicut cogitare semper qualis caro sit futura mortua, sicut in tractatu de Gula diximus.

De prohibitione simplicis fornicationis. PARS V. Quæ habet quatuor capita.

De ordine dicendorum in ista parte. Et quod simplex fornicatio sit prohibita, ostenditur auctoritatibus. CAP. I.

Quinto loco in tractatu de Luxuria est dicendum de simplicis fornicatiōis prohibitione. De qua hoc ordine dicemus. Primo ostendemus simplicem fornicationem prohibita esse. Secundo ostendetur eam prohibendā fuisse. Tertio ostendemus quæstionē illā, qua queritur quare Deus prohibuit simplicem fornicationem, diaboli

cam esse & irrationabilē & irratione dignā. Quarto ostendemus, quod egit Dominus misericorditer cum genere humano, quum simplicem fornicationē prohibuit: quū possit tamē aliqui cōtrariū uideri, ex hoc quod ferē totus mundus perire propter prohibitionem istā uideatur: & quia hæc prohibitio uideatur esse cōtra multiplicationem humani generis. ¶ Quod autē simplex fornicatio sit prohibita, probatur, Primo ex hoc quod legitur Deut. 23. Non erit meretrix de filiabus Israël. Secundo ex hoc quod legitur 1. ad Corint. 6. Nolite errare, neque fornicarii, neque idolis seruientes, neque adulteri, neque molles, neque masculorum concubitores, neque fures, neque auari, neque ebriosi, neque maledicti, neque raptores regnum Dei possidebunt. Tertio ex hoc quod legitur ad Gal. 5. Manifesta sunt opera carnis, quæ sunt fornicatio &c. Et subiungitur: Qui talia agunt, regnum Dei non consequentur. Quarto, ex hoc quod legitur ad Ephes. 5. Hoc scitote, intelligētes quoniā omnis fornicator, aut immūds, aut auarus, quod est idolorū seruitus, nō habet hereditatem in regno Christi & Dei. Quinto ex hoc quod legitur Act. 15. quod dixerūt Apostoli & seniores fratres: Visum est spiritui sancto & nobis, nihil ultra imponere uobis oneris, quàm hæc necessaria, ut

abstineatis uos ab immolatis simulacrorum & sanguine, & suffocato, & fornicatiōe. Vbi dicit gloss. interliu. Necessaria sunt sine quibus non est salus. Vnde quum fornicatio ibi numeretur nisi quis ab ea abstineat, nō saluatur.

Quare Dominus prohibuerit simplicem fornicationē. CAP. II.

Octo autē sunt per quæ potest ostendi quod simplex fornicatio prohibēda fuerit. ¶ Primum est sterilitas, quæ frequenter est in illis, quæ indifferenter omnibus se exponunt. Si enim pascim se omnibus exponere reddit eas steriles, sicut procurare sterilitatem contra legem naturalē est: sic exponere se, cōtra legem naturalem erit. ¶ Secundū est, quod educatio proli de naturali lege ad patrem pertinet, & educare eā non potest nisi eā agnoscat. Agnoscere uerō prolem suam non potest pater, nisi matrem ut propriam habuerit. Vnde pater quod cōcessio simplicis fornicationis quæ impedit ne pater proli suā educat, quod dammodo est cōtra legem naturalem. ¶ Tertius est, crebra interfectio proli quæ sequitur ex fornicatiōe, & crebrior sequeretur, si esset cōcessio. Matres enim nō potētes proli prouidere, nec habētes auxiliū à patre, suffocaret sepe eā, sicut & hodie aliqua faciunt. ¶ Quartus est hoc, quod uir reddat mulierē impotētem ad prouid

uidendum sibi, & tempore quo est grauida, & quo iacet de ple, & quo occupata est circa prole educadam: quare uidetur de lege naturali obligatus esse ad prouidendum ei tempore tali, quod cōcessio fornicatiōis impediret. ¶ Quintū est hoc, quod ita displicet uiro quando uel uxor uel concubina se concedit alii uiro. Secūdam enim legem naturalem non deberet se coniungere alii mulieri, ex quo simile nollit fieri illo modo. ¶ Sextum est, naturalis æquitas, quæ requirit hoc, ne aliquis homo plus quàm unā habeat, ne forte sit aliquis qui nullam habeat. In æquali numero fuerunt formati à principio uir & mulier: nec est certum utrum numerus per generationē amplius creuerit. Vnde sicut aliquis paterfamiliās q̄ habet quatuor domos & quatuor filios, ordinat q̄ unus non habeat nisi unam, ne sit aliquis qui nullā habeat: sic Dominus ordinauit ut uir unus nō habeat nisi unam mulierem. ¶ Septimū est, pax generis humani. Si enim liceret cuiuslibet qualibet uti, sequerentur rixæ & odia, & multa homicidia. ¶ Octauū est, quod aliquæ aues sunt, quarum est talis castitas, q̄ una uni adheret: ut patet in turturibus. Vnde quum nō minor debeat esse castitas hominis castitate turturis, unus uir uni debet adherere mulieri. Indecēs est q̄ carnalior sit homo qui præter carnē

habet spiritum rationale, quàm auis quæ carnalitatē habet solum. ¶ Possunt autē præter prædictas tres causæ assignari quare Dominus prohibuit aliquas uoluptates, & secundum gustū & secundum tactum. ¶ Primo in signum domini. Vnde Augustinus dicit super Genes. Non erat unde homo se dominum habere cogitaret, nisi ab aliquo prohiberetur. ¶ Secūdam ut haberet homo unde mereretur. Vnde Augustinus similiter super Genes. dicit, Oportebat ut homo sub domino positus ab aliquo prohiberetur, ut uirtus merendi esset obedientia, quæ sola uerisimile est uirtus. Si enim nihil esset prohibitum uel præceptum, non posset aliquis male agere, & ideo non esset difficile, ne forsitan laudabile bene agere quæ enim uirtus est, si quis agat quod sibi placet? Sed in hoc est uirtus magna, quod homo contra propriā uoluntatē facit, & conformat se uoluntati Dei. Vnde Sapientia. Hoc solū uirtuti adicietis, quod propriæ uoluntati detraheris. Et poetā: Est uirtus placidis abstinuisse bonis. ¶ Tertio ut homo assuescat proponere amorem Dei amoris carnali. Ad amādū enim Deū super omnia tenet homo ex illo mādato primo & maximo: Diliges Dominū Deū tuū. Et ex sola transgressione huius mādati posset aliqdānari, etiam si nullū aliud speciale mandatū transgrederetur.

Quis

Quod fatuum sit quæere quare

Dominus simpliciter fornicationem prohibuerit. CAP. III.

Sequitur uidere quomodo illa quæstio sit diabolica & irrisione digna, qua quæritur quare dominus prohibuerit simplicem fornicationē. Ideo uerō diximus eam diabolicā, quia proposita est primo à diabolo talis quæstio, Genes. 3. ubi dixit ad mulierem: Cur præcepit uobis dominus, ut non comederetis ex omni ligno paradisi? Ideo uerō diximus eam irrisione dignam: quia nullus proponeret alicui homini similem quæstionem, qui eum pro stulto non haberet. Si ueniret aliquis ad aliquem ciuem, & diceret ei, Quare non permittis filias tuas prostituere? quare uis eas maritari? Estis uos fatui? diceret ipse. Quanto ergo potius ille fatuus potest reputari, qui de cælesti rege hoc audet quæere, quare ipse filias suas nō permittit fornicari, quare uult eas uel castas permanere, uel nuptiis tradi? Præterea, quæere quare Dominus de re sua aliquid prohibuerit, est quæere quare Dominus in re sua ius aliquid uel aliquod signum domini tenuerit: quā quæstionem patet stultam esse: ut si quis quærat à rege Fræciæ, quare non datis mihi totū regnū uestrū, ut nec aliquid signū domini retineatis? Ibi permiserat dominus bonū omne lignū, præter unū, bene debuisset ei sufficere.

Quod Dominus misericorditer

egerit cum hominibus, prohibendo eis simplicem fornicationem. CAP. IIII.

Ex iam dictis patet manifestum esse quod dominus misericorditer egit cum humano genere, quum simplicem fornicationē prohibuit uiris, quia potius uoluit eos habere fidele adiutoriū, quàm tales qui furarentur eis quicquid possent furari. Concubinae quæ nesciunt quantum debent esse cum hominibus, furantur eis quicquid possunt. Cum mulieribus etiā in hoc misericorditer egit. Videns enim Dominus quod mulieres habituræ essent laborem in portando prolem in utero, dolorem in parturiendo, sollicitudinē & occupationem & laborem in nutriendo, uoluit uiros ante opus carnale eis obligari in iuuando eas. Cum prole etiam misericorditer egit. Frequenter enim periret proles, si simplex fornicatio esset concessa, ut prius ostendimus. Cum toto etiam genere humano dominus in hoc misericorditer egit, cuius paci prouidit. Misericorditer etiam egit cum genere humano, quod ab illa uoluptate hominē cohilere uoluit in parte qua nullus utitur nisi ualde raro absque peccato. ¶ Ad id autem quod obicitur, quod ferè totus mundus perit propter prohibitionē illam: Dicendum est, quod forte plures perirent, si non esset prohibita

Ff fornic

fornicatio, quàm modo pereant. Quia uel perirent propter nimium amorem quem haberent ad mulieres. Vehemens enim amator propriae uxoris, sicut dicit Ambrosius, adulter est. Homines enim tunc nimis essent carnales: quia quem non alliceret una, alliceret altera. Vnde Deut. 17. dicitur de rege, Non habebit uxores plurimas, ne illicet animam eius, uel perirent propter rapacitatem. Fornicariae enim mulieres depauperant homines, & fures reddunt: uel propter odium, quando auferretur ab aliquo illa quam amaret: uel propter aliud peccatum quod fornicationem sequeretur. Ad id autem quod obiicitur, quod haec prohibitio est contra multiplicationem generis humani, in parte patet solutio ex hoc quod dictum est prius, quod illae quae omnibus supponuntur, steriles efficiuntur. Praeterea, Dominus non facit magnam uim in paucitate uel multitudine hominum, Vnde Eccles. 16. Ne iocunderis in filiis impiis, si multiplicentur, Et subiungitur: Melior est enim unus timens Deum, quam mille filii impii. Et utilius est mori sine filiis, quam relinquere filios impios. Et Eccles. 15. Non concupiscit dominus multitudinem filiorum infidelium & inutilium. Scit enim dominus, quod melius fuisset malis mori sine filiis, quam relinquere filios impios. Vnde Dominus bene praecipit uel consuluit illud. Ex quo

hoc sequitur, quod pauciores sint homines: quoniam uidelicet ad hoc quod plures saluentur, uel ad hoc meliores sint qui saluentur. Vnde ipse consuluit castitatem & uirginitatem, & similia. Prohibitio uero fornicationis salua ad hoc ualet, quod perfectiores sint qui saluantur. Nota peruersitate quorundam hominum, quibus ibi displicet proprietas, ubi Deo placet, in mulieribus scilicet: & ibi placet, ubi Deo displicet, scilicet in possessionibus.

De allegantibus impotentiam continentendi. PARS VI. quae habet duo capitula.

De diuersis testimoniis scripturarum contra illos qui dicunt se non posse continere. CAP. I.

Vltimo in tractatu de Luxuria, dicendum est aliquid de impotentia continendi, quam multi allegant. Et primo ponemus diuersa testimonia scripturarum, quibus contra eos qui hoc dicunt possumus uti. Deinde ponemus multas rationes, quibus contra tales utendum est. ¶ Et inter testimonia, Primò occurrit illud Gene. 4. quod dicit Dominus ad Cain, loquens de peccato: Sub te erit appetitus tuus, & tu dominaberis illis. Vnde quasi mendacium Deo imponunt, qui dicunt se non posse abstinere à peccato. ¶ Secundo occurrit illud Iob 6. Aut poterit aliquis gustare, quod gustatum adest mortem. Ex quo uerbo uidetur, quod potius deberet homo dicere,

certe,

Non possum fornicari: quàm, non possum continere. Et in ueritate qui perfecta fidem haberet, quod delectatio fornicationis esset uenenata, sic faceret. Nonne si apponeretur alicuius cibis amarissimus uel uenenatus, ipse statim diceret, Non possum aliquo modo comedere: uoluptas uero prohibita est uenenata & morte amarior. Vnde Eccles. 7. Inueni amariorē morte mulierē. Quod intelligitur de uoluptate, quae est morte amarior: quia hic morte culpae interficit: in futuro uero interficit morte aeterna, tam corporis quam animae. Ad idē potest adduci quod legitur Eccles. 15. Apposuit tibi aquam & ignem: ad quod uolueris, porrige manū. Et posuit ante hominē uitam & mortem: bonum & malum: quod placuerit, dabitur ei. Ad idem facit illud Apostoli: Fidelis est Deus, qui non permittit uos tentari supra id quod potestis. & Matt. 11. Iugum enim meum suauis est. &c. Quomodo enim leue est, si est importabile? Et illud 1. Ioan. 5. Haec est charitas Dei, ut mandata eius custodiamus, & mandata eius gratuita non sunt. Ad idem potest referri illud Hierony. Maledictus qui dicit Deum praecipisse impossibile. Idem: Violentia facit Deo, qui petit ab eo quod soluere non potest. Nus enim iustitiae humanae est, non esse licitum petere ab homine quod soluere non potest. Quod si uerum est, multo fortius

non est licitum iustitiae diuinae petere hoc. Idem: O prophana temeritas, o uesanorum insania, Deum scientiae duplici ignorantia condemnatis: scilicet quod nesciat quid fecit, quod nesciat quid iusserit, quasi imposuerit mandatum quod impleri non possit. Proh nephas, imponitis iniquitatem iusto, crudelitatem pio, ac si uos quod suspicari sacrilegium est, ad salutem non fecerit, sed ad poenam. In qua auctoritate insinuat Hieron. illos esse blasphemos, qui dicunt se non posse continere. Deo enim imponunt ignorantiam, iustitiam & impietatem. Contra tales potest etiam adduci illud August. Nemo peccat in eo quod uitare non potest. Et illud, Peccatum adeo est uoluntarium, quod si non est uoluntarium, non est peccatum. Et illud Sen. Omittite excusationes, nemo peccat inuitus.

Rationibus ostenditur, quod fatui sint qui dicunt se non posse continere. CAP. II.

Consequenter sunt rationes ponenda, quibus uti possumus contra eos, qui dicunt se non posse continere. ¶ Primò ergo dicimus illis, quod ipsi faciunt uerècundiam sibi ipsis, & contententur suum magnū opprobrium. Contententur enim uilissimam partem quae in eis est sibi dominari, & adeo perfecta dominatione quod oportet fieri, quod illa pars imperauerit, & hoc cum uigiliis multis, cum laboribus multis & expensis, cum periculo animae, &

Ff 2 etiam

etiam corporis quandoque. Bene uidetur cor amisisse qui talē seruitutem tolerat: melius efflet tolerare seruitutē leprosi unius, quā istam. Vnde rectē numeratur fornicatio cū his quæ auferunt cor. Osee 4. Fornicatio, uinum, & ebrietas auferunt cor. ¶ Secundō dicimus quod in talibus hominibus est impotentia, quæ non uidetur esse in paralyticis hominibus. Non enim possunt federe, nec iacere. Si enim hoc possent, diabolus nō ferret eos ad locū in quo fornicarentur. ¶ Tertio dicimus quod cum dignitas ista sit data homini præcæteris animalibus, quod liberū habeat arbitriū, ipsi non solū similes facti sunt brutis, imō etiam inferiores. Minus enim habent libertatis quā bruti, & quodāmodo magis habēt brutale concupiscentiam, & maiori seruituti subiectam. Piscis enim temperat se ab esca si hamū uideat, & auis à granis si laqueum uideat: miser uerò homo timore mortis æternæ non potest se temperare ab esca uoluptatis momētaneæ. ¶ Quarto, dicimus quod talis uno solo gartione præsentē non auderet fornicari, sed sola uerecūdia cohiberet eum: quāto magis præsentia Dei & angeli qui sibi deputatus est ad custodiā, deberet eum cohibere: Boëtius in lib. Consolat. Magna nobis, si distimulare non uolumus, indicta est probitatis necessitas, cum ante oculos iudicis agamus cuncta

cernentis. Bern. In quouis diuersorio, in quouis angulo reuerentiā habe angelo tuo, nec audas illo præsentē quod me uidente nō auderes. Verificator. Cū quid turpe facis quod me cernente ruberes: Cur speccante Deo non magis ipse rubes? Non est dicendū quod equus nō possit cohiberi ex quo mō dico fræ nō cohibetur: sic nō debet dicere, non possum me cohibere à peccato carnis ille quē frænum erubescētia cohiberet. ¶ Quinto, dicimus quod non est ueniale, quod domus alicuius hominis eo inuito cōburatur, ex quo ipse uoluntariē ignē apponit. Ignem propriis manibus in domo corporis sui apponunt, qui cibos & potus ad libidinē excitantes sumunt. ¶ Sexto, dicimus quod nō debet dicere infirmus, non possum curari, qui solū propter hoc nō curatur, quia cōsilio non acquiescit. Hæc est sola causa quare laborātes in infirmitate spiritali non curātur, quia cōsilio cælestis medici non acquiescunt. Illa quæ ad cōsiliū corporali medici proprios crines deponeret, ad cōsiliū spiritalis medici non uult deponere alienos. Vfurarius qui corporali medico proprios daret denarios, ad cōsiliū spiritalis non uult restituere alienos. ¶ Septimo, dicimus quod nulla est eius excusatio, qui castrū fidei suæ cōmissum habitibus domini sui uili pretio redidit, muris adhuc integris succur-

si non postulato à domino suo, nec expectato: cum sciat eum & posse, & uelle subuenire ei. Nec est credendū ei à domino suo, si dicat, non poteram me tenere. Omnia ista facile est uidere in eo qui pretio uilis uoluptatis castrū corporis sui tradidit diabolo in primo cōsiliū tētatiōis, nō missio nūtio oratiōis ad dominū pro succursu, quū dominus possit ei subuenire, & uelit. Nō uult enim exheredari. Vnde Apostolus: Fidelis Deus qui nō permittet uos tētari supra id quod potestis: sed faciet etiā cū tētatione prouentum, ut possitis sustinere. ¶ Octauo, dicimus quod non uidetur inuitus mori qui uoluntariē mortē suā carē emit: nec inuitus capi, qui hostes insequitur, & inter manus eorū se ponit, quum sciat se eis non posse resistere, quū sola fuga securus possit esse. Sic nō debet dicere, Nō possum cōtinere, qui consortia mulierū nō uult fugere, quū debile se agnoscat. ¶ Nonō, dicimus quod si talis qui dicit se nō posse continere, haberet tantā uoluntatem cōtinēdi quantā habet uinū tuū custodiendi, de facili cōtineret. Si tanta diligētia obstrueret sensus corporis sui, cum sentit concupiscentiā per eos aliquatū dānificatā, quāta diligētia obstruit foramē dolii sui, cum perpēdit per illud aliquantulum uini exisse? ¶ Decimo, quærimus ab eo qui se nō posse cōtinere dicit à quo cogitur ad fornicādū, utrū à dia-

bolo, uel à carne, uel ab ipsa muliere? A diabolō non, cum dicat de eo Greg. Nō est timēdus hostis qui nō potest uincere nisi uolentē. Super illud Matth. 4. Si filius Dei es, mitte te deorsum. dicit Gl. In quo infirmus ostēditur, cum nulli nocere possit, nisi ille prius se deorsum miserit. Si dicat se à muliere cogi, ridiculum est hoc, cum potius ipse eam cogat. Si à carne, ille hanc excusationē nō recipit qui ei dominū carnis dedit. Vnde Gen. 3. dicitur ad mulierē quæ tenet figurā carnis: Sub uiri potestate eris, & ipse dominabitur tui. ¶ Undecimo, quærimus à tali quomodo ipse intelligat hoc, Nō possum cōtinere: utrū sic intelligat, nō possum cōtinere etiam si uelim: uel sic, nō possum, quia nolo? Si primo modo, patet hoc esse falsum: quia si impulerit eū timor uel cupiditas ad hoc quod uelit tam cito, potest cōtinere. Verbi gratia: Si debeat lucrari ex cōtinētia sua mille marcas, uel castrū, uel ciuitatē, uel domū, uel si sciat se tam cito post peccatū amissurū pedē suū, uel aliud membrū, uel si uideat sibi paratū lectū igneum in quo oporteat eum iacere, cum à lecto mulieris surrexerit. Vnde Bern. Ignosce domine, ignosce, excusamus, tergiversamur, uix est aliquis qui in eis quæ ad te sunt experiri uelit quid possit etiā quod prōptissimē secundum carnē potest uel secundū seculū, siue timor impulerit, siue cupiditas

tas traxerit. Si secundo modo intelligat, nō possum continere. quia nō lo: igitur non est nō posse in causa, sed potius non uelle in culpa, iuxta uerbum Augusti. ¶ Duodecimo potest queri ab ipso qui dicit se non posse cōtinere, utrū intelligat quod nō potest continere suis uiribus sine Dei auxilio, aut intelligat quod etiam adiutus à Deo non possit. Si secundo modo, hoc est manifestè falsum, & etiam sapit hæresim. Si primo intelligat, hoc planè uerum est. Sine adiutorio enim diuino nihil possumus, unde Ioan. 15. Sine me nihil potestis facere. Et 1. Corint. 3. Non est sufficientes simus cogitare aliquid à nobis quasi ex nobis: sed sufficientia nostra ex Deo est. Et Augustin. Domine, sine te nihil sunt omnes conatus mei. Et Sapient. 8. Ut scij quoniam aliter non possum esse continens, nisi Deus det, & hoc ipsum erat sapientia, scire cuius esset hoc donum: adiu Dominum, & deprecatus sum eum. Mat. 19. Cūm quaererent discipuli, quis potest saluus esse? Respondit Iesus: Apud homines impossibile est, apud Deum omnia possibilia sunt. ubi dicit interlin. Impossibile est apud homines ut per se à suis cupiditatibus cōuertantur. Et Ioā. 7. Nemo potest uenire ad me, nisi Pater meus traxerit eū. Hoc autē ualde utile est ostēdere hominibus. quod uiribus suis saluari non possunt, nec à peccato abstine-

re. Hoc enim persuaso eis, potest eos monere homo ad tria ualde eis utilia: ad eorū iustificatiōem scilicet, ad excutiendā quandam stultam præsumptionē, & fiduciā qua credunt se conuerti quando uoluerint. De qua legitur Ecclesiast. 29. Repromissio nequissima multos perdidit. Mira infania: ille qui non potest, cūm liber est, diabolo resistere, sperat cum ab eo captus erit & ligatus, uiribus suis de manibus eius liberari, quum scriptum sit Iob 41. quod factus est ut nullum timeret, & non est potestas in terra quæ ei ualeat cōparari. Qui in mortali est, captus est & ligat. Vnde Prover. 5. Iniquitates suas capiūt impiū, & funibus peccatorū suorū quisque constringitur. Item qui non potest se tenere ne ad impulsum tentationis cadat in foueā peccati: quomodo sperat se contra factum casu, consuetudine pressum aggere peccatorū obrutū à tam profunda fouea per se exire eo qui impulit ei resistere? Imò quod amplius est, sperat homines cū morte spiritali mortui fuerint, se ipsos posse resuscitare. Et ut breuiter dicam, in presenti se nihil posse asserunt: sed in futuro, quando ex se erunt impotentiores & Dei adiutorio minus digni, quia eum diuinus offenderunt, quando etiam diabolus magis laborabit ad impedendum salutem eorum. Ipse enim calcaneo insidiatur: id est, fini hominis. Quod haberi potest

test ex hoc quod dictū est serpenti Gen. 3. Tu insidiaberis calcaneo illius. Tunc, in quā, omnia se posse præsumūt. ¶ Secundo potest homo monere eos ad hoc quod gratiā eius studeant sibi cōparare sine eius auxilio cōuerti non possunt elemosynas suas largiendo, orando Deū, & suffragia sanctorū & uirorū iustorū implorando. ¶ Tertio nō possunt moueri ad hoc ne fingant se quin faciāt quod possunt, etiā aliqua quæ uideatur sibi difficilia. Dominus enim nō uult iuare eos qui se nō iuuat: imò quasi fingit se, quia ipsi fingit se. Vnde Sap. 1. Spiritus disciplinae effugiet fictū. ¶ Item potest sic queri ab eo qui dicit se cōtinere nō posse. Aut uis continere, & non potes: aut potes, & nō uis. Si uis & nō potes, infidelis est Deus qui patitur te tētari supra posse tuū. Præterea nōne credis quod omnia possis cū eo qui omnia potest? Sicut uulgariter dicit qui nō habet nisi quinque solidos, Ego & rex habemus centū millia marcarū. Nō potest paruū esse illud posse, cuius defectum posse diuinū paratū est supplet. Si autē potes & non uis, inexcusabilis es. ¶ Ultimo potest queri à tali, an possit aliquo tēpore cōtinere. Quod si dixerit sic per mensuram ostendendū est ei quod potius sperare debet sequenti mēse contineat quā ista. Primo, quia cōsuetudo inuabit eū. De qua Tullius: Optima forma uiuendi est eligenda, quam iocū

dam reddet assuetudo. Poëta: Quod male fers, assuesce, feres. Præterea sperare debet Deū esse paratiōre ad iuuandū, quū postquā per mēsem pro amore eius cōtinuerit quā ante, si tamē ex corde inflāter hoc petierit. Item quū ipse nō sit securus de uita nō dico per mēsem, sed nec per unā horā, qua ratione sperat se accepturū à Deo uitā, eadē debet ipse sperare se accepturū uirtutē feruēdi Deo in uita illa. nec debet disponere se seruaturū diabolo in uita quam nondū habet. Non debet similis esse operario ebrioso & lusori, qui prius obolū perdit, quā illud lucratus sit.

T R A C T A T V S IIII.

De Auaritia.

De his que faciunt ad detestationem huius uitij. P A R S I. que habet nouem capitula.

De ordine dicendorum in isto tractatu. Et quod natura distinet ad Auaritiam. C A P. I.



OST uitiū Gulæ & Luxuriæ dicemus de uitiō Auaritiæ: quia tractatus de uitiō isto utilior est prædicationi, quā tractatus aliorum uitiōrum. Hunc enim ordinem tradit. Bern. ut id prius, quod maturius ad salutem. De quo uitiō hoc ordine dicemus. Primo dicemus de his quæ faciunt ad detestationem huius uitij. Secundo, de specie-

bus eius. Tertio, de his quæ fouent aliquo modo auaritiã in cordibus hominum. Quarto, de remedijs contra uitium illud. Quinto, tangemus de prodigalitate, quæ est uitium contrariũ auaritiæ. Intelligimus autẽ auaritiã in hoc loco, indebitum amorem pecuniæ. ¶ Primo autẽ facit ad detestationem auaritiæ hoc, quod natura diffuadet nobis uitium istud, & quodammodo est contra naturam. Voluit enim natura terram infimam esse inter creaturas, & à pedibus omnium cõculcari, docens nos in hoc absque dubio quod debemus conculcare pedibus mentis terrena ista, & contẽnere. Quale uerò est hoc, quod homo Deo & creaturis omnibus præponat creaturam illam quam natura omnibus creaturis uoluit postponi? Ad significandum diuitias conculcandas esse & contẽmnẽdas, primitiui de ecclesia cælitus edocti, pretia domorũ & agrorum suorum ponebãt ad pedes Apostolorũ, ut legitur Actuum 4. Vnde in fine eiusdem capituli, ubi dicitur quod Ioseph attulit pretium agrũ sui quem uendiderat, & posuit ante pedes Apostolorum: dicit Glos. Docet calcandum esse aurum quod subdit pedibus apostolorum. Præterea eum anima secundum naturam sublimior & purior sit cælo tanquam Deo similis, exaltata debet esse à terrenis istis, sicut exaltatur cæli à terra. Vnde sicut ual-

de mirabile esset & quasi contra naturam si cælum adhereret terræ: sic quasi contra naturam est cum auaritia animam terrenam adherere facit. Item anima cælum spirituale est. De quo cælo dicit Bernard. Non mirum si liberenter inhabitat cælum hoc Dominus Iesus, quod utique non quomodo cæteros dixit tantum ut fieret, sed pugnauit ut acquireret, occubuit ut redimeret. Comparatione huius cæli, uocat Dominus cælum materiale desertum, Lucæ 15. Nonne dimittit nonagintanouem in deserto? quanta uerò peruersitas est cælum uelle terra implere, uel ei terram supponere? Quis locus terræ in cælo uel sit per cælum? hanc tamen peruersitatẽ uult auaritia facere. De duodecim maledictionibus, quas facit sacra scriptura auaris. C A P. I I.

Secundo faciunt ad detestationem huius uitii maledictiones quas facit sacra scriptura auaris. De quibus ponem⁹ has duodecim quæ sequuntur. Esa. 5. Væ qui coniungitis domum ad domum &c. Et eiusdem 32. Væ qui prædatis, nonne & ipse prædaberis? Habacuc 2. Væ qui cõgregat non sua. Et in eodem, Væ qui cõgregat auaritiã malam domui suæ. Amos 6. Væ qui opulenti estis in Sion. Et in eodem: Væ uobis qui dormitis in lectis eburneis. Et Luc. 5. Væ uobis diuitibus. Et Iac. 5. Agite nunc diuites: plo-

rate

rate ululantes in miseris quæ euenient uobis. In epistola Iudæ, Væ his qui in uia Cain abierunt. Principiũ malitiæ Cain fuit auaritia: unde in uiam Cain abeunt, qui sequuntur auaritiã. Et Apoc. 8. Væ uæ uæ habitantibus in terra. Ad modum talparum sunt auari. Et Aug. Væ illis qui uiuunt ut augeant res perituras unde æternas amittunt. Idem: Maledictus dispensator auarus, cui largus est dominus. Si scires aliquẽ sanctũ maledixisse ei qui aliquẽ cibum comederet, uix auderes eum comedere: quomodo ergo auarus audet cõtingere diuitias amore, quum amatoribus earum sacra scriptura quæ ex ore Altissimi prodit, ut legitur Ecclesiæ 23. tot maledictiones ponat?

De quatuor testimonijs Sacre scripturæ, quibus ostẽditur magnitudo huius uitii. C A P. I I I.

Tertio faciunt ad detestationem auaritiæ testimonijs Sacre scripturæ, quæ ostendunt magnitudinem huius uitii. De quibus ponemus quatuor tantummodo. ¶ Primum est Ecclesiæ 10. ubi dicitur: Avaro nihil est scelestius, id est, nullum scelus maius est auaritia: etiam scelus Iudæ non uidetur maius fuisse scelere auari, quantum ad hoc quod Iudas Deum dedit pro triginta denarijs: sed auarus quandoque pro uno denario, & quandoque pro nihilo, quum non timeat periuriũ incurrere, ut denariũ unum lucretur, & quan-

doque non lucratur unũ denariũ, quandoque non uendit illud pro quo periuriũ incurrit: & in ueritate peccatum Iudæ fuit auaritia uel ex auaritia. ¶ Secundum testimoniuũ similiter est Eccl. 10. ubi dicitur, Nihil iniquius est, quàm pecuniam amare. Hic enim animam suam uenalem habet, quoniam in uita sua proiecit intima sua. ¶ Quàm iniquus sit amas pecuniam, manifestari potest. Primo per hoc, quod statera æstimationis suæ iniquissima est. Plus enim in ea ponderat obolus, quàm Deus, & quàm anima ipsius auari, & quàm regnũ æternũ. De hac statera legitur Osee 12. Chanaan in manu eius statera dolosa. Chanaan interpretatur, negotiator. Hæc est statera dolosa quæ abominatio est apud Deum, de qua Prou. 11. Et bene dicitur abominatio esse, quia nõ ponderant ibi nisi temporalia, quæ Apostolus Philip. 3. stercorea reputabat, quem non dimississet spiritus sanctus decipi in sua æstimatione. Secundo potest ostendi iniquitas amantis pecuniam, per hoc quod in eo non est æquitas illa quæ est tam in creatore quàm in cæteris creaturis. Creator enim cõmunicare uult & se & sua. Similiter creaturæ sua cõmunicant: ut sol cõmunicat lumẽ suũ, & ignis calorem, & arbores fructus suos. Vnde Aug. Indiciũ maximũ diuinæ bonitatis est, quod quælibet res cogitur dare seipsã. Auarus uerò cõmunicare non

FF § uult

uult sua nisi cum à morte cogitur. Nec etiam tunc frequenter, imò abscondita putrefiunt, creatura una defectum alterius supplere cupit. Vnde natura nihil uacuum patitur: avarus uerò nò curat defectus proximi sui supplere.

¶ *Quòd avarus iniquus sit in Deo, in se, in proximum, & in inferiores creaturas.*

TERTIO ostenditur iniquitas auari, per hoc quòd ipse est iniquus in Deum, & in seipsum, & in proximam, & in inferiores creaturas. In Deum iniquus est, quia bona sibi commendata à Deo ad dispensandum, proditiose sua facit. Diuites enim dispensatores sunt diuitiarum Domini. Vnde de Apostolus 1. Corin. 4. Sic nos æstimet homo ut ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei. Iniquus est in Deum, quia uilissimam creaturam ei præponit. Iniquus est etiã in Deum, quia inde hostis Dei efficitur, unde amplius eum amare debuit: scilicet, propter bona huius mundi, quæ Deus sibi contulit. ¶ Iniquus in seipsum est, Primo quia seipsum inimicis suis uendit. Valde iniquus reputaretur aliquis qui proximum suum inimicis suis capitalibus uendideret. Sed iniquior ualde reputatur, qui cognatum uel fratrem uendideret. Iniquissimus qui patrem, quem plus amare deberet. Sed multo iniquior uideretur esse reputandus ille qui seipsum uendit, cum amplius seipsum debeat amare quam patrem. Hæc causa innuitur cum se

quitur in uerbo proposito, Eccl. 10. Hic enim animam suam uenale habet. ¶ Secundo iniquus est avarus in seipsum, quia se euiscerat. Vnde de Dauid, Tabescere fecisti sicut araneam animam eius. Valde crudelis reputaretur, qui uentre patris sui gladio transuerberaret, & uiscera proiceret, quomodo ergo iniquus nò est, qui seipsum quem debet amplius amare, euiscerat? quod est desperare se. Desperatio enim maior peccati est ceteris. Ad hoc pertinet quod legitur in uerbo Eccl. proposito: Projecit in uita sua inuicem suam.

¶ Tertio iniquus est in seipsum, quia amat ea quæ tot mala sibi faciunt: ut patebit inferius. Amat spiritus diuitiarum, in quibus cõburdus est. Vnde Pro. 1. legitur de auaris, Ipsi contra sanguinem suum insidiatur, & molliunt fraudes contra animas suas. ¶ Iniquus etiã auarus est in proximum, quia sibi retinet quod pauperibus erogare debuit. Sicut elemosynarius alienius principis uel executor alienius testamenti iniquus esset, si ea quæ deberet distribuere pauperibus, sibi retineret. Iniquus est etiã in proximum, qui quasi occidit eum, cum fame eum permittit perire, cum potest subuenire. Vnde scriptum est, Pace fame morientem: quod si non paueris, occidisti. Vnde Eccl. 3. 4. Panis egentium, uita pauperum, qui defraudat illum, homo sanguinis est. Præcipue autem iniquus est avarus in eos, quos amplius debet amare: scilicet in filios

filios, quibus materiam incendii congregat infernalis, quibus molam asinariam ad colla suspendit, quæ demergentur in profundum inferni, quos amore diuitiarum quasi ad collum posito quodam fune hostibus infernalibus tradit. Iniquus est avarus in uxorem & in totam familiam suam quæ strangulat, dum eos facit consentire peccato usurarum. In creaturas uero inferiores iniquus est avarus, quia recludit eas in carcere custodiæ suæ, ubi eas putrefacere facit. Vnde Iac. 1. dicitur auarus, Diuitiæ uestræ putrefactæ sunt, & uestimenta uestra à tineis comestisunt. Aurum & argentum uestrum æruginauit, & ærugo eorum erit uobis in testimonium, & manducabit carnes uestras quasi ignis.

¶ *Quòd auaritia sit idololatria, & auarus idololatra.*

TERTIVM testimonium est ad Ephes. 5. ubi dicitur quòd auaritia est idolorum seruitus. ubi dicit glossa: Auari Deus est nuntius. Avarus est similis latroni minus bona pro melioribus commutanti, donec inuentus est & comprehensus. Aegris dantur à medicis cuncta quæ desiderant. Sen. Nunquam avarus bene facit, nisi cum moritur. Aug. Nemo habet iustum lucrum sine iusto damno. Vbi lucrum, ibi & damnus: lucrum in arca, damnus in conscientia. Tu lit ueste & perdit fidem. Acquirit pecuniam, & perdit iustitiam. ¶ Quòd autem auaritia sit idololatria, uel Dei negatio, potest ostendi mul-

tipliciter. ¶ Primo per hoc quòd super illud Matth. 6. Nò potestis Deo seruire, & mammonæ. dicitur gl. Diuitiis seruire, Deum negare est. Duobus modis potest negare aliquis dominum alicuius principis, uel dicendo, Ego non recognosco uos esse dominum meum, nec aliquid teneo à uobis. Si scire uos esse dominum meum, uel aliquid me tenere à uobis, libenter soluerem uobis censum uel seruitium uestrum. Item dicendo, bene recognosco quod debetis esse Dominus meus, & censum debeo uobis, sed nihil soluam uobis: & hic modus negandi magis est contumeliosus Domino. Sic differret negatio quam mali Christiani negant Dominum Deum, ab illa qua Gentiles negant eum. Multi enim Gentiles sunt, qui Christo libenter seruirent, si scirent eum esse Dominum suum: sed solium propter hoc censum seruitii sui ei non reddunt, quia eius dominum non agnoscunt: sed Christiani bene agnoscunt eum esse Dominum suum, & tamé seruitium censum nolunt ei reddere, maiorem contumeliã faciētes ei, quam Gentiles, quia sciēter hoc faciunt. Secundo potest ostendi per hoc quod Deus præcipit auaro ut nomen eius nò assumat in uanum. Exo. 20. Et ex alia parte nuntius unus quem lucrari cupit, præcipit ei ut nomen Dei assumat in uanum, & ipse potius obedit nummo, quam Deo, indubitanter ostendens se magis esse seruum nummi, quam Dei. Obiecta enim ostendit quem aliquis uerè

uerè reputet dominum. Vnde dominus Luc. 6. Quid uocatis me domine, domine, & non facitis quæ dico? Eccl. 10. Pecunia obediuit omnia. Tertiò, potest ostendi per hoc, quòd auarus creaturã adorat interiori adoratione. Adorare enim aliquid, est summũ honorẽ ei exhibere, uel diuinã maiestatem ei profiteri. Vtrũque uerò facit auarus. Si enim occurrant ei duo, quorum alterum credit habere Deum, alterum diuitias, maiorem honorẽ exhiberet diuitiis in diuite, quàm Deo in alio. Hanc idololatram insinuat nobis Salomon in Prouer. dicẽs: Multi colunt personam potētis, &c. Coli ad Deum pertinet. In potente coluntur diuitiæ per se: diues uerò per accidens, unde quidã dominus Nūmi nobis hos præstet honores. Maiestatem etiã diuinam proficitur auarus creaturæ. Maiestas enim est quod signatur per hoc aduerbiũ Summẽ, cum dicitur summẽ bonus, uel summẽ potēs, uel aliquid simile. Facto autẽ proficitur auarus illud summẽ bonum quod summẽ diligit, & præ ceteris charum habet: & sic diuinam maiestatem proficitur auarus illi creaturæ quam diligit amplius quàm Deum. Præterea cum trãsit, antepulchrã uineam uel domum, caput cordis inclinatur ei. Inclinatio animi est amor, sicut dicit Dionysius. Interius ergo talem reuerentiam exhibet auarus uinæ uel domui, qualem uerus fidelis

exhibet Deo in imagine Crucifixi uel beate Virginis. ¶ Quarto, potest ostendi per hoc, quòd auarus illa tria dat creaturæ que propriè Deo danda sunt: scilicet fidem, spem & amorẽ. De fide factis potest ostendi, quia ipse melius sentit uel credit de diuitiis quàm de Deo. Credit enim quòd necessaria debet habere si diuitias seruiant, & credit se fame perire, si Deo seruiant, quasi Deus possit minus uel minus uelit seruietis suos remunerare quàm diuitiæ. Duabus de causis accidit quòd aliquis nõ prouidet ei que sibi uidet fideliter seruire: uel quia nõ potest, uel quia nõ uult: quarũ neutra potest esse in Deo, cum sit omnipotēs, & summẽ bonus. Spem etiã ponit auarus in diuitiis suis, quòd quodãmodo de Deo desperare est, unde Aug. De Deo desperare est spem in creaturis posuisse. Amorẽ etiam ponit ibi quem in Deo deberet ponere faciens inde Deũ suũ, unde Aug. super epistolã ad Phil. Hoc ab homine colitur quod præ ceteris diligitur. Quinto hoc potest ostendi auctoritate Hier. dicẽtis ad Rusticũ monachũ: Aestimato male pòdere peccatorie, uel uis alicui uidetur peccare auarus, quàm idololatra: sed non mediocriter errat. Nõ enim grauius peccat qui duo grana thuris proicit super altare Mercurii, quàm qui pecuniam auarè capit, & inutiliter congregat. Ridelicet uidetur quòd aliquis iudicet

ceat

etur idololatra, quia duo grana thuris offert creaturæ quæ Deo debuit offerre: & ille non iudicatur idololatra, qui totũ seruitiũ uitæ quod Deo debuit offerre, offert creaturæ. Ad idẽ facit illud uerbũ Osee 10. Secundũ multitudinẽ fructus sui Israel multiplicauit sibi altaria, iuxta ubertatem terræ suæ exuberauit simulachris. ¶ Quartum testimoniũ est, illud uerbũ quod legitur 1. Tim. 6. Radix omnium malorũ est cupiditas. Alia litera habet, Radix omnium malorum est auaritia. Ad auaritiam ergo quasi ad radicem omnium malorum præcipuè adhibenda esset securis prædicationis. Frustra laboratur in extirpatione malorum si rami amputantur, & radix ista relinquitur.

Quid grauis infirmitas sit Auaritia.

C A P . I I I I .

¶ Quarto facit ad detestationẽ auaritiæ hoc quod inter infirmitates spirituales ipsa est pessima, uel una de peioribus. Vnde Eccl. 5. Est infirmitas pessima quã uidi sub sole, diuitiæ conseruatæ in malũ domini sui. Pereunt enim in afflictione pessima. Inter infirmitates quædam sunt bonæ, quædam sunt malæ. Bonæ sunt infirmitates corporis: quod ostenditur per hoc, quòd à summo bono, id est à Deo, & quòd dantur à patre amantissimo, & per hoc quòd sunt ut cocturæ factæ in minus nobili parte hominis ad sanandũ partẽ meliorem, scilicet animã. Meliora sunt, ut ait Salomõ,

uulnera diligentis, scilicet Dei, quàm fraudulenta oscula odietis, scilicet mudi. Vulnera diligentis cocturæ sunt ut medicinalia: sed oscula odietis sunt ut mortuus serpenti, uel uenenati, uel oscula inde proditoris. Dicit enim mundus iste dæmonibus, Matth. 26. Quemcũque osculatus fuero, ipse est, tenete eum. Infirmitates uerò malæ, sunt infirmitates spirituales, scilicet peccata mortalia: quod potest ex hoc ostendi quòd sunt infirmitates ad mortẽ, & ad æternã mortẽ: & hoc, quòd medicũ, scilicet Dei filium oportuit uenire de tam longinquis partibus ad curationẽ earũ: & ex hoc quòd tantas expensas oportuit fieri pro curatione earum: Filius enim Dei se expendit ibi. Vnde Bern. Ex cõsideratione remedii periculi mei æstimo quãtitatem. Filius Dei iubetur occidi, ut uulneribus meis pretioso sanguinis istius balsamo medeatur. Agnosce homo quàm grauiã sint uulnera illa pro quibus necesse est Christum domini uulnerari. Inter infirmitates spirituales pessima uel grauißima est infirmitas auaritiæ quantum ad multa.

¶ Quòd in xij. grauitas huius infirmitatis potest ostendi.

D V O D E C I M . uerò sunt ex quibus potest ostendi grauitas huius infirmitatis. Primum est, eius diuturnitas. Cuius diuturnitatis duæ sunt causæ: scilicet abundantia materiæ & durabilitas. In materia huius infirmitatis est ferẽ

TOTUS

totus mūdus. Vnde cū difficultate ualde magna euacuatur perfecte materia ista à corde hominis: ut scilicet homo omnia temporalia perfecte contēna: materia etiā huius infirmitatis durabilior est quàm materia luxurię. Mulier enim quam aliquis amat, potest mori uel deformis fieri: & sic cessante materia cessat infirmitas luxurię in homine. Sed terra quam amat auarus plus durabit, quàm ipse: & ideo infirmitas illa erit diuturna propter cōsimiles causas: est diuturna & aliqua infirmitas corporalis propter abundantia materię & compactiōe. Secundū est, cōtinuitas huius bonitatis. Fornicator quādoq; non fornicatur semel in mēse; auarus uerō quasi cōtinuē laborat. unde Eccl. 4. Vnus solus est & secundū non habet, non filium, non fratrem, & tamē laborare non cessat. Et eiusdē 2. Cuncti dies eius laboribus & arumnis pleni sunt. Tertiū est, afflictio acerba, quam habet infirmitas ista. Affligit auarē in hac infirmitate grauiter sollicitudo, quę est in cōseruando. Ad quod pertinet quod dictum est in uerbo proposito, Diuitię cōseruatz in malum domini sui. Grauius uerō affligit labor in acquirendo, unde 1. ad Timo. 6. post illud uerbū, radix omnium malorum est cupiditas. subiūgit Apostolus, Quā quidē appetētes errauerunt à fide, & inseruerunt se doloribus multis. Grauiusimē uerō affligit dolor in amittēdo,

Et ad hoc pertinet quod dictum est in uerbo proposito. Pereunt enim in afflictione pessima. Tūc enim pessimē affligūt, cū diuitię eis pereūt. Vnde Poēta: Plorat enim lacrymis amissa pecunia ueris. ¶ Quarta est, uniuersitas huius infirmitatis. Auaritia enim nō parcat seni, nec iuuenti; imō secundū uerbum Prophetę, A maiore usq; ad minorē omnes auaritię studēt. Vix est puer septennis quin cupidus sit, & ferretur denarios matri suę. De peccato luxurię expectat pueri diuitem. Item peccatū luxurię senio senescit in aliquibus: sed de auaritia dicit autoritas, quod cū cetera uitia in senibus senescūt, sola auaritia nō senescit. Sapiēs: Cū senes ad omnia alia relictū ceteris sapiāt, ad solam auaritiā desipiunt. Senecę. Monstro similis est seni auaritia. Quid enim stultius est quàm uia deficiente uaticū augere? Auaritia etiā nō parcat infirmis, nec sanis. Peccatum luxurię ad modicā infirmitatem corporalē fugit. Infirmitas enim grauis sobriam reddit animam: ut legitur Eccl. 31. Sed auaritia tunc interdū augetur. Amat enim tunc auarus amplius suas diuitias, quas iam habet, quia laborare non potest in acquisitione aliarū diuitiarū. Auaritia etiā nō parcat nec literatis, nec idiotis: multi sunt uiri literati qui fornicari dedignarentur, qui tamē ualde auari sunt. ¶ Quint,

pe

per quod potest ostēdi grauitas huius infirmitatis est hoc, quod cęlestis medicus primō uolens occurrere huic infirmitati quasi periculosiori, primū consiliū dedit cōtra eam. Matt. 5. dicēs: Beati pauperes spiritu, &c. ¶ Sextum est hoc, quod quasi ad mortē indicauit eā tantus medicus. Matt. 19. dicēs, Amen dico uobis: quia diues difficile intrabit in regnū cęlorū. & post: Facilius est camelum intrare per foramē acus, &c. Nō dixit hoc de peccato carnis: imō dixit, Meretrices & publica nō precedent uos in regnū Dei. ¶ Septimū est hoc, quod ista infirmitas abstulit finaliter tanto medico unum de illis quos ipse acceperat in cura, scilicet Iudā. Hoc nō facit ambitio uel aliud peccatū, licet de ambitione pluries sint tētati apostoli. ¶ Octauum est hoc, quod auaritia inrit cęlestem medicū, & ad ultimum ipsum interfecit. De primo habemus Luc. 15. Audiebāt hęc uerba Pharisęi qui erāt auari, & iridebāt eum. Aliud manifestum est, quia auaritia Iudę, & sacerdotū interfecit eum. ¶ Nonū est hoc, quod cęlestis medicus cōtra hęc infirmitatē tantam purgationē indixit, dicens Luc. 14. Omnis ex uobis qui non renuntiauerit omnibus quę possidet, nō potest meus esse discipulus. Contra gulam non tantum dixit, sed solum admonuit, ne corda discipulorū grauarētur crapula & ebrietate. ¶ Decimum est hoc, quod eccle-

sia in principio cōtra hanc infirmitatē ita strictā dietam obseruari uoluit, ut nullus haberet aliquid proprium. ¶ Undecimū est hoc, quod multi hac infirmitate laborant, qui nesciunt se illa laborare, & ideo non quærunt sanitatem. Seneca: Initium salutis est cognitio peccati. Idē: Senemo auarum intelligit, nemo cupidum. Ideo cum difficultate ad sanitatem peruenimus, quia nos ægrotare nescimus.

¶ De septem infirmitatibus quę sunt in auaro.

DVODECIMVM est uarietas infirmitatū quę infirmitatē auaritię sequuntur. De quibus septē ponemus. Quarum prima est cęcitas, quę est figurata, Io. 9. per cęcitatē illius cęci nati. Vnde dominus uolēs illuminare eum, liniuit oculos eius luto: ininuans esse causam cęcitatē illius lutum temporalium illorum. De hac cęcitate legitur similiter Tob. 2. ubi habetur quod Tobias fuit excęcatus stercorebus calidis hirundinū quę super oculos eius ceciderūt. Flūrido garula & depicta, significat felicitatē huius mundi, quę est quadā pulchritudine depicta & tumultuosa, quę calida stercorea proicit super oculos cordis nō est, tēporalia ista quę exurunt corda hominū. Gen. 20. legitur quod Abimelech rex Gerarę dedit Sarę mille argēteos in uelamen oculorum suorū, & super illud Psal. Mane astabo tibi, & uidebo: dicit

cit glos. Deum nō uidet qui tem-
poralibus adhaeret. ¶ Secūda in-
firmitas est, febris quæ figurata
potest esse per febrē à qua domi-
nus curauit filiū reguli. De qua
legitur Io. 4. Auarus febrilem di-
stemperantiā patitur, cuius tre-
morē habet cum trepidat ubi tre-
pidādum non esset. Seneca: De
ipso uidet regē, & estimat pre-
dorem: uidet pauperem, & estimat
furem. Ad tremorē huius febris
pertinet quod legitur Iob 15. So-
nitus terroris semper in auribus
eius: & cum sit pax, insidias suspi-
catur. & in Psalm. Posuisti firma-
mentū eius formidinē. & Esa. 24.
Formido, & fouea, & laqueus su-
per te, qui habitator es cetræ. Ha-
bitator terræ est auarus, qui est
quasi talpa. Aestuat autē auarus
ex febre ista, cum irascitur ex
amissione diuitiarum suarum.
¶ Tertia infirmitas est, manus
ariditas, de qua legitur Matt. 12.
Extende manum tuam, ait domi-
nus habētī manum aridā, & ex-
tendit, & restituta est sanitati si-
cut altera. Manum aridam ha-
bet auarus, dum per largitionē
elemosynarū non ualet paupe-
ri extendere. ¶ Quarta infirmi-
tas est illa à qua quis dicitur lun-
naticus: de qua legitur Matthæi
17. Domine miserere filio meo,
quia lunaticus est, & mala pati-
tur, & saepe cadit in ignē, & cre-
bro in aquam. Auarus sepe cadit
in ignem iræ, & crebro in aquā
uoluptatis. Potest autem uocari
lunaticus, quia regitur secūdam

sapiētiam huius mundi: quæ per
lumen lunæ intelligitur, quæ lu-
cet de nocte. Sapiētia huius
mūdi solum lucet de nocte præ-
sentis uitæ. Cum post presentem
uitam illuxerit sol iustitiæ, bene
apparet quod sapiētia huius
mundi stultitia sit. ¶ Quinta in-
firmitas est, inclinatio ad terrā.
De qua Lucæ 14. Et ecce mulier
quæ habebat spiritum infirmis-
tis annis xviii. & erat inclinata,
nec poterat sursum respicere.
Secundū sacros expositores, illa
infirmitas est amor diuitiarum
quæ hominē bestiam reddit sine
firis, ut ad terram respiciat que
ad cælos respicere debuit. Vnde
David: Oculos suos statuerna
declinare in terram. Bern. Qui
indecentius quàm curuum reus
corpore gerere animus? Idem:
Indignè corpus humanum inhi-
bitat brutus & bestialis spiritus.
¶ Sexta infirmitas est, respirati-
di difficultas usq; ad suffocatio-
nem, unde Matth. 13. Solicitudi-
seculi istius & fallacia diuitiarum
suffocat uerbum, ubi dicit gl. So-
licitudo huius seculi dum be-
nū ad cor intrare non sinit, qua-
si aditum uitalis status claudat.
¶ Septima infirmitas est, hydro-
pisis. De qua Lucæ 13. Ecce qua-
dā homo hydropicus erat ante
illum, &c. Assimilatur autem au-
arus hydropico in inflatione,
fætido anhelitu, & siti insatiabi-
li. Inflationem possumus refer-
re ad superbiam quæ comitari
diuitias. Vnde super illud 1.
Tim.

Timot. 6. Diuitibus huius seculi
precepe, non sublime sapere. di-
cit Gloss. Aug. Vermis diuitū su-
perbia est, uel istā inflationē pos-
sumus referre ad uentris inglu-
uiem, quæ interdum diuitias co-
mitatur. Illi enim cui sufficiebat
unū ferculum cum pauper erat,
nō sufficiūt tria cum diues factus
est. Factorē uerò anhelitus refer-
re possumus ad cōsilia corrupta
quæ dant auari familiaribus suis.
¶ De siti uerò auari planum est,
quod est insatiabilis. Vnde Pro-
uerb. 30. Sanguisuga duæ filiae
sunt, dicentes, Affer, affer. San-
guisuga diabolus est sanguinem
peccati semper sugēs & sitiens.
Ipe dum in humilitate māst fuit
angelus: superbia uerò fecit eum
sanguisugam. Ipsi uerò duæ
sunt filiae auaritia & luxuria, di-
centes semper, Affer, affer. Ad
eamdem insatiabilitatem perti-
net quod legitur Eccl. 5. Auarus
non implebitur pecunia.

¶ Quare auarus diuitis non
satiatur.

POSSUNT autem assignari
septem causæ huius insatiētatis.
¶ Prima est, animæ capacitas: quia
secundū sanctos, animā Dei ca-
pacem nihil minus Deo implere
potest: unde quum orbis terrarū
sit ante Deum, quasi gutta roris
antelucani, ut legitur Sapien. 11,
nō sufficit implere cor hominis
unius. Exemplū de Alexandro qui
dixit: Mundus uni nō sufficit ho-
mini. ¶ Secunda causa est: quia
cupiditas est infinita, pecunia ue-

rō quantumcūque magna sit, est
finita. Sene. Naturalia desideria
finita sunt ex sancta opinione
nascentia: innaturalia uerò ubi
desinant non habent. Cupidita-
tem infinitā dicimus: quia nullo
sine mēsuratur, uel sine tali men-
suratur, qui in præsentī nō obti-
netur. Nullo sine mēsuratur in
eo qui solū uult habere diuitias,
ut habeat. Sine, qui in præsentī
non obtinetur, mēsuratur in eo
qui ideo uult eas habere, ut per
eas gratiā & gloriā huius mundi
sibi acquirat: uel qui tantum de
pecunia uult habere, ut necessi-
tati quæ possit sibi accidere, suf-
ficiat. Nullus enim unquam in
mundo isto habuit gratiā & glo-
riam apud omnes, etiam ipse fi-
lius Dei: imò alii dicebāt de ipso,
bonus est: alii dicebant non, sed
seducit turbas. Necessitati autē
quæ potest accidere nō sufficere
etiam quæ sunt, sed necessaria
essent quæ possunt esse. Sed qui
mēsuraret desiderū suum ne-
cessitati præsentī, pauca suffice-
rent. Sic mēsurant animalia: &
ideo pauca eis sufficiunt. Senec.
Quibus nihil deest, feris in ali-
mentum sollicitudo sua sufficit.
Sic docet nos Apostolus, ut nos
desideria nostra mēsuremus, 1.
ad Timot. 6. Habentes alimēta,
&c. Cum pecunia quantacūque
sit finita, cupiditas infinita, non
potest pecunia uia alia adæqua-
ri ei nisi cupiditas finiatur, & sic
diminuatur. Vnde nō est alia uia
cupido perueniendi ad satiēta-

tem, nisi rescindendo desiderium suum. Vnde Sene. Si vis te diuitem facere, non pecuniam est adiucium, sed cupiditati detrahendum. ¶ Tertia causa quare auarum desiderium non satiatur, est hæc, quod quasi pars cibi appositi semper uenter efficitur. Verbi gratia: Auarus si habet nouum frumentum, statim condit nouum horreum. Si habet nouam uineam, condit nouum dolium, & tamen facit, ut cui prius deerat horreum, uel dolium, modò desit uinum uel frumentum. ¶ Quarta causa est hæc, quod bona quæ auarus acquirit, quid uacui secum afferunt. Sicut enim homo habet aliquod defectum, sic & alia creaturæ. Vnde cum auro & argento uenit defectus clauis & seræ. Vinea habet defectum cellarii, doliorum, & aliorum multorum quæ secum affert: uenit enim necessitas plura expendendi cum diuitiis. Vnde Ecclesiast. 5. Vbi multæ opes, & multi qui comedunt eas. Et sic uerum est, permultis illos indigere, qui permulta possident, ut dicit Boët. Et sicut dicit Seneca. Altera cupiditatum ex fine alterius trahitur. Idem: Cõgregetur in te quicquid multi diuites possident, ex his maiora cupere dicens. Et super illud 1. ad Tim. 6. Quam quidam appetentes, errauerunt à fide, dicit Glo. Qui pecuniam appetit, capere cupit. Qui uult sitim cupiditatis suæ diuitiis sedare, similis est illi qui uult sitim corporalem extinguere sal-

sam aquam bibendo. Aqua salfa ex eo quod aqua nata est sitim extinguere, & eo quod salfa nata est eam prouocare: Sic diuitiæ in quantum aliquod defectum suppleunt, sitim sedant: in quantum uerò multos defectus secum afferunt, sitim prouocant. ¶ Quinta causa est, quod hæc cupiditas est quasi ignis. Vnde Eccl. 23. Anima calida quasi ignis ardēs. Et Pro. uerb. 30. Ignis nunquã dicitur siccatur. Ignis uerò non extinguitur ex appositione lignorum siccorum, sed augetur. Secundum enim lignum syluæ exardescet ignis, ut dicitur Ecclesi. 28. Sic nec cupiditas extinguitur ex appositione diuitiarum, sed augetur. Crescit enim amor nummi quantum ipsa pecunia crescit: quia pecunia non ponitur, ubi sitis auari est. Vnde sicut uinum in dolio non sedat sitim corporalem: sic nec pecunia in arca uel bursa sedat sitim auaritiæ. Inanis auare, qui pecuniam ponis in bursa uel arca: non enim est tibi sitis. ¶ Sexta est, quod pecunia res est corporalis: anima uerò res est spiritualis. Res uel spiritualis corporali non potest impleri: nec econuerso. Verbi gratia: Sicut arca sapientia non potest impleri, ita nec anima pecunia. ¶ Septima causa est uacuitas pecuniarum. Vnde Dauid: Vt quid diligitis uacuitatem? Et sicut plenum uano adhuc uacuum reputatur, ut arca plena aëre uacuum reputatur, nec propter plenitudinem quam habet minus capere

est alterius rei: sic anima auari quantumcumque habeat de diuitiis, adhuc uacua est. Vnde uerum est quod dicit beata Virgo, Diuites dimisit inanes. Ad hoc pertinet quod dicit Bernardus: Non plus satiabitur cor hominis auro, quam corpus aura. Et Ecclesi. 34. Quasi qui apprehendit umbra, & sequitur uentum: sic qui attendit ad uisa mendacia. Et Ier. 4. Aspexit terram, & ecce uacua erat, & nihil. Non solum autem inanis, & uacua est omnis auarus, imò & pauper. Vnde Tullius: Si propter auaritatem pecuniarum quotidie decipis, poscis, eripis, suntne hæc signa abundantis an egestatis? Animus humanus non arca diues appellari solet, quamuis illa plena sit. Quum inane te uidebo, diuites non reputabo. Et subiungit: Contentum suis rebus esse, sunt maxima & certissima diuitiarum: quasi diues potest auarus esse, sed uerè diues nunquã erit. Vnde Prouer. 14. Est quasi diues, quum nihil habeat: & est quasi pauper, cum in multis diuitiis sit. Auarus in ueritate nihil habet eorum quæ habere uidetur. Vnde Hieron. in magno prologo Bibliæ: Antiquum dictum est, Auarus deest tam quod habet, quam quod non habet. Credenti totus mundus diuitiarum est: infidelis autem, etiã obolo indiget. Quod exponit Bernard. dicens: Fidelis totus mundus diuitiarum est: quia tam aduersa quam prospera ipsius æquè seruiunt ei, & co-

operatur in bonum. Et subiungit: Auarus esurit terrena, ut medicus: fidelis contentus, ut dominus. Poëta: Sæper auarus eget: nocet empta dolore uoluptas, Dauid: Diuites egerunt, & esurierunt.

Quod auaritia sit misera seruitus.

C A P. V.

Quinto facit ad detestationem. Quem auaritiæ misera seruitus, in qua auaritia ponit. Auarus enim seruus est diuitiarum. Vnde Dauid: Nihil inuenierunt uiri diuitiarum in manibus suis. Ordo congruus esset, ut diuitiarum uirorum essent, non uiri diuitiarum. Sed auaritia hanc peruersitatem facit, ubi uiri sunt diuitiarum. Dicitur autem auarus seruus diuitiarum: quia non est possessor earum, sed tantum custos. Et non tantum non possidet, imò etiã possidetur ab eis. Quod auarus sit custos diuitiarum, dicit Glossa super illud Luc. 16. Non potestis Deo seruire & mammonæ, his uerbis: Seruit diuitiis, qui custodit ut seruus: sed qui seruitutis excusit iugum, distribuit ut dominus. Quod autem auarus diuitias non possideat, dicit Seneca his uerbis: Pecuniam magnam habet aliquis. Si auarus est, non habet. Si prodigus est, non habebit. Signum autem manifestum quod auarus non sit possessor diuitiarum, est hoc, quod non potest inde facere quod uult, uel quod bonum indicat: imò domina auaritia bene prohiberet ei. Vnde Ecclesiast. 6. Est aliud malum, quod uidi sub sole,

G g 2 quod

quod est frequens apud homines, Vir cui Deus dedit diuitias, & honorem & substantiam, & nihil deest animæ suæ ex omnibus quæ desiderat, nec tribuit ei Deus potestatem ut comedat ex eo, sed homo extraneus deuorabit illud. Hoc uanitas & magna miseria est. Et Seneca: Non sit tibi auaritia, quæ quicquid omnibus abstulerit, sibi ipsi neget. & Bernard. super Cantic. Quæritur à quouis eorum qui insatiabili corde lucris temporalibus inhiant, quid sentiat de illis qui sua uedentes, & pauperibus erogantes, regnum caelorum pro terrena substantia mercantur, sapienter ne agant. Respondebit, proculdubio, Sapienter. quære iterum sibi, Cur quod approbat non facit. Non possum, inquit. Quare profectò? quia domina auaritia non permittit. Non habet auarus ea quæ habere uidetur, nisi eo modo loquendi quo quis compedes habet quibus compeditus est, qui potius dominantur ei quam seruiant.

¶ *Quod auarus possideatur à diuitiis.*

Q U O D autem auarus possideatur à diuitiis, ostendit Sidonius, dicens: Res tuas si medio-criter colas, possides: si nimium, possideris. Hoc etiã potest probari, primo per hoc, quod obedit eis auarus, sicut prius ostensum est ex illo uerbo Ecclesi. 10. Pecuniæ obediunt omnia. Secundo ex hoc, quod conformat se

auarus burse suæ, sicut ancilla dominae. Bernard. super Cant. loquens ad auarum: Facis te pecuniæ tuæ non dominum, sed seruus, custodem, non possessorem. Denique conformaris crumena tuæ tanquam seruus domino suo: ut quomodo ille necessario congaudet illi gaudenti, & condoleat dolenti: tu quoque crescente marsupio tuo crescis pariter & animo, & decrescete pariter decrescis. Nam contraheris tristitia, quum illud exinanitur: & solueris lætitia, aut certe inflaris superbia, quum illud impletur. Tertio ostenditur quod diuitiæ possideant auarum, ex hoc quod ita impediunt eum quod in nulla necessitate potest se habere. Si infirmus fuerit ad mortem, non potest se habere per horam ad audiendum consilium medici, ut scilicet audiat sermonem. Si sententiam mortis cognouerit lætam contra se, non poterit se habere, ut iudicet pro uita sua oret, August. Venditis rebus nostris, nullum maius earum recipimus pretium quam nos ipsos. Implicati enim talibus, nostri non eramus. Sene. Gratuita nobis uidentur quæ carissimè constant. Ex hoc potest apparere stupor noster: quia ea sola putamus emi, pro quibus pecuniã damus uel soluimus. Ea gratuita uocamus, pro quibus nos ipsos impendimus. Idem: Nihil est cuique se uilius. Idem: Nostri esse mus, si nostra non essent. Nonne bene se amittit

amittit diues auarus, qui in summa necessitate non potest se habere: infirmus etiã ad mortem, nec potest se habere ad horã, ut consilium medici audiat: id est, ut prædicationem audiat. lata est sententia mortis super eum, nec per unam horã potest se habere, ut pro uita sua iudicet oret. Si maledictus est qui partem suam deteriorẽ facit, quid ille qui omnino se reddit expertem? id est, sine parte, sicut dicit Bernard.

¶ *Quod sex sunt quæ faciunt ad miseriam huius seruitutis.*

S E X sunt quæ faciunt ad miseriam illius seruitutis, in qua ponit auaritia. Primum est hoc, quod ista seruitus est spiritualis. Multo enim indignius est mente seruire, quam corpore, ut dicit Sapiens, & Bernard. An non seruus cui dominatur peccatum, & maxime nisi tu forte indignius iudices hominem tibi quam uitium dominari? Secundum est uilitas rei cuius seruus est. Rei enim contemptibilis & ab omnibus contumelialis seruus est, scilicet terræ. Tertium est hoc, quod ipse seruus est cuiusdam dominæ: quæ uellet quod ipse nunquam comederet uel biberet. Ista domina est auaritia. Quartum est hoc, quod domina ista eos qui sibi seruiunt per totã uitã suã, nudos transmittit in camisia, nec aliam mercedem dat eis. Vnde Psalm. Dormierunt somnum suum, & nihil inuenerunt: omnes uiri diuitiarum in manibus suis. Item: Simul insipiens & stultus peri-

bunt, & relinquent alienis diuitias suas. Item: Ne timueris cum diues factus fuerit homo, &c. Ecclesi. 14. Qui congregat ex animo suo iniuriam, aliis congregat, & in bonis illius alius luxuriabitur. Iob 1. Nudus egressus sum ex utero matris meæ, & nudus reuertar illuc. & 27. Diues quum dormierit, nihil secum auferet. 1. ad Timoth. 6. Nihil intulimus in hunc mundum, haud dubium, quia nec auferre quid possumus. Quintum est hoc, quod domina ista honestissima præcipit furta, rapinas, periuria, prodiciones, homicidia, imò etiã deicidia. Hæc præcipit principibus sacerdotum, ut filium Dei occiderent. Sextum est hoc, quod grauia præcepit. Vnde Ierem. 16. Seruietis diis alienis, qui non dabunt uobis requiem die ac nocte. Esa. 20. Tradam Aegyptum in manibus dominorum crudelium. Et ut breuiter dicam, Auaritia seruis suis exhibet torturam, & compedes, & occupationes graues, & uiles, quæ seruis maleuolis solent exhiberi. Ecclesi. 33. Seruo maleuolo tortura & compedes, mitte illum in operationem, ne uacet. Greg. Ad compedes onerat quicquid homo præter necessariã curat. Auaritia seruos suos excæcat: & ad molam, id est, ad uolubilitatem terrenorum istorum molere facit. Quod significatum est Iudic. 16. in Sampsonem, quæ excæcatum Philistæi molere fecerunt. Auaritia etiã facit manus

aurorum in cophino seruire. Terra enim onerati uadunt per solitudinem. Ipsa etiam facit eos fodere, non solum fossorio, imò etiam corde. Vnde & talpis assimilantur. Ad miseriam etiam seruitutis auaritiæ, facit hoc, quod avarus est seruus omnium illorum qui diuitias possunt ei conferre, uel auferre, uel conseruare. Seneca: Minus quam seruus est, qui seruos timet.

Quod magnam uim habeat auaritia ad capiendum animas & detinendum uel submergendum.

CAP. VI.

Sexto facit ad detestationem Auaritiæ hoc, quod diabolus non habet machinamentum efficacius ad capiendum uel detinendum uel submergendum, quam sit auaritia. Contra eam quasi nullum castrum potest tenere. Quatuor sunt quæ ad fortitudinem castrum solent facere, scilicet fossati magnitudo, loci altitudo, murus & aque abundantia castrum cingens. Contra primum comportat auaritia aggerem, & fossatum paupertatis repleret. Vnde bene ei conuenit quod legitur Habac. 1. Super omnem munitiõem ridebit, comportabit aggerem, & capiet eam. Contra altitudinem uero loci congregat molem terræ castrum altiorẽ. Procurat enim quando uidet castrum aliquod in eminentia uite, ut tot temporalia habeat, quod altiora sint quodammodo ipsis spiritualibus. Tunc temporalia quodammodo altio-

ra sunt, quando spiritualibus proponuntur: quando etiam in electione prælatorum maior habetur respectus ad illa, & magis occupantur prælati circa ea postquam electi sunt. Contra abundantiam uero aquæ lacrymarum & sapientiæ salutaris auaritia obstruit terra meatus aquarum, dum ad eò impedit spirituales uiros terrenorum sollicitudine, quod non possunt cogitare nec peccata sua, nec alias causas flendi, ut exitus aquarum deducant oculis eorum, & hoc est quod legitur Gene. 4. Cain interfecit Abel, Cain interpretatur possessio, Abel iustus. Tunc Cain Abel interfecit, quum sollicitudo terrenarum possessionum lucrum claustrum impedit. Item etiam impedit ne aqua gratiæ uel sapientiæ salutaris ad claustrales fluat. Ad quod potest pertinere quod legitur Iudith 7. quod quum Holofernes obsedit Bethuliam, fecit incidere aquam ductum. Murum uero castrum subfodit auaritia, quum de muneribus prælatorum ecclesiæ corrumpit. Vnde Gene. penult. Simeon & Levi fratres uasa iniquitatis bellantia, & quibusdam interpositis, subiungitur: In furore suo occiderunt murum, & in uoluntate sua suffoderunt murum, Simeon interpretatur exaudibilis, Levi assumptus. Vnde bene tenent hi duo figuram eorum qui munera largiuntur. Illi enim exaudiuntur in petitionibus suis, & assumuntur ad digni

dignitates. Isti occidunt prælatum ecclesiæ qui uir deberet esse, & suffodiunt murum, corrumpendo illum qui resistere deberet male ingredientibus in ecclesiã Dei. Nullum etiam uitium est cuius laquei sint potentiores ad capiendum quam auaritia. Quod ideo est: quia auaritia habet laqueos ualde absconditos, & diuersos, & ferè ubique positos.

Quod laquei auaritiæ tribus modis sint occulti.

DE absconsonis legitur Iob 14. Abscondita est in terra pedica eius. & David, Narrauerunt ut absconderet laqueos, dixerunt, Quis uidebit eos? Scrutati sunt &c. ¶ Absconditi uero possunt dici tribus modis. Primo, quia ad eò subtiles sunt quod periti magistrum non uident eos: ut patet in subtilibus laqueis usurarum, & simoniæ, de quibus etiam summi magistri dubitant. Secundo, quia uelati sunt necessitate naturali: necessariũ est enim aliqua habere ad sustentationem uitæ. Vnde Gregorius: Primo, diabolus sollicitat hominem, ut quærat necessaria: quando uero est in opere, ut quærat superflua, & ex hoc accidit quod diabolus tætat eos de auaritia, quos non auderet tentare de luxuria, quia non audirent illum, quia nihil boni est ibi. Tertio uero quia sunt uelati spirituali utilitate. Qui enim habet diuitias, potest peccata sua elemosynis redimere, & multa alia bona facere. Ad quod referunt auari illud Eccle.

7. Utilior est sapientia cum diuitiis, non attendentes quod ualde magnam oporteret esse sapientiam, quæ cum diuitiis duraret diu, quæ sapientia Salomonis cum eis durare non potuerit. Quod autem laquei auaritiæ multi sunt & ubique positi, patet per hoc quod legitur Sapientiæ 14. quod creaturæ Dei in odium factæ sunt, & in tentationem animæ hominum, & in musculam pedibus insipientium. In quacunque creatura desiderabili quam uidemus, habet auaritia laqueum suum. unde difficile est laqueos auaritiæ euadere ei qui corde in terra habitat. Ideo bene dicitur Esaiæ 24. Laqueus super te qui habitator es terræ. Et 1. Timot. 6. Qui uolunt diuites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueum diaboli. ¶ Et nota quod auaritia utitur muscula ad capiendum incautos, in qua pro asserere retinente, est tota domus una, & quandoque episcopatus unus, & quandoque regnum, ut quando aliquis talia iniuste possidet. De hac muscula loquitur Augu. dicens auaro: Præda, quam uis rapere, est in muscula. Tenes alienum, & teneris à diabolo. Et uix tales saluantur, cum ualde difficile sit ea relinquere quæ iniuste possident.

¶ Quod nullum uitium fortius teneat hominẽ, quam auaritia.

NVLLVM enim uitium est quod fortius hominẽ teneat. Cuius rei potest triplex causa assignari. ¶ Prima est soliditas rei cui li-

gatus est. Possessio enim sua pl^udurat quàm ipse: & ideo nō soluitur à uitio auaritiæ, dum uiuit. ¶ Secunda causa est, quia pluribus spiritibus ligatus est. Quot possessiones amat, tot spiritibus ligatus est. Et multiplici luniculo: quia non solum amore proprio, imò etiam amore filiorum. Vnde cum in morte definit amare ea sibi, amat adhuc filiis suis. Potēs etiam est auaritia ad submergendum hominem in profundum inferni. Vnde super illud Deuter. 38. Non habebit rex argenti & auri immensa pondera. dicit interlin. in infernū mergentia. Et 1. ad Timo. 6. loquens Apostolus de diuitum desideriis, dicit, Quæ mergunt hominē in interitum, & perditionem. & Augustinus: Amas seculum, abforbebitte. Amatores enim suos uorare nouit, non portare. Nec mirum si auari demerguntur, cū ligatam habeant ad collum per amorem, nō molam asinariam, imò domum uel rem ponderosiorē, & sint in profundo maris.

Quòd Auaritia sit Deo exosa, inuerosa proximo, & nocua proprio subiecto. Et primo quòd Deo exosa sit, testimoniis sacra scriptura ostenditur.

CAP. VII.

Sextimo facit ad detestationē auaritiæ hoc, quòd ipsa est Deo ualde exosa, proximo ualde iniuriosa, & proprio subiecto ualde nocua. ¶ Primum potest ostendi ex testimoniis sacra scri

pturæ, quæ Deum odire auaros, uel iratum esse eis, quale est illud, Odisti obseruantes uanitates superuacuas. Vanitates obseruant, qui in diuitiis sperant, & sicut tangitur in gloss. super uacuē sperat, qui sperat in diuitiis: quia quum in eis sperat, aut ipse expirat, & ea hic dimittit, aut quum uiuit, omnia pereunt, & ipse in spe sua deficit. Ad idē facit illud Iac. 4. Amicus huius mundi, inimicus Dei constituitur. & illud 1. Ioan. 2. Si quis diligit mundum, non est charitas patris in eo. & illud, Inimici eius terram lingent.

¶ De quadruplici stultitia auari.

IN quo uerbo quadruplex stultitia auarorum insinuat. ¶ Prima est, quia rem immudam corde lingunt quam carnis lingua erubesceret lingere: scilicet terram. ¶ Secunda est, quia quum diuitiæ spine uocentur à Domino, Mat. 13. qui uerissimè res scilicet apellare, quum diuitias terrenas lingunt, solatium in eis querendo, quasi mel super spinas lingunt. Quòd diuitiæ spinae sint, dicit Greg. super illud Iob 30. Esse sub sentibus delicias reputabant. his uerbis: Profectò spine sunt, quia cogitationum suarum aculeis mentem pungunt. ¶ Tertia stultitia est hæc, quia fonte dulcedinis & solatii neglecto, guttas solatii in terrenis diuitiis querunt. ¶ Quarta stultitia est, quòd lingendo ad facietatem se posse peruenire credunt.

Quod

¶ Quòd auaris Deus sit iratus.

QUOD uerò Deus iratus sit auaris, patet Primo ex illo uerbo Zach. 1. Ira magna irascor ego super omnes gentes opulentas. Secundo, ex illo uerbo Esa. 57. Propter iniquitatē auaritiæ eius iratus sum, & percussi eum. Tertio, ex illo uerbo Osee 12. Ad iracundiā prouocauit me Ephraim. Ephraim, id est fructificans, & diues. Quarto, ex illo uerbo quod dicit Iac. 5. auaris diuitibus: Thesaurizastis uobis irā in nouissimis diebus, ubi dicit glo. Nescis miser cū thesauro pecuniæ, thesaurum iræ pariter cumulari? Si gnū etiam quod auarus sit Deo exosus, potest hic esse, quod Deus non uult eū nominare, unde Luc. 16. nō nominatur diues, Lazarus uerò nominatur, & hæc potest esse causa: quia diuites uocauerunt nomina sua in terris suis. Vnde Dominus non uult memor esse nominū eorū per labia sua: quia nomina eorū fuerunt in ore ioculatorum, & aliorū hominū carnaliū, qui quasi porci sunt. Vnde sicut aliquis non poneret libenter in ore suo pomū quod in ore porci fuisset, sic Deus nomina talium in ore suo nō uult habere.

¶ Quatuor rationes sunt quare Deus odit auaritiā.

POTEST autem assignari quadruplex ratio inimicitiarum quæ sunt Dei ad auaritiā. Prima est hæc, quod auaritia misericordiā fugat. Vnde sicut misericordiā Deo specialiter placet, iuxta il-

lud Osee 6. Misericordiā uolo, & non sacrificium: sic auaritia displicet ei. Secūda hæc est, quod auaritia uilipendit multum Deum. Illud enim quod libeter faceret pro obolo, non uult facere, cum dicitur ei quòd hoc faciat pro Deo. Tertia est hæc, quod creaturā ab omnibus cōculcabiliē desiccat, non sine magna cōtumelia Dei. Ad augmentum uerò contumeliæ Dei, non solum unum Deum sibi facit, sed tot quot possessiones habet, unde Osee 10. Israēl secundum multitudinē fructus sui multiplicauit altaria sibi, iuxta ubertatem terræ suæ exuberavit simulachris. Ad exulum etiam contumeliæ facit quòd de bonis sibi à Deo collatis hanc cōtumeliā illi faciunt. Vnde Osee 2. Ego dedi ei frumentum, uinū, & oleum, & argentum multiplicauit eis, & aurum, quæ fecerunt Baal. In hoc autem deterior est hæc idololatria, idololatria gentiū: quia simulachra gentium os habent & cætera mēbra ad similitudinem hominū: sed auaritia desiccat informem materiam, scilicet argentum & aurum.

¶ Quòd auarus diues quinque rusticitates faciat Deo.

QUARTA causa est hæc, quod auarus diues quinque rusticitates facit Deo, seu peruersitates quas nulli homini faceret. ¶ Prima est, quia cū beneficiū debeat acceptorē reddere memorē benefactoris sui: auarus tamen inde Deum magis obliuiscitur. Vnde

Gg 5 Osee

Osee 13. Adimpleti sunt, & saturati sunt, & eleuauerunt cor suū, & oblitū sunt mei. Et Esa. 57. Viā manū tuā inuenisti, propterea Deū non rogasti. Greg. Qui felicitatem quęstā in terris inuenit, datorē qui eam tribuit nō requirit. Gen. 40. Succedentibus prosperis, p̄positus pincernarum oblitus est interpretis sui. ¶ Secūda rusticitas est, q̄ Deo de bonis sibi collatis gratias nō agit: nec propterea eū magis diligit, imō minus, quod nulli homini faceret. unde Iere. 5. Ibo ad optinates. Et sequitur quibusdā interpretis: Ecce, magis hi simul freperunt iugum, ruperūt uincula. ¶ Tertiā rusticitas est, quia quū beneficium debeat esse quoddā frānū retinēs susceptorē beneficii ab iniuria largitoris, iuxta illud Esatē 47. Laude mea infrēnabō te; ne intereas. auarus tamen nō timet Deū offendere, licet tot beneficia ab eo susceperit: nec timet beneficia suscipere, licet tantū eū offenderit, in quo etiam cauent sibi ipsi laurones. ¶ Quarta rusticitas est hęc, q̄ quanto maiorē terrā a Deo tenet, tāto ad minus seruitiū teneri se credit. Diuites omnino nihil uolūt facere de seruitio Dei. ¶ Quinta rusticitas est, quia cū tenent bona Domini in manib⁹ suis, & Dominus inde petat in pauperibus, ipsi nolunt dare uel cōmodare etiā ad centuplā usurā: quod faderent tūi Iudæo uel Saraceno. Vnde Aug. ad auarū:

Dicit tibi Christus, Da mihi ex eo quod dedi tibi. De meo quæro, & mihi nō donas. Da mihi, & red do. Habuisti me largitorē, facito me debitorē, habecā te fœneratorē. Pauca mihi das, plura reddā. Tēporalia mihi das, æterna restitua. Idē: Præbe testū, & accipe cæli. Ber. Quid insaniā est, q̄ cū datur relinquere simpla pro centuplis? Vbi est cupidus: ubi ambitio sus? ubi cōquisitor huius seculi? ¶ *Quod auaritia sit iniuria proximo.*

SEQUITVR de malis quę facit auaritia proximo. Quę multa sunt. Ex hac enim sequuntur bella & lites. unde Iacob. 5. Vnde in uobis bella & lites, nisi ex concupiscentiis uestris? Sen. Quietissime uiuerent homines, si hæc duo pronomina de medio tollerentur, meum & tuum. Ex hac etiam sequuntur homicidia. Vnde Cain qui interpretatur p̄felsio, legitur fratrem suū Abel occidisse. Et Prouerborum 1. Fili mi, si te lætauerint peccatores, non acquiescas eis. Si dixerint, Veni nobiscum, insidiamur sanguini. Et p̄st subingitur causa motiua: Omne instantiam pretiosam reperiemus, implebimus domos nostras spoliis &c. Ex hac etiam sequitur rapina. Vnde Ecclesiastic. 13. Venatio leonis onager in eremo. Sic pascua diuitum sunt pauperes. Auarus nulli fidem custodit, nec Deo, nec homini. Deo nō: ipsius enim est uox illa Luc. 10. Ecce

res, uenite occidamus eum, ut nostra fiat hereditas. Homini nō: Filius enim auarus mortē patris exoptat, & mater filiam uēdit iugulatoribus infernalibus. Ex hac etiā accidit quod filii uolunt potius parentes comburi æternaliter, quā hereditatē sibi minui. Hęc facit ut tribunalia uelut tabernā sint, in quibus sanguis innocentū uenalis offertur. Amos 3. Nesciūt facere rectum, dicit dominus: thesaurizantes iniquitatē. Hęc mendacia uel periuria non timet, pupillos & uiduam exhereditat. Hęc pauperes contēnit & irridet. unde Iob 12. Deridetur iusti simplicitas, lampas contenta apud cogitationes diuitum, parata ad tēpus statutū. Et Eccl. 13. Sicut abominatio est superbo humilitas, sic execratio est diuiti pauper. Hęc est immisericos proximo. unde Iob. 40. Cor eius indurabitur quasi lapis. Cor diaboli est auarus. Et Lucæ 12. habetur de Lazaro petente eleemosynam, & nemo illi dabat. Et notatur ibi immisericordia diuitis epulonis & etiam familiæ illius. Et Amos 6. Bibentes uinum in phialis, & optimo unguento delibuti, nihil compatiebantur super contritione ioseph.

¶ *Quomodo proprio subiecto nocet auaritia.*

SEQUITVR uidere quomodo auaritia nocet proprio subiecto. Notandum ergo quod auaritia reddit hominē stultum. unde Lucæ 12. Stulte, hac nocte

animā tuam repetēt a te: quæ autem parasti, cuius erit? Sic est qui sibi thesaurizat, & nō est in Deū diues. & supplet glo. supra illud, Sic est stultus. Ad idem pertinet illud Apostoli. Sapientia huius mundi stultitia est apud Deum. & Prouerb. 1. Usquequo paruuli diligitis infantiam, & stulti quæ sibi noxia sunt cupient? Nec est stultus auarus unica stultitia, sed multiplici. Non solū stultus, imō & insanus est.

¶ *De insaniā auari diuitis.*

INSANIA uerō diuitis auari potest multipliciter ostendi. ¶ Primō, per hoc quod occultos laqueos exquirat, ut se strāgulet. Vnde Prou. 26. Coriniqui exquirunt mala. Iniquus potest intelligi auarus propter illud uerbū Eccl. 10. Nihil iniquius, quā amare pecuniā. qui ad modū insani exquirunt mala, scilicet laqueos occultos usuræ & simoniæ, in quibus se interficiat. ¶ Secūdo, potest ostendi ista insaniā per hoc, quod uolūtarius uadit submergere se. Singulis diebus facit dictā unā in infernū. Quis adeo sapiens est qui insanus reputari non possit, si requisitus quod eat, respōdeat, Vado me submergere; uel suspendere? Hoc autē respondere potest quicunq; est in mortali peccato: uadit enim submergere se in abyssum inferni, quod est summa stultitia, sicut sapientia summa est in paradysum ire. Vnde Eccles. 6. Quid habet amplius stultō sapiens? & quid paup

pauper, nisi ut pergat illuc ubi est uita? ¶ Tertio per hoc, quod cum insipiens sit, insipientiam suam non agnoscit, imo sapientem se putat: quod plus est quam stultitia, & quam insania. Vnde Prover. 28. Sapiens sibi uidetur uir diues: pauper autem prudens, scrutabitur eum. Pauper iste Christus est qui scrutabitur eum qui sibi sapiens uidetur, ostendens eum non fuisse sapientem. Et Prover. 22. Vidisti hominem sibi sapientem uideri, magis illo spem habebit stultus. In quo uerbo innuitur insipientiorem esse ceteris illum, qui se putat sapientem quum non sit. ¶ Quarto, ostenditur insania ista per hoc, quod auarus spiritualiter interficit omnes qui iuxta se sunt. Si uideris aliquem qui claua accepta primo interficeret uxorem suam, deinde filios suos & filias, & totam familiam, & post sacerdotem ne pro peccato suo eum excommunicaret, nunquid eum insanum reputares? Sic facit auarus, precipue usurarius, dum omnes tales facit communicari peccato suo. Corporaliter etiam percutit diues uicinos suos. Quandoque enim diuitiarum suarum eum faciunt insanire. Vnde alapa una quandoque constat ei centum libras. Vnde Eccles. 21. Obiurgatio & iniuria annihilabit substantiam, & domus quae nimis locuples est, annihilabitur superbia. De hac persecutione loquitur Dominus, Matth. 24. dicens: Si autem dixerit ma-

lus ille seruus in corde suo, Moram facit dominus meus, & ceperit percutere seruos suos, &c. ¶ Quinto, ostenditur insania ista per hoc, quia ad districtissimum iudicem cum re furtiua ire non timet. Vni uicimus, non cessamus ad iudicem ire, & quotidie proximiores sumus. ¶ Sexto, ostenditur insania ista per hoc, quod cum domus conscientiarum suarum igne cupiditatis succensa sit tempore quo aquam gratiae ad ignem illum infernalem extinguendum quaerere debuit, quaerit potius quasi faculas ad incendendum domum suam, quia quaerit aurum & argentum, ceteraque concupiscibilia, quae ignem cupiditatis incendunt.

¶ De multiplici stultitia Auari.

SECVITVR de multiplici stultitia auari. Et est prima stultitia eius, quod se ceteris rebus minus diligit, quod potest ostendi. ¶ Primo, per hoc quod se malum & sua bona uult habere, unde Aug. Adeo caritas metis conuuluit, adeo absorbit hominem interius, ut omnia uelit praeter se ipsum bona habere. Eterum Aug. loquens ad auarum, Quid est quod te uelis malum habere? Nihil omnino. Non uxorem, non filium, non seruum, non tunicam, postremo non caligam, & tamen uis habere malam uitam. Rogo te praeparata uitam caligam tuam. ¶ Secundum potest ostendi idem per hoc quod auarus de perditione sua non dolet, de perditione autem obedi-

dolet.

doleret. Singulis diebus sotulares suos tergit, seipsum autem per annum in sordibus relinquit: nec etiam tunc bene mundat. ¶ Tertio, potest idem ostendi per hoc quod de corde suo quasi clypei rebus suis facit, ut cor suum incmoda rerum suarum primo excipiat, similibus cuidam stulto, qui habens sotulares nonos transiens per spinas, se discalciauit. Adeo enim amabat sotulares suos, quod potius elegit sotularibus suis quam propriis pedibus parcere. ¶ Secunda stultitia auari est, quod sua negligit, & de alienis sollicitus est.

¶ Quae proprie sint hominis.

QUATVOR autem sunt quae possunt dicere nostra, scilicet bona interna. Vnde Seneca: Sapiens intra se omne bonum terminabit. Et dicit quod quidam patria capta, uxore & liberis amissis, quum ex incendio publico solus & tamen beatus exiret. Interroganti uictori, si quid perdidisset: Nihil, inquit, perdidit: bona mea mecum sunt. Ista bona interna negligit auarus. Projecit enim in uitam intima sua: ut legitur Ecclesiast. 10. Nostrum est etiam tempus, unde Seneca. Cetera a nobis aliena sunt: tempus tantum nostrum est. Quod autem tempus quodam speciali modo nostrum sit, uidetur per hoc, quod qui tempus amittit, seipsum amittit: qui medium uitae suae amittit, se dimidium amittit: & qui totum tempus amittit, se totum amittit. Nostra etiam sunt ea quae pauperi-

bus largimur. Vnde quidam cum dominus eius uellet de bonis eius habere, & praecipisset ei ut de bonis suis uirtutem diceret ei, facta computatione sexcentorum aureorum, quos pauperibus erogauerat, respondit, quod nihil plus in mundo habebat praeter centum aureos. Cum autem a circumstantibus obiceretur ei, quod falsum esset, & diceret: Illa gratia tantum ualeat, & illa domus tantum, & multa alia. Ille respondit, Illa non sunt mea, sed domini mei: quia quando uoluerit, accipiet tanquam suum: sed illud quod dedi pro Deo per manus pauperum in salua custodia posui, ita quod nullus potest mihi illud auferre. Ad quod pertinet illud quod legitur Eccles. 17. & 29. Eleemosyna uiri quasi sacculus cum ipso. Nostra etiam sunt bona aeterna, unde Luc. 16. Si in alieno fideles non fuistis, quod uestrum est quis dabit uobis? Alienum uocat bonum transitorium, nostrum aeternum. Sua igitur negligit auarus, qui quatuor praedicta quae proprie sua sunt, non timeret amittere: de alienis uero sollicitus est: id est, de temporalibus istis quae nostra non sunt. Sicut potest ostendi.

¶ Quod temporalia ista non sunt hominis.

PRIMO ex hoc quod dominus dicit in Luca, Si in alieno, &c. Secundo ex illo uerbo Abacuc 2. Vae qui congregat non sua. Tertio, ex illo uerbo Ambrosii, si per Lucam, Non bona sunt hominis quae

quæ secum ferre nō potest. Sola misericordia comes est defunctorū. quod intelligendū est de illis defunctis, qui cum misericordia in præsentī societate habuerunt. Quarto potest idē rationabiliter ostendi. ¶ Primo, per hoc quod bona tēporalia assimilantur fluuiō transeunti. Fatua esset ciuitas aliqua quæ estimaret aquā Rhodani ante se transeuntē sibi remansuram, cum per tot ciuitates transferit, nec eis remanserit: Sic fatui sunt qui bona tēporalia sibi remansura putant. Vnde quidā: Erras si mansuras putas tibi diuitias, quæ per tot manus hominū transferunt. Hanc rationē insinuat Dauid, ubi dicit, Diuitiæ si affluant, nolite cor apponere. Diuitiæ ad modū fluuii sicut affluunt, sic defluunt. Non est aqua Rhodani illius ciuitatis ante quā transit, sed ad necessitatē suam potest inde sumere: sic licet bonis temporalibus uti possimus ad necessitatem nostram, nostra tamen non sunt, sed sicut vulgari ter dicitur, Tout fut à autruy, tout est à autruy. ¶ Secundo, potest ostēdi quod nostra nō sunt, per hoc quod terra in qua crescunt nostra non est. Vnde Dauid, Quomodo cantabimus canticum domini in terra aliena? Et iterum, Aduena ego sum apud te, & peregrinus sicut omnes patres mei. ¶ Tertiō per hoc, quod ianitor huius mundi, mors scilicet, non permittit nos ferre aliquid de hoc mundo: quando

aliquis sedet ad mensam alienius potentis, multa apponuntur sibi, scilicet scyphi argentei, scutellæ, & similia, in quibus solum usum habet. Si uerō aliquis ex simplicitate crederet ea esse sua, & uellet ea secum ferre, ianitor bene ostēderet ad portam quod nihil iuris in eis haberet. Ita diuites credunt bona temporalia quod eōmme est, sed mors bene ostēdit eis cōtrariū, cum dicit: Nihil intulisti in hunc mundū, nec quicquam auferre potestis. ¶ Quarto, potest idem ostēdi per hoc, quia dū canis sequitur duos homines, nescitur quis eius dominus sit: sed si separētur illi ab inuicem, canis sequitur dominum suum, & tunc apparet cuius sit. Sic diuitiæ in morte remanent cum mundo, & deserūt auarum. ¶ Et est notabile exemplum principis magni Saraccenorum, qui cum mortem sibi imminere inspiceret, pannū lineum de quo sibi sudarium consuendum erat, erexit in signū, & fecit circumferri per ciuitatē à præcone dicēte, Hæc dicit princeps uester: Cum essem dominus undecim regionum, hoc solū de gloria mea & diuitiis meis mecum auferā. Diuitiæ sunt uelut infideles amici, qui amatores suos in extrema necessitate deserūt. Vnde quidā cum à diuitiis suis auxiliū implorasset, nec etiā posset habere responsionē ab eis, ait, O fallaces diuitiæ, toto corde uos amauī, & honorauī, & nunc in tanta ne-

cessitate

cessitate positus nihil cōsiliū nel auxiliū à uobis habere possum. Paratæ estis mē deserere, nec uultis me sequi: ego præmittam uos. Et his dictis statim distribuit omnia pauperibus. ¶ Vltimō, potest ostēdi quod temporalia nostra non sunt per hoc quod solā dispensationem in eis habemus. Ambros. Nemo dicat proprium quod eōmme est. Plus q̄ sufficeret ad sumptū, uolēter obtentū est. Ille qui sua negligit, & alia excollit, iuxta sapientiam huius mundi, infelix reputatur: quia cum aliena cōpellitur relinquere, ex suis quæ neglexit non potest sustentari. Sic auarus cum temporalia bona amiserit, bonis eternis carebit. ¶ Tertia stulticia auari est: quia ea amat quæ amatoribus suis non profunt, imō sunt eis ualde nociua, contemptoribus uerō suis ualde sunt utilia. unde melioris conditionis sunt qui ea non amant, quàm qui ea amant. Quod diuitiæ nō profunt amatoribus suis, patet ex illo uerbo Ecclesiast. 5. Qui amat diuitias, fructum non capiet ex eis. ¶ De quinque fructibus diuitiarū.

¶ **QVINTVS** fructus uidentur esse diuitiarū. Primus est satietas, unde Tullius: Fructus diuitiarū est copia, hunc fructum nō capit qui diuitias amat. Amor enim est fames spiritualis, fames autem non est satietas. Secundus autem fructus est, redēptio animarum. Vnde Prouer. 13. Redemptio animæ uiri, propriæ di-

uitiæ. Et Danielis 4. Peccata tua eleemosynis redime. Prouer. 14. Corona sapientium diuitiæ eorum. Tertius est emptio regni celestis. Vnde Lucæ 16. Facite uobis amicos de mammona iniquitatis, &c. & August. Præbe tectum, & accipe cælum. Quartus fructus est patrociniū pauperum. Vnde Gregor. Pauperes nō sunt despiciendi ut egeni, sed rogandi ut patroni. Pauperes sunt sicut stipendiarii nostri, unde Ecclesiast. 29. Conclude eleemosynam in sinu pauperis. & paulo post, Super scutum potētis & lanceas pugnabit aduersus inimicos tuos. Quintus fructus est, ipsarum diuitiarū multiplicatio. unde 1. ad Timo. 4. Pietas ad omnia utilis est, promissionem habēs uitæ quæ nunc est & futuræ. Quatuor ultimos fructus nō colligit ex diuitiis, qui eas amat, quia eas nō seminat, sed retinet apud se: & ideo nō potest fructū inde colligere. Non solū autem non profunt diuitiæ amatoribus suis, imō etiā multū nocent. Inquinant enim eos, cruciant & occidunt. Ad primum facit illud uerbum Bernar. Beatus qui post illa non abiit, quæ possessa onerant, amata inquināt. Ad secundū facit illud quod dicit Seneca: Proijce quæ cor tuū laniant: quæ si aliter abstrahi nequirent, cor ipsum cum eis auellēdum esset. Ad tertium facit, quod cum Constantinus dedit Imperium ecclesie, audita est hæc uox, Hodie infusum

fusum est uenenū ecclesiæ Dei. Diuitiæ ergo ut uenenum se habent ad amatores suos, interficiunt enim eos. Ideo miratur Dauid quare diligantur, dicens: Vt quid diligitis uanitatem, &c. Et Prou. 1. Vique quo paruuli diligitis infantiam, &c. Ipsæ etiam diuitiæ quodammodo ne amentur clamant, dum tot afflictiones faciunt amatoribus suis. Vnde Gregor. Mundus iste dum tot afflictionibus pulsatur, tot calamitates ingeminat, quid aliud nisi ut non diligatur clamat? Quod autem diuitiæ sunt utiles contemptoribus suis, patet ex hoc quod earum contemptores licet pauperes sint, ex contemptu earum regnū æternum emunt. ¶ Quarta stultitia auari est, quod ea custodit quæ custodita perduntur, perdita uerò custodiuntur. Quod ostendi potest per simile de frumeto, quod si custodiatur perditur, si seminando perdat, renouatur & multiplicatur. Vnde super illud Matthei 16. Qui uoluerit animam suam saluam facere, perdet eam. dicit gl'os. Quasi dicatur agricola: Si frumentum seruas, perdis: si seminas, renouas. Ad idem facit illud Eccl. 29. Perde pecuniam propter fratrem & amicum, & non abscondas sub lapide in perditionem. Lapis uocatur cordis diuitiæ. Sub qua dum absconditur, in perditionem absconditur: quia dum seruari creditur, perditur. Et non solum perditur, imò etiā perdit dominum suum, quod de-

terius est. Vnde Bernard. loquitur de bonis temporalibus, dicit: Veniam tantum congregata perirent, & non congregator eorum, Tolerabilius esset infundere laborem perituro, quam perempturo. ¶ Quinta stultitia auari est, in expendendo prodigè: quod facit dum pretiosum lumen rationis consumit. in querendo temporalia quæ uilia sunt. de hoc lumine dicitur in Psalm. Signatum est super nos lumen uultus tui domine. Lumen uultus Dei, ratio est, quia secundum eum Dei imago sumus. Lumen ergo rationis est signatum super nos: quia impressum est nobis sicut imago sigilli ceræ imprimitur. ¶ Hoc lumen ualde pretiosum est, sicut potest ostendi tripliciter. ¶ Primo per hoc, quod secundum illud Deo similes sumus. ¶ Secundo per hoc, quod præualeat toti mundo absque creaturis rationalibus: quod patet per hoc, quod si ali cui lumen rationis tenebre fecerit, per insaniam uel alio modo, melius est illi lumen restitui quam totum mundum ei acquiri. ¶ Tertio potest idem ostendi per hoc quod sol & luna & omnia alia luminaria cæli, imò etiā omnes creature uisibiles deseruiunt huic lumen, & sunt quasi ad accendendum illud. Vnde manifestum est quale sit lumen istud, cui tam pretiosa luminaria deseruiunt. Valde enim paruus candelis solent accendi ualde magni cerei. Hoc lumen expendit au-

rius

ri in querendo temporalia, quæ Apostolus arbitratus est ut stercorea, quem non credimus fuisse deceptum in sua arbitratione. Si quis candelam quinque denariorum expendere querendo unum obolum, ualde fatuus reputaretur: quanto insipientior reputandus est auarus, qui lumen pretiosum, imò impreciable in congregando lutum expendit? Verè insanus est auarus qui uicinos suos reprehendit de hoc quod ceram consumunt, cum seipsum eis sufficere possit, dicens: Vt quid perditio hæc? seipsum uero non reprehendit de perditione talis & tanti luminis. Lumen istud regnū est datum homini, ut eo circa se & Deum utatur. Auarus uerò eo utetur circa iumenta sua, ipse uerò remanet in tenebris. Iumenta sua ad lumen comedunt, ipse uerò comedit in umbris, unde Eccle. 5. dicitur de auaro: Cunctis diebus uitæ suæ comedit in tenebris, & in curis multis, & in ærumna atque tristitia. Et quia in tenebris comedit, ideo noxia & uenenata comedit. O quam fatuus reputetur quis qui ad præsepe iumentorum suorum cereum magnū poneret, ad mensam uerò suam esset sine lumine. Sed insipientior eodem est auarus, qui nec solum lumen seipsum dum se totum rebus suis largitur ordinandis & excolendis, & de se nihil retinet sibi ipsi, cum ipse amplius regimine &

cultura indigeat. ¶ Sexta stultitia est in acquirendo. Fatuus operarius est, qui sciens aliquam bonam artem ex qua potest lucrari decem marcas in die, & facit uile opus unde tantum quatuor denarios, acquirit. Insipientior est auarus qui labore diurno tantum lucratur aliquid terrenum, cum labore eodem, uel minori, & quandoque maiori, si propter Deum faceret, posset lucrari regnū cælorum. Ad quod pertinet illud Gregorii, Fatuum est inde temporalia querere, unde possimus eterna habere. Minuit dominus hominem paulominus ab angelis, sed homo ex auaritia sua minuit se multo amplius à iumentis, cum reducit se ad illud opus in quo multo minus ualet homo quam equus. Locatur enim equus duo decim denariis, quando homo locat se nisi quatuor. Vnde nisi homo laborem suum ad Deum referat, à quo aliam mercedem recipiet, inferior iumentis quantum ad hoc est. Fatuus etiā negotiator est auarus, qui simpla pro centuplis non uult commutare. Vnde Bern. loquens de uerbo isto, Centuplum accipietis &c. dicit, Quid insanie est quod cuncta mur relinquere simpla pro centuplis? Vbi cupidus ubi ambitiosus? ubi conquisitor huius seculi? Fatuus est qui ad hoc laborat ut spinæ diuitiarum sibi multiplicentur quæ eum pigant in præsentia uariis curis, & occasionaliter succendent eum in inferno.

H h Nua

Nunquid colliget auarus de spinis istis uuas, aut de tribulis ficus? Imò etiam in presenti inueniet in illis molestiam & asperitatem, in quibus quæsiuit suauitatem. Auarus etiam talpæ similis est, quæ quicquid fodit, super humeros proprios ponit. Sic auarus ea quæ male acqrit, quoddammodo super se ponit. Impedit enim eum ne ad uitâ gratiæ suscitari possit. Vnde diuitiis quas acquirit cumulat se. Auarus etiam similis est, secundum Bern. homini qui suffocatur in aqua, qui nō dimittit quicquid tenere potest. Et cum deberet amplecti tabulâ pœnitentiæ quæ eum à naufragio liberaret, potius amplectitur aurū & argentum &c. pōderosa, quæ mergūt eum in profundū inferni. Et ut breuiter dicā, Auarus antequā lucretur, seipsum perdit, & antequam aliquid capiat capitur. Iusto enim iudicio Dei fit, sicut dicit August. ut à diuitiis quas iniuste capere uoluit, capiatur iustissimè, imò qd' deterius est ipsi diuitiis, quasi quadam esca à diabolo capiatur. ¶ Septima stultitia est, qd nec solū expendēdo uel acqriēdo insipienter agit auarus, sed etiam custodiendo.

¶ *Quod auarus stultè agit, custodiendo diuitias.*

ET hæc quatuor de causis. Primò quia thesaurizat ubi oēs antecessores sui thesauros amiserunt, scilicet in mundo isto. Vnde Ose. 7. Ephraim factus est

sicut colūba seducta, nō habens corrid est, sapientiā. Hæc est insipientia columbæ, quod pullos suos ibi ponit ubi omnes amittere consuevit. ¶ Secundo, quia custodire uult quæ durabilia nō sunt. ¶ Temporalia ista quatuor de causis consumūtur. ¶ Primò, propter corruptibilitatem propriam. Vnde Iaco. 5. Agite nunc diuites, plorate ululantes in miseris uestris quæ euenient uobis. Diuitiæ uestre putrefactæ sunt &c. ¶ Secūda causa est aliena rapacitas. Vnde Matth. 6. de ista causa & præcedēte dicitur, Nolite thesaurizare uobis thesaurū in terra, ubi ærgo & tinea demolitur, & ubi fures effodiūt & furantur. ¶ Tertia causa est superbia quā diuitiæ pariūt, quæ postea diuitias consumūt. Vnde Augu. Vermis diuitū superbia est. ¶ Quarta causa est, ampla familia quā diuitiæ requirūt. Vnde Eccl. 5. Vbi multæ sint opes, ibi multi sunt qui comedūt eas. Et quid prodest possessori nisi qd' cernit eas oculis suis? ¶ Tertio insipienter agit auarus custodiendo, quia uult sua secum habere, cum securius potest sibi ab alio custodiri.

¶ *Fatuus est qui uult pecuniam suam secum habere.*

QV IN QV E casus sunt in quibus fatuus est qui pecuniam suā secum uult habere. ¶ Primus casus est, quando aliquis est uia tor, & est transitorius per locum ubi scit se spoliandum

fatuus

fatuus est si amplius uelit de pecunia sua secū habere quā sit necessariū ei ad expensas usque ad locū illum. Onus enim esset ei, si amitteret eam. Locus per quem necessarius sumus transituri, est mors, ubi spoliabimur. Spoliatur homo in morte, quia mors angustū est foramen. Vnde Ber. Quid tu camele gibbū? qd tu pecunio se proditoris loculos tollis: non sic impie, non sic ingredieris. Foramē acus huiusmodi sarcinas non admittit. ¶ Secūdo spoliatur homo quasi rediturus in uentrē matris suæ, scilicet terræ, unde Eccl. 40. Iugum graue super filios Adæ à die exitus illorum de uentre matris usq; in diem sepulture. Et in Iob 1. Nudus egressus sum de utero matris meæ, & nudus reuertar illucid est, in uterū matris, scilicet in terram. ¶ Tertio spoliatur homo in morte ad insar damnatorum qui tradeadī patibulo spoliatur. Fatuus est ergo auarus, qui diuitias secum uult habere, cum sciat se in morte spoliandum esse: & non uult eas mittere in locum securū per manus pauperum. Grego. Securius feruntur diuitiæ de patria ad patriā per manus plurium, quā unius. ¶ Secūdos casus in quo fatuus est qui pecuniā suā secū uult habere, est, cum naufragiū alicui imminet. Vnde Greg. super illud Iob 31. Quasi fluctus tumētes super me timui semper Deū. Cum fluctus desuper immi-

nēt, tūc nauæ de nauī proiciūt, pro quibus lōga naufragia sum pserunt. Fatuus est ergo auarus qui in tanto naufragio positus potius uult pecuniam suā secum habere, quā eam in saluo esse, præcipue cū Seneca dicat, Nemo cum sarcinis enatat. ¶ Tertius casus in quo nō uult aliquis pecuniam suā secū habere, est, cū pecunia illa furtiua est, & scit pecuniam illam testimoniū fore suæ damnationis, si apud se inuēta fuerit. Fatuus est ergo auarus qui rem male acquirit, quæ testimonium erit condemnationis ipsius, ita diligenter conseruat, uidetur cōiurasse sibi mortem propriam, cum in iudicio tam periculoso testes producere uelit cōtra se. Ad hoc pertinere uidetur quod auaris dicitur Iac. 5. Aurum & argentū uestrū æruginant, & ærgo eorū erit uobis in testimonium, & māducabit carnes uestras sicut ignis. ¶ Quartus casus est, in quo nō uult aliquis pecuniam suā secū habere, cum hostes sui eum insequūtur, & pecunia illa est impedimentū fugæ illius. Ex quo sauis manifestū est quā insipienter sit auarus quæ hostes inuisibiles insequuntur, & pecuniam suam nulli commendare uult, sed potius uult eam custodire, cum in ueritate ipsa potius eum custodiat & detineat, nec de manibus eius possit euadere. Vnde auarus est sicut simia uel ursus, qui quandoq; ligatur ad

stipitem uel truncum mobilem. Et posset alicui uideri quod simia uel ursus stipitem custodiat, cum potius a stipite custodiat. Sic auari ligati sunt ad temporalia bona, quorum quedam sunt mobilia, quedam immobilia, & potius per ea custodiuntur a diabolo, quam ipsi custodiant ea. Nec possunt procedere nisi quantum uinculum amoris quo ad diuitias suas ligati sunt permittit. Vnde Exo. 8. Veritamen longius ne abeatis. ¶ Quintus casus quomodo uult aliquis pecuniam suam secum habere est, cum timet super eam se inquietari, uel ut largiatur eam, uel ut mutuo concedat. Et ista causa deberet multum mouere auarum, quod pecuniam suam in loco saluo reponeret. Sicut enim caro circa ossa canes prouocat, ut illa rodant & mordeant: & sicut reclamatoria prouocant aues rapaces: sic diuitia contra auros fures & raptores prouocant. Vnde Seneca: Auarus diues cupiditatem irrat. Imo sicuti caro quae ossi adhæret, cæteris carnis bus amplius appetitur: sic diuitia auarorum. Dicunt enim, Aufe ramus ei, quia nunquam inde daret nobis: unde a multis inquietatur auarus. Accidit etiam avaro sicut quibusdam arboribus quae nolunt hominibus fructus suos dimittere, nisi cum difficultate: uel quia non cito maturescunt, uel alia de causa nihilominus arboribus illis auferuntur fructus sui;

& insuper optime uerberantur, etiam usque ad fractionem multorum ramorum suorum. Alia uero arbores quae de facili fructus suos dimittunt hominibus, remanent absque damno ramorum suorum. Similiter avarus diuitiis suis spoliatur uelit nolit, & praeter haec flagellatur & affligitur saepe. ¶ Quarto insipienter agit avarus sua custodiendo, quia non uult ea praemittere in caelum. Non enim uult eleemosynas facere in uita sua, sed expectat quod ab aliis sibi fiant eleemosynae post mortem. In quo similis illi est qui de nocte transfuratur per loca foueis plena, lucernam uellet ferri post tergum. Eleemosynae enim quas facit homo in uita sua, sunt quasi lucerna quae praefertur homini, & custodit hominem ne cadat in foueam inferni. Eleemosynae uero post mortem factae sunt quasi lucerna post tergum, quae non custodit hominem quod cadere possit in foueam inferni. Et si iam cecidit, non extrahunt eum inde eleemosynae: quae in inferno nulla est redemptio.

¶ De tribus alijs stultitijs auari.

SE QUITVR de alijs tribus stultitijs auarorum. Quarum prima est improuidentia. Secunda, incircumspectio. Tertia uero incautela. Haec enim tria sunt species stultitiae, sicut eorum contrariae sunt species prudentiae, scilicet prouidentia, circumspectio, & cautela. Quod autem avarus ualide insipienter se habeat in sua prou-

uisione, potest ostendi multipliciter. Primo per hoc quod ubi in aeternum mansurus est, de domo sibi non prouidet: ubi uero quasi per noctem hospitaturus est, palatia magna construit. Haec est uita praesens, si ad aeternitatem futurae uitae comparatur. Vnde Sap. 5. dicitur quod spes impii est quasi lanugo, uel tanquam memoria hospitis unius diei praeteritis. Et Tull. loquens de eo qui bene uixit in mundo isto, dicit quod ipse ex hac uita discedet tanquam ex hospitio, non tanquam ex domo. Imo quod plus est, uita praesens est quasi quoddam diuersorium, ad quod homo declinat ad commorandum aliquantulum: uel est quasi uia per quam cursim transitori sumus. Ad primam facit quod dicit Tullius, Commorandi diuersorium, non habitandi nobis natura dedit. Ad hoc signandum dominus in diuersorio nasci uoluit. Breuitas huius uitae in futuro uerius cognoscetur. Vnde Sap. 5. dicitur damnati in inferno, Nos nati continuo desinimus esse: adhuc uero quod nos per uiam praesentis uitae cursim transitori sumus. Facit hoc quod dicit August. quod nihil aliud est tempus huius uitae quam cursus ad mortem, unde uelocitatem huius transitus, satis expriment damonati in inferno, qui dicit Sap. 5. se praeterisse uitam tanquam nuntium praecurrentem, & tanquam nauem quae pertransit fluctuantem

tem aquam, & tanquam auem quae transuolat in aere, & tanquam sagittam ad locum destinatum emissam. Quale uero est hoc, quod in loco ad quem ad horam diuertimus uel in uia per quam cursim transitori sumus, palatia magna construere uolumus: ubi uero aeternaliter mansuri sumus, in nullo nobis prouidere curamus. ¶ Secundo potest ostendi, quod avarus insipienter agit in sua prouisione per hoc quod horrea sua & cellaria sua replet ad sustentationem uitae diurnae. Nihil uero praeparat uitae aeternae. Vita praesens est quasi uita unius diei. Dauid: Mille anni ante oculos tuos tanquam dies hesternae quae praeterit. ¶ Tertio potest idem ostendi, scilicet quod avarus insipienter agit in sua prouisione, per hoc quod iumento suo, scilicet corpori uineas plantat, & agros seminat, & prouidere non cessat: animam uero suam propter defectum cibi spiritualis fame perire permittit. Ad quod possumus referre illud Psal. Esturientes & sitientes anima eorum in ipsis defecit. Et Ecc. 6. Omnis labor hominis in ore eius: sed anima illius non implebitur bonis. quasi diceret, Totus labor hominis est circa os corporis, animam uero uacantem relinquit. ¶ Quarto potest ostendi quod avarus insipienter agit in prouisione sua, per hoc quod diligenter cauet ne rami arborum suarum uimio pondere frangatur: & iumenta

sua nō vult nimio pondere grauari: seipsum uerō onere importabili onerare non timet. Vnde Aug. Quid miserius est misero nō miserate seipsum: Quātūcūq; oneratus sit auarus onere tēpora liū istorū, nūquā dicit, q̄ satis sit. Sen. Segetē nimia sternit ubertas. Rami nimio onere frāgūtur. Omnibus quoq; nocet quos in moderata felicitas rumpit. Nec posset auarus sustinere, q̄ iumētum suū ultra vires suas oneraretur, in onerando uero se vires suas nunquam considerat.

¶ De incircumspectione auari.

SECVITVR de incircumspectione auari, quæ multiplex est. Prima est q̄ terrā cōtinuē inspicit: iuxta illud Psalm. Oculos suos statuerūt declinare in terram. Cælestem uerō patriam nō considerat quam amittit. Secunda est, q̄ pedes scuto defensionis diligēter protegit: caput uerō, id est Christū, hostibus exponit. Caput uiri Christus est, sicut dicit Apost. De hoc capite non curat auarus, licet ad custodiam illi⁹ admoneat, ubi dicitur: Esto te prudēs sicut serpentes. Serpens præcipuē caput suū custodit. Capiti alicui sui, id est, corporis, multū timet auarus: huic uerō glorioso capiti nō timet. Terra incircumspectio est, q̄ à sinistris aduertitatis diligēter sibi, à dextris uerō prosperitatis nō cauet, ex qua parte sibi magis timēdū esset: iuxta illud Greg. Quū omnis fortuna timenda sit, ma-

gis timenda est prospera quam aduersa. Et Psalm. Cadent à latere tuo mille & c. Quarta est, q̄ paupertatē præsentis uitæ quā ante se aspicit, solam attendit, & nimis eam cupiens fugere, quasi retro cadit in foueā paupertatis æternæ: iuxta illud Iob 6. Qui timet pruinam, irruet super eum nix. Et in Prouerb. Quod timet impius, ueniet super eū. Quinta est, q̄ dum auarus cauet diligenter, ne quis sibi furetur argentū suum uel aurū, diabolus ex alia parte furatur ei seipsum, quū tēpus suū ei furatur, & quū detinet eū in aliquo mortali peccato.

¶ De incantela auari.

DECIMA stultitia auari est, stultitia incautelæ. Et est incautela superficialis rerū inspectione, quæ multū abundat in auaro. Videns enim auarus quandā pulchritudinem exteriorem in uita diuitum, turpitudinem & foetorem quæ in illa est, nō aduertit. De qua turpitudine dicit Aug. Ecce cum iniquis omnia sunt pulchra, & ipsi sunt turpes. Et Osee 8. Factus est quasi uas immundum in nationibus. Videns etiam auarus in uita diuitū exteriora signa lætitiæ, grauem tristitiā quæ corrodit corda eorum non aduertit. De qua dicit Senec. Horum qui felices uocantur, hilaritas est ficta, & est grauis tristitia, eo quidem grauior, quia interdū non licet palam esse miserum, sed inter ærumnas cor ipsum exedentes,

ne

neceffe est agere felicem. Videns etiam auarus uitam diuitum, exteriorem abundantiam, cordis pauperiem nō aduertit. De qua Apoca. 3. Dicit, quia diues sum, & locuples, & nullius egeor: & nescis quia miser es, & miserabilis, & pauper. Et Aug. de diuite: Extrā plenus, intus uacuus, carne crepat, & corde mēdicat. ¶ Undecima stultitia auari est, q̄ quū nouerit terram esse cibum dæmonū, iuxta illud Genes. dicitū serpenti, Terrā comedes omnibus diebus uitæ tuæ: ipse totū ea se inuoluit, ac si cibus diaboli desideraret esse, quia ubi est thesaurus suus, ibi est cor suum. Terram etiam in ore ponit, iuxta illud Io. 3. Qui de terra est, de terra loquitur. Et Esaie 29. De humo eloquiū tuū misitabit. Auarus etiam in auribus terrā ponit: quia ad modū aspidis aurē terra obstruit, uel quia de terrenis audit libetē loqui. Loquimur, dicunt auari, nobis placentia. In oculis etiam terrā ponit: quia iuxta uerbum suprā positum, oculos suos statuerunt declinare in terram. Et Salomō, Oculi stultorum in sinibus terre. Terram etiā in manibus habent: iuxta illud, Manus eius in cophino serauerūt. Terra etiam est in pedibus eorum, imō sordēs: secundum illud Thren. 1. Sordēs eius in pedibus eius.

¶ Quando auarus sit stultus tripliciter.

DVODECIMO, stultus

est auarus circa sua, stultior circa suos, stultissimus circa seipsum. Circa sua stultus est, quia nescit inde facere commodū suū, imō est similis cani super aceruum fœni se dēti, qui inde non comedit, & tamē latraret si quis inde sumere uellet. Auarus quidem est bursa siue arca furū, raptorum, & tyrannorū huius mūdi. Arca non habet aliud cōmodum de pecunia quā seruat, nisi q̄ occasione illius interdū frangitur. Bursa uero hoc cōmodū reportat de pecunia quā seruat, q̄ maculata inde remanet, & custodiendo pecuniā consumitur & rumpitur, & interdū à latronibus scinditur. Sic auarus de pecunia quam seruat, maculam culpæ contrahit, uitam suam in custodia illius cōsumit, occasione illius affligitur, interdū & iugulatur. ¶ Valde etiā stultus est auarus circa suos. Facit enim auarus de filiis suis sicut solet fieri de muribus: quia sicut mures inuisantur, & inuiscati per paleam incedendo materiā suæ exustionis colligūt, quia paleæ eis adherent: sic auarus quodammodo inuiscat filios suos, dū docet eos temporalia amare. Amor enim temporalium uiscus est spiritualiū pœnarū, sicut dicit gl. sup. Lætatus sum. Et filii sic inuiscati ob amorē tēporaliū, male congregāt materiā sui æterni incendii. Circa se uerō stultissimusest auarus, quia luctaturus cū luctatore expeditissimo, impedit se

H h 4 diuitiis

diuitiis quibus ab eo teneri possit, & delici. Contra quod dicit Grego. Quando ad agonem fidei uenimus, luctamen contra malignos spiritus sumimus. Malignus autem spiritus nihil in hoc mundo propriū possidet. Nudi ergo cū nudo luctari debemus: quia si quis uestitus cum nudo luctam aggreditur, citius ad terram deicitur, quia habet unde teneatur. Ideo adolescēs, relicta syndone nudus aufugit. Et Ioseph relicto pallio ab Aegyptia. Stultus est etiā auarus circa se, quia plantatus uult esse in aquis diuitiarum, quasi nesciret salices & cæteras arbores quæ in aquis crescant steriles esse.

¶ De sex alijs stultitijs auari.

P R A E T E R prædictas stultitias, sunt sex stultitiæ auari. ¶ Prima est, quod ipse credit ea quæ somnia sunt esse ueritatē. Vnde Ecc. 3. 4. Somnia extollunt imprudentes. Præfens felicitas quæ imprudentes extollit, somnium uocatur, quia assimilatur ei in quatuor. ¶ Primo in hoc, quod sicuti somniantes credunt se cōtrectare poma aurea, uel lapides pretiosos, uel sumere cibos delicatos ppter sola fantasmata: Sic illi qui reputantur felices, credūt se habere ueras diuitias, uel delicias, quū sola fantasmata earū habeant. Longe enim amplius distant hæ diuitiæ uel deliciæ à ueris, quàm fantasmata pomorum aureorū à pomis aureis. Ad huiusmodi somnium

potest referri quod legitur Esa. 29. quemadmodū somniat esturiens, & comedit: quū autē fuerit expergestus, uacua est anima eius, & sicut somniat sitiens & bibit, & postquam fuerit expergestus, lassus adhuc sitit, & anima eius uacua est: Sic erit multitudo gentium qui dimicauerunt contra montē Sion. Recte sicut somnians secundū uisionem suam esurit & comedit, & tamen adhuc in ueritate uacuus remanet: sic auarus esurit diuitias, & congregat eas, & tamen æquē uacuus est ut prius uel amplius. ¶ Secundo assimilatur præfens felicitas somno in breuitate. Vnde Job 20. Quasi somnium auolans non inuenitur, tãfiet quasi uisio nocturna. ¶ Tertio, assimilatur in hoc, quod diuites finito somno præfentis uitæ, nihil habent in manibus suis. Vnde Psal. Dormierit somnum suum, & nihil inuenierunt omnes uiri diuitiarū in manibus suis. Glos. quia nihil hic posuerunt in manibus Christi. Manus pauperū, sunt manus Christi, in quibus bonū est ut nostra ponamus, quia nō est, qui de manu sua possit eruere. Vnde quædam, Quas dederis solas, semper habebis opes. ¶ Quarto, assimilatur præfens felicitas somno: quia illis qui reputant se felices, nullis persuasionibus potest ostendi, quod somniant: sicut nec alicui quū dormit. Sene. Somnia narrare uigilantis est.

Sic

Sic quando ignis infernalis excitabit eos à somno, tūc cognoscent se somniasse, sicut illi qui dicunt Sap. 5. in inferno, Transierūt omnia sicut umbra. Quū erunt diuites in inferno, tūc cognoscent bona & mala huius uitæ non fuisse bona uera & mala uera: sed tantum umbras uerorum bonorū & malorum. Vera enim bona & uera mala futuræ uitæ sunt. ¶ Secunda stultitia est ebrietas. De qua Esaiæ uicissimoseptimo: Væ coronæ superbie, ebriis Ephraim. Ephraim, id est, fructificas, est diues quæ amore mundi ebrius est. Vnde Ieremię 51. Calix aureus Babylon in manu domini, inebriās omnem terram, id est, amatores terrenorum. Cuius ebrietatis triplex est signum. ¶ Primū signum est nuditas, unde legitur de Noë, Gene. 9. quod bibēs uinum inebriatus est, & nudatus in tabernaculo suo: sic auarus ueste nuptiali charitatis nudatus est, est egenus uisera claudat pietatis, secundum illud 1. Ioā. 3. Qui habuerit substantiam mūdi huius, & uiderit fratrem suum necessitatem habere, & clauerit uiscera sua ab eo, quomodo charitas Dei manet in eo: Hanc tamen nuditatem nō erubescit auarus ad modū ebrii, quia eam non cognoscat. ¶ Secundum signum est hoc, quod damna & læsiones spirituales non sentit. Gregor. Qui peregrinationem istam pro paupere appetit, dolere inter dolo-

res nescit. Prou. 23. dicit ebrius: Verberauerunt me, & non doluit: traxerunt me, & non sensi. ¶ Tertium signū est hoc, quod auarus dormit tãquam porcus, adeo quod non potest excitari à somno culpæ, nec ad buccinā diuinæ prædicationis, nec ad tonitrua diuinarum comminationū. ¶ Tertia stultitia auari est, quod committit se diuitiis quas scit esse fallaces ex uerbo ueritatis. Matt. 13. ubi dicitur, quod fallacia diuitiarum suffocat uerbum. Præterea scit eas quasi infinitos homines perdidisse, & hostibus inuisibilibus captos tradidisse. Abundantia diuitiarum uitur illo uerbo Iudæ, Quemcunque osculatus fuero, ipse est, tenete eum. unde à diuitiis quasi à proditoribus cauendū est. ¶ Quarta stultitia auari est, quod innititur labenti atque præcipitanti, scilicet mundo, unde Gregorius, Qui labenti innititur, necesse est, ut cum labente labatur. Proverbiorum 11. Qui confidit in diuitiis, corruet. ¶ Quinta stultitia auari est, quod seruitiū suum ponit in eis quæ in summa necessitate non poterunt eū iuuare. unde pro uerbio. 11. Non proderunt diuitiæ in die ultionis: iustitia autem liberabit à morte, & Sophonię primo, Argentum & aurum non poterit eos liberare in die furoris domini. ¶ Sexta stultitia auari est, quod credit diuitiis: quæ non solum sunt mendaces, imò ipsa

H h s mend

mendacia uocantur. Vnde Pſal. Et quæritis mendacium. Et Pro- uerborum 10. Qui innititur mendaciis, hic pascit uentos. Et Auguſtinus, Domine, uolui tecum poſsidere mendacium, ſed te amiſi, quia nõ dignaris cum mendacio poſsideri. Et mirum eſt, quomodo iam creditur diuitiis; quum tam longum tempus tranſierit, quod mentiri inceperunt, & tot homines ſuis mendaciis ad infernum pertraxerunt, & adhuc etiam quotidie mentiuntur, nec unico mendacio, in nõ multiplici. ¶ Primo, hominem dominum promittunt, & in miſeram ſeruitutem hominem ponunt, de qua ſeruitute dictum eſt prius. ¶ Secundo, promittunt ſecuritatem, & hominem timidum reddunt, unde Cain qui interpretatur poſſeſſio, legitur habuiſſe caput tremulum. Iob 15. Sonitus terroris in auribus eius: & quum pax fit, ſemper inſidias ſuſpicat. ¶ Tertio promittunt ſatietatem, & faciunt eſurire. Vnde Philoſophus: Diuitiæ cogunt eſurire. Quarto, promittunt ſuauitatem, & tamen pungunt. Vnde Eſaiæ 14. Ponam Babylonem in poſſeſſionem erici, ut ſcilicet pungatur ab his quæ poſsident, ſicut tenens ericum pungitur ab eo.

¶ De cæteris malis quæ ueniunt ex auaritia.

D I C T O de ſtultitia auarorum, oſtendenda ſunt cætera ma-

la quæ facit auaritia ſubiecti ſuo, quæ in magna parte patebunt, ſi oſtendantur mala quæ faciunt diuitiæ amatoribus ſuis. Vnde de illis malis modo dicemus. ¶ Primum malum eſt, quod inquinat amatores ſuos: & ideo luto comparantur, Habacuc ſecundo, ubi dicitur, Viſquequo aggrauat contra ſe denſum lutum? Eccleſia. 13. ubi dicitur, Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea. Et Ezech. 7. ſterquilinio comparantur, ubi dicitur: Auris eorum in ſterquilinum erit. Sterquilinum diſperſum utile eſt. Agros enim fructificare facit. Congregatum uero non eſt utile, niſi ad inquinandum, & ad fetorem inferendum: ſic diuitiæ diſperſæ hominem iuuat: congregatæ uero amatores ſuos inquinant, quod dominus uoluit in rerum natura ſignificari, quando uoluit uel ordinauit, quod argentum & cætera metalla pretioſa contingentes ſe etiam corporaliter inquinarent. Ad eandem iniquationem pertinet, quod legitur Prouerborum 27. Qui feſtinat ditari, nõ erit innocens. Ditari feſtinat, qui in mundo hoc qui locus eſt paupertatis & exilii, uult ditari, unde Eccleſiaſti. 11. Si fueris diues, non eris immunis à delicto, & Oſee nono, de amatoribus diuitiarum: Facti ſunt abominabiles, ſicut ea quæ dilexerunt, & Seneca: Multum eſt diuitiarum contubernio non corrumpi. Diuiti-

tiæ obliuionẽ Dei inducunt. unde de Geneſis 48. Ephraim & Manafſes dicitur fuiſſe fratres germani. Ephraim interpretatur fructificans, per quem intelligimus diuitias: Manafſes obliuio. Abundantia enim diuitiarum & Dei obliuio, ſocietatem habent adinuicem. Quæ ſocietas innuitur Deuteronom. 8. ubi ſic legitur, Dominus Deus tuus inducet te in terrã bonã, terrã riuorũ. & ſubiungitur, Abſq; penuria comedes panẽ tuũ, & rerum omnium abundantia perfrueris. Deinde ſequitur, Obſerua & caue, nequãdo obliuiſcaris Domini Dei tui: ualde enim turpis eſt inquinatio quã diuitiæ faciunt. unde Tull. Deterius auaritia nullum uitium eſt. ¶ Nec ſolum una macula inquinat diuitiæ, in nõ ſecum uniuerſitatem inducunt uitiorum. ¶ Et primo ſuperbiam, unde Eccleſiaſti. 21. Dominus quæ nimis eſt locuples annihilabitur ſuperbia. ¶ Secundo iram, unde Gene. 13. Facta eſt rixa inter paſtores Abraham, & paſtores Loth. Erat enim ſubſtantia eorum multa, & nequibant habitare ſimul. ¶ Tertia inuidiã, unde Prou. 8. Qui feſtinat ditari, & inuidet aliis, ignorat quæ egeſtas ſuperueniet. Et Greg. dicit de uiro iuſto: Per hoc quod in terris nihil appetit, alienis profectus inuidere neſcit. ¶ Quartæ aediã, unde Ierem. 48. Sterilis fuit Moab ab adoleſcentia ſua, & requieuit in fœcibus ſuis.

¶ Quinto uitium gulæ, unde Luca 16. Homo quidã erat diues & epulabatur &c. Et eiufdem 12. Anima mea, multa habes bona reſpoſita in annos plurimos, comedere & bibere &c. ¶ Sexto luxuriam, unde Eccleſiaſti. 57. dicitur ad Salomonem: Collegiſti quaſi aurichalcum aurum, & computaſti quaſi plumbum argentum. Et poſt ſequitur, Inclinaſti femora tua mulieribus. ¶ Secundum malum quod faciunt diuitiæ, eſt detentio in peccato. Et ideo comparatur luto, ut ſuprà, & bitumini, Gen. 14. ubi legitur quod uallis ſylueſtris habebat multos puteos bituminis. Vallis ſylueſtris eſt uallis huius miſerig, quæ diuerſa genera diuitiarum habet, quæ corda hominũ ad modum bituminis detinent. Ad hoc pertinet quod dicit Auguſtinus: Domine, ea tenebant me longe à te, quæ nõ poteram poſsidere ſine te. Et illud Eccleſiaſti. 31. Qui diligit aurum, non iuſtificabitur. Et illud Ieremiæ uiceſimo ſecundo: Locutus ſum ad te in abundantia tua, & dixiſti, Non audiam. ¶ Tertium malum quod faciunt diuitiæ eſt, quod poſſeſſores ſuos ſpoliant. Bona enim temporalia, ſecundum Auguſtinum, bona uilcata ſunt. Ideo dicit Seneca: Quiſquis, inquit, uolet unã agere uirtutẽ, iſta uilcata beneficia deuitet. Sicut ergo uirgæ uilcatæ aues ſpoliant plumis ſuis: ſic bona temporalia ſpoliant homines pen-

nis uirtutum, & plumis sancto-
rum meditationum & sancto-
rum desideriorum. Sicut etiam
spinæ oues lana spoliant, & in-
terdum excoriant, ita ut à mu-
scis molestantur. Sic diuitiæ cor-
da hominum excoriant, & faci-
unt ea molestanti à muscis diuer-
sarum solitudinū. De quibus
muscis legitur Ecclē. 10. Muscæ
morientes perdunt suauitatem
inguenti. Et Exod. 8. Venit mu-
sca grauisissima in domo Pha-
raonis & fertorum eius. Et Gre-
go. Nihil laboriosius quàm ter-
renis desideriis æstare. Nihil
quicquid, quàm in hoc mūdo ni-
hil appetere. Hinc est, quod Israël
custodiam sabbati accepit in
munere, & Aegyptus percutitur
muscis multitudine. Ad eodē au-
tem spoliant diuitiæ amatores
suos, quod interdum brachæ conti-
nentiæ non remanent eis, unde
Ierem. 13. Computruit lumbare
Ieremiæ ad Euphraten. Ad eodē et-
iam spoliant eos, quod etiam cor
eis non relinquunt, imò ubi the-
saurus est eorum, ibi cor eorum
est. Mirum est, quomodo sapi-
entes mundi uocantur illi, quum
mundus ita spoliat eos. Mirum
etiam quomodo non cessat lu-
dere cum mundo, quum incessan-
ter perdat cum eo. Sed de ludo
caesardi nesciunt se subtrahere
ludo: sic ut non perdat, non cessat
ludere ludor. Quarto loco de-
bilitat diuitiæ. Debilis est enim
homo diues ad sustinendum, &
ad pugnandum, & ad bene ope-

randum. Ad sustinendum ad eodē
debilis est, ut ad sibilum unius
uerbi de altitudine uirtutū de-
iciatur, & si aliquam infirmita-
tem in aliquo uiderit, fere im-
fanit. Vnde Sene. Regum uobis
animos inditimus: nam illi ob-
liti suæ imbecillitatis, alienæ de-
seruiunt, quasi iniuriam accepe-
runt. Ad pugnandum etiam de-
biles sunt, unde Iere. 46. Ad A-
quilonem iuxta fluuiū Euphra-
ten uicti sunt, & corruerunt. Vn-
de legitur 1. Machab. quod exerci-
tus Alexandri deuictio Dario, spo-
liis ultra modum ditatus, paulo
post cum hostibus iterum congressus
deuictus est. Quod uidēs Alexā-
der, omnia spolia quæ sui acqui-
sierant, iussit comburi, dicens:
Quamdiu sine pecunia fuerit,
non erat qui eis resisteret: sed
auro & argento onusti, desides
& pigri effecti sunt: quibus annis
fortiter sicut prius pugnaue-
runt. Debiles etiā sunt diuites
ad bene operandū. De illis enim
uerum est, quod in Psal. legitur:
Manus habent, & non palpa-
bunt: pedes habent, & non am-
bulabunt: non clamabunt in gurgu-
re suo. Ille qui multum pote-
rat laborare antequam fierete-
piscopus, quum factus est episco-
pus, non potest ire, nec cantare,
nec aliquid bonum facere. Quinto
loco affligunt diuitiæ ama-
tores suos. Vnde Ecclē. 10. La-
bor stultorum affligit eos qui
nesciunt in urbem pergere: ita
est, in paradysum. Affligunt au-

ten

tem eos quasi continue. unde
Ecclē. 2. dicitur de auaro: Cū-
di dies eius pleni sunt labori-
bus & ærumnis, nec per noctem
mente requiescit. Et eiusdem 7.
Saturus diuitis non finit eum
dormire, & Ecclē. 1. dicitur
de auaro quod in tristitia erit super
mensam suā. & Philosophus di-
cit de ipso. Nihil infelicius for-
tunato insipientē. Item Philoso-
phus: Nihil grauius potest im-
precarī cuius inimico quàm
auaritia. Quia in presenti uexā-
te, corpus eius dura tormenta
patitur, & in futuro æterna sup-
plicia promeretur. Hoc signatū
est in eo quod frater Abel legi-
tur fuisse Cain. Abel iustus,
Cain possessio interpretatur.
Abel uerò & Cain fratres sunt:
quia iustus & possessio iusti
sunt. Idē figuratū est in hoc quod
Tyrus legitur fuisse filia Sido-
nis. Tyrus interpretatur angus-
tia, & afflictio: Sidon, uenatio.
Venatio autē cupidorū, angus-
tia & afflictio in eis partu-
rit. Sexto loco faciunt diuitiæ
quandā stultā fiduciā & præsum-
ptionem. Vnde Psal. Ego dixi in
abundantia mea, Non mouebo in
æternū. Et Ecc. 11. Inueni requiē,
& non māducauo de bonis meis
solus: & nescit quod tēpus præ-
tereat, & mors appropinquat, &
relinquet omnia alii, & morie-
tur. Ultimo interficiunt animā
contemplationem. unde Gene-
48. Iacob egrediente Euphratē,
morta est Rachel. Euphrates

interpretatur sterilis, & signifi-
cat diuitiarum abundantiam. Ista
eadem mala quæ diuitiæ faciunt,
facit per consequens ipsa auari-
tia, quæ eas congregat.

¶ De duobus alijs malis quæ facit
auaritia proprio subiecto.

PRAETER ista mala sunt
& alia duo quæ facit auaritia.
¶ Primū est, quod conturbat auarum,
& totam domum eius. Vn-
de Prover. 15. Conturbat domū
suā, qui sectatur auaritiam. Do-
mus ibi potest accipi pro do-
mo conscientie, uel pro dome-
sticis. ¶ Secundum malum est in-
gratitudo. Vnde Sen. Nullū ma-
iū maius habet cupiditas, quàm
quod ingrata est. Idē: Quisquis
de accipiēdo cogitat, oblitus est
accepti. Cū deberet auarus re-
gratiari Deo de bonis quæ iam
accepit, ipse oblitus est accep-
torū, & de acquirēdis cogitat.
De his quibus scriptura comparat
auarum. CAP. VIII.

Octauo faciunt ad detesta-
tionem auaritiæ, ea quibus
scriptura auarum comparat, scri-
licet inferno & morti. unde Ha-
bacuc 2. Dilatauit quasi infernus
animam suam, & quasi mors non
adimplebitur. Vnde in persona
auarorum dicitur Proverbijs.
1. Deglutiamus eum sicut infer-
nus uiuentem, & Hierony. Au-
arus est sicut infernus. Insatiabilis
est enim, & quo amplius rapit
& denorat, eo amplius rapere
sinit quod deuoret. Comparatur
etiā auarus mari. Omnia enim
flum

flumina intrat mare, & mare non redundat: ut legitur Ecclesiast. 1. Sic de diuitiis auarus non redundat. Comparatur etiam cani, unde Sen. Vidi aliquando canem missum a domino, frustra panis aut carnis aperto ore captat: quicquid excipit, protinus integrum deuorat, & semper ad spem uenturi inhiat. Idem accidit nobis: quicquid expectantibus nobis fortuna pronicit, illud sine ulla uoluptate dimittimus, statim ad rapinam alterius recti & attoniti aspiramus. Comparatur etiam auarus talpae, eo quod niger sit per nequitiam, caecus per auaritiam, & habens diuersos tumulos. Tot tumulos habet auarus, quot possessiones amat. Comparatur etiam araneae. Aranea telam facit ut muscas capiat. Muscae quae pungunt, signat diuitias, ad quas capiendas totum studium est auarorum. Vnde Esa. 59. Telas araneae texerunt.

De exemplis quae faciunt ad detestationem auaritia. CAP. IX.

None faciunt ad detestationem auaritia exempla sanctorum & philosophorum, de quibus pauca ponemus. Primum exemplum est Genes. 14. ubi rex Sodomorum dixit ad Abraham: Da mihi animas, cetera tolle tibi. Respondit Abraham: Leuo manum meam ad Deum excelsum, possessorem caeli & terrae, quod a filio subtegnimnis usque ad corrigiam caligae, non accipiam ex omnibus quae tua sunt

&c. Secundum exemplum est eiusdem 33. ubi Iacob nolenti dare munera Esau: respondit Esau, Habeo plurima frater meus sicut tua tibi. Tertium est Exod. 26. ubi artifices tabernaculi dixerunt Moysi: Plus offert populus quam necessarium est. Dixit ergo Moyses praconis uocem: Nec uir, nec mulier quicquam offerat ultra in opere sanctuarium. Quartum est, Num. 22. ubi dicit Balaam: Si dederit mihi Balaam domum suam plenam argenti & auri, non potero mutare uerbum Domini. Quintum est, 1. Regum 22. ubi dicit Samuel: Loquimini de me coram Domino, si de manu cuiusquam munus accepi. Sextum, 2. Regum, in fine, ubi dicit David ad Ornan: Nequaquam fiet ut uis: sed emam pretio a te area tuam. Septimum est in Ioane, ubi dicit Dominus: Venit princeps mundi huius, & in me non habet quicquam, ubi dicit glossa. Noluit habere quod perderet: uenit pauper, ne haberet diabolus quod auferret. Octauum est, 2. ad Cor. 11. Gratias euangelizandi uobis: & quomodo essem apud uos, & egerem, nulli onerosus fui. Item Paulus Act. 20. Argentum, & aurum, & uesti nullius concupiui, sicut ipsi fecistis, quonia ad ea quae opus erant mihi, & his qui mecum erant, ministrauerunt manus istae. & idem: Oportet meminisse uerbi Domini Iesu: quoniam ipse dixit: Beatius est dare, quam accipere.

¶ Aliud

¶ Aliud exemplum est quod ponit Hieronymus de quodam philosopho qui proficiscens ad philosophandum Athenas, magni podium auri secum detulit. In uia autem secum deliberans & considerans se non posse simul diuitias & uirtutes possidere, proiecit se aurum, inquit: O diuitia, abite, sitis procul a nobis. ¶ Aliud exemplum est Diogenis in dolio degentis, qui locupletem ducebat paupertatem. Ad quem Aristippus quidam Anglicus quum mundaret olera sua accedens ait: Tu quum sapiens & philosophus sis, si mihi credidisses, & regibus seruire uoluisses, non olera lauares, sed in aula summi principis maneres mecum. Cui respondens ait: Si mihi credidisses, & paupertate mediocri scires uti, non oporteret te regibus adulando mentiri. Hic quum uidisset quendam bibere cum manu ad fontem, ait: Nesciebam naturam mihi dedisse scyphum: & paruulum uas cum quo bibere solebat, ad lapidem cofregit. ¶ Aliud exemplum est beati Thomae Cantuariensis, qui instituens cancellarium suum, iuramento eum astrinxit ne unquam aliquid usque ad capillum in administratione cancellarii acciperet.

De speciebus Auaritia. PARS II. *Quae habet xv. capitula.*

De peccato usurae, & eius detestatione, ex sacra scriptura.

C A P. I.

Dico de his quae faciunt ad detestationem auaritia in communi, dicendum est de speciebus eius. Inter quas primo dicemus de usura, & hoc ordine. Primo dicemus de his quae faciunt ad detestationem usurae. Secundo, de speciebus eius. Tertio, tagemus aliquid de restitutione usurarum. ¶ Ad detestationem uero huius peccati faciunt testimonia sanctorum scripturarum. Quorum primum est Exod. 22. ubi sic legitur: Si pecuniam mutuum dederis pauperi meo, qui tecum est, non urgebis eum quasi exactor, nec usuris opprimes. Secundum est Leuit. 25. Pecuniam tuam non dabis fratri tuo ad usuram, & frugum superabundantiam non exiges. Tertium est Deuter. 23. ubi sic legitur: Fratri tuo absque usura id quo indiget commodabis, ut benedicat tibi Dominus in omni opere tuo, & in terra quam ingredieris possidendam. Vbi insinuatur quanta sit utilitas mutuantis fratri suo. Benedicit enim Dominus ei in omni opere suo. Quartum est 1. Esdras 5. ubi sic legitur, Usuras a fratribus uestris non exigeris. Aliud testimonium est in Psal. ubi querit Dauid ad Dominum: Domine, quis habitabit in tabernaculo tuo? aut quis requiescet in monte sancto tuo? Et Dominus subiungit, Qui pecuniam suam non dedit ad usuram. Tabernaculum eius est habitatio militantiu: unde significat militantem ecclesiam, in qua non uult

Deus

Deus quiescere usurarios. Vnde ipse legitur mēsas euertisse nūmulariorū, & es effudisse, & eos eiecisse de templo. Io. 2. non tamen recipiebāt manifestas usuras, sed munuscula fructuum accipiebāt ultra sortem. Aliud testimonium est Ezechiel. 18. ubi sic legitur de uiro iusto: Si ad usuram non commodauerit, & amplius non acceperit &c.

¶ *De sex stultitijs usurariorum.*

SECVNDO faciūt ad detestationem usuræ, sex stultitiæ quibus laborat usurarius. ¶ Prima est, cum uehementer desideret fœnerari, non uult tamen cū Deo fœnerari: quod possēt facere sine peccato, & cū magno lucro: sed ibi fœnerator, ubi paruum lucrum est, & magnū peccatum. Vnde Aug. Miser homo, cur fœneraris homini? Fœnerare Deo, & cētuplum accipies, & uitam æternā possidebis. ¶ Secunda stultitia est, quod ipse accipit pecuniam ad usuram, quā non egeat, & super melius pignus quod habet. Melius pignus quā accipit: & quicquid ultra sortem accipit, est ad magnā usuram pœnæ. De qua usura dicitur in Psal. Ex usuris & iniquitate redimet animas eorum, id est, pœna & culpa. Dicitur autē pœna usura: quia pœna excedit culpam, cum peccatū momētaneū æternaliter puniat. ¶ Tertia stultitia est, quod largē expendit super seipsum. Largius etiā quā

expendere super deterius pignus quod habeat, unde similis est animalibus emptis à carnificibus quæ ad occisionem impinguntur: pro quibus quicquid carnis fex expendit, super ipsa expendit. Ad hoc pertinet quod legitur Ierem. 12. Cōgrega eos quasi gregem ad uictimā, & sanctifica eos in die occisionis: id est, separa eos tanquam ea quæ solent immolari. & Eccl. 26. dicitur de tali, Deus parauit eū ad rōphæam. ¶ Quarta stultitia est, quod sciēter mortifera exurit, & quodāmodo fugit. Vnde cōparatur sanguisuga, quæ mēbro umido apposita, prauū sanguinē fugit. Et dum membrum à tumore sanat, sibi ipsi est mortis occasio. Et à quibus sibi potius deberet mīnuere, si iā ea haberet. Ad magnitudinem uerō huius stultitiæ facit, quod non habet inde quādoque nisi maculatas manus, & mortem animæ suæ. Sicut enim dicit Iob 20. Diuitias quas deuorauit euomet, & de uentre illius extrahet eas Deus. ¶ Quinta stultitia est quod omnē uia perdidit obstruit sibi usurarius. Via misericordiæ obstruit, cū à paupere petēte à se mutuū, petēdū quod plus est, & uult sibi ab hmine dari, cui potius debuit dare. Via ueritatis obstruit, quic se amore pauperi facere cōaccomodat pecuniā, quæ incesanter pauperē comedit. ¶ Sexta stultitia est, quod usurarius borat in sine uitæ suæ. De quibus

129

Iere. 16. legitur: Et in nouissimo suo erit insipiens. Hæc est summa stultitia, quæ est in nouissimo uita, quum non possit homo postea de ipsa pœnitere. Attenditur autem ista stultitia in hoc, quod quod deberet usurarius de diuitiis sibi facere medicamēta, inde sibi facit uulnera, potius uult inde uti in mortem filiorū suorum, quā sibi inde mederi. Aliter est etiam insipiens usurarius in nouissimo suo, quia circa uitam futuram quæ nouissima est, insipiens est, de ipsa sibi non prouidens.

¶ *De multiplici iniquitate usurarij.*

TER TIO loco facit ad detestationē usuræ, multiplex iniquitas, siue iniustitia quæ est in usurario. ¶ Prima autē iniquitas est, quod ipse tempus uendit, quod inter omnia transitoria maxime uoluit dominus esse commune omnibus absque personarū acceptione. Quū enim diues plus de alijs rebus habeat, uel meliores eas habeat quā pauper, de solo tempore non potest habere, nisi idē quod pauper. Non potest enim esse nisi unicum tempus simul & semel. Magna igitur iniquitas est, quū usurarius pauper uendit quod cōmune est. Ideo iusto Dei iudicio in tēporis indigentia frequēter punitur usurarius, cū id uēdidit, uel quia uiri impij non dimidiabūt dies suos, uel quia differt conuersionem suam quātum potest. Et sic licet diu uiuat, tamē semper ha-

bet temporis indigentiam, unde de ipso uerum est quod legitur Ecclesia. 29. In tempore redemptionis postulabit tempus. Aliter etiam punitur usurarius pro temporis uēditione. Cum enim uēdidit requiem noctis, & Iticem diei, merito istis carebit. Vnde fatuus est sacerdos qui cātat pro eo, Requiem æternam dona eis domine &c. Quū petit usurario restitui quod uendit, præcipue quum usurarius pretium soluere noluerit. Scriptum est enim Ezechie. 7. Qui uendit, ad id quod uendit non reuertetur. ¶ Secunda iniquitas est, quod uendit pauperi id quod ei debet lege tripliciter est, lege naturæ, lege Mosaica, lege Euāgelica. Lege naturæ diues debet pauperi mutuum quod continetur in illo mandato, Quæcunque uultis ut faciant uobis homines, eadem facite illis. Hæc legem uidentur implere etiam creaturæ inanimatæ, Flumen enim inueniens uacuitatē foueæ, non pertransit, donec eam impleuerit. Lege etiā Mosaica debet diues pauperi mutuū: ut patet ex diuersis testimonijs ueteris legis prius positīs. Lege etiam Euangelica debet hoc idē illi: iuxta illud Luc. 6. Date mutuū, nihil inde sperantes. ¶ Tertia iniquitas est, quod usurarius qui non est nisi cesserarius, uendit pauperi illud quod dominus præcepit ei dari. ¶ Quarta iniquitas est, quod uult illud quod

I i est

est cōtra naturam & rationem. Vult enim quoddā pecunia quam pauperi accommodat ad commodum suum, apud pauperem operetur, & sic cum accommodare sit alicui pecuniam ad eius commodū dare, ipse simul vult commodum pecuniæ pauperi dare, & sibi retinere, quod contra rationem esse videtur. Præterea cum parere in rebus quæ non viuūt, esse non habeat, iste tamen vult nummos suos, qui non viuunt singulis diebus vel mensibus alios nummos parere, quod contra naturam est: & frumentum in arca tam consumptum vult parere sibi aliud frumentū. Vult etiam pecuniā sibi operari dum quiescit. ¶ Quinta iniquitas est, quod vult pauperi locare pecuniam quæ iam pauperis est. Quum enim mutuum dicatur quasi de meo tuū, pecunia illa iam est pauperis: & si amittatur, pauperi amittitur, nec ad eandem soluendā tenetur. ¶ Sexta iniquitas est: quod continū Deū offendit, & continuō diabolo seruit. Alii peccatores interpolatē Deū offendūt. Fornicator enim quandoque per mēsem nō committit peccatū suū plus quā semel: sed usurarius absque treuga vel pace Deum continuē impugnat, & de die & de nocte diabolo seruit: quum Deus uix inueniat qui per diuidium temporis ei seruire uelit. ¶ Septima iniquitas est, quod totius curiæ cœlesti contumeliā facit.

Nōne uidetur contumeliā facere alicui sancto, quod in loco sibi dedicato peccatū mortale committit? Sic ei contumeliā facit qui in die sibi dedicato peccat. Vnde quum usurarius peccatū usuræ omni die committat, manifestū est ipsum contumeliā facere, & Deo, & uniuersis angelis, & sanctis eius, & ideo destitutus est auxilio omnium sanctorū. Vnde cū dicitur, Domine Iesu, miserere huius usurarii: potest respondere, Quomodo miserebor eius qui nec in ipsa die qua per assumptionē humane naturæ me fratrē eius feci, honori meo pepercit, nec etiā in ipsa die qua pro latrocinio suo suspensus sum? Similiter si dicatur sancto Petro, Ora pro usurario isto: potest respondere, Omnes festiuitates meas uiolauit nec in ulla earū honori meo pepercit. Sic potest dicere beata Virgo de quatuor suis festiuitatibus. Sic cū dicitur, Omnes sancti orate pro usurario, possunt respondere, Vna festiuitas in anno nobis consecrata est, & hęc usurarius explorauit, in qua omnibus nobis contumeliā irrogauit, nec honori omnium nostrū pepercit. Idē possunt respondere omnes angeli, si præcepto domini interfectus est. Num. 31. Ille qui ligna in sabbato colligebat, quomodo toleratur usurarius qui omni die etiā in Natali & Pascha facit, quod peius est colligere? ¶ Octaua iniquitas est, quod

quod à fratre suo, scilicet Christiano usurans accipit, quod Iudæus nō faceret. Iudæus enim absque usura Iudæo accommodat. ¶ Nonna iniquitas est, quod quicquid habet usurarius, quodāmodo dentes & fauces habet, quibus homines comedit. Frumentū eius, quod à Deo creatū est ut comedatur, homines comedit. Nummi etiam eius homines comedunt. Vnde uulgariter dicitur, Ego de beo uiginti libras usurario, quæ me comedit. ¶ Decima iniquitas est, quod cum gaudio & risu comedunt & bibunt lacrymas pauperum. ¶ Undecima est, quod ipsi beneficio pauperis ad eius destructionem utuntur, dū de hoc quod dedit eis pauper, ultra sortē suā comedunt, & inde usuras exigūt. ¶ Duodecima iniquitas est, quod cōtra legē domini datam. Gen. 3. In sudore uultus tui uesceris pane tuo. ipse plus carteris comedere & bibere uult, & tamē sine labore. Alii laborauerunt, & ipse intrat in labores eorū. Ad usurarios pertinet quod dicitur in Psal. In labore hominū nō sunt, & cū hominibus nō flagellabūtur. ¶ Tertiadecima est, quod peccato suo finem nō ponit. Fornicator in momento peccatū suū explet: sed usurarius cum accommodat quatuor pro quinque, nō imponit aliquem terminum peccato suo, nec etiā uellet pecuniam suam sibi reddi. ¶ De duodecim alijs que faciunt ad detestationem usura.

P R A E T E R prædicta sunt xij. quæ faciūt ad detestationem usuræ. Primū est, quod usurarius latro est. Vnde dominus in euangelio cū eiceret numularios de templo quod pro munusculis fructuū pecuniam offerentibus accommodabāt, uocauit eos latrones, dicens: Scriptum est, Domus mea domus orationis uocabitur: uos autē fecistis illā speluncā latronū. In hoc etiā deterior est aliis latronibus, quia domesticus est. Nulla enim pestis est efficacior ad nocendū, quā familiaris inimicus, sicut Sapiēs dicit. Et nullæ sunt occultiores insidiæ, quā quæ latēt sub similitudine officii. Multo plures exheredat usurarii & depauperat, quā fures. Fur solum occultē spoliat homines, & de nocte: sed usurarius spoliat homines & occultē & manifestē, & de die & de nocte, tam potentes quā pauperes. ¶ Secundū est, quod ipse est proditor. Cōfert enim pauperi beneficiū mutui, hac intentione ut exheredet eū à uinea bona, uel alia possessiōe si habet. Et hoc facit tā amico quā inimico & etiam fratri. Si habet usurarius fratrē minus discretū, primo tradit ei pecuniam mutuo super possessiōes suas, post exheredet eū. ¶ Tertium est, quod ipse est quasi homicida, quia pauperibus auferit uitam suam. Vnde Ecclesiast. 3. 4. Panis egēium uita pauperum est: qui defraudat illum, homo sanguinis est.

Nec solum homicida est usurarius solum ad pauperes quibus auferit uitam suam, imò quantum ad filios proprios quos interficit spiritualiter. Vnde Ose. 9. Ephraim ducit ad interfectionem filios. ¶ Quartum est, quod id aliquo iuda est deterior. De Iuda enim legitur Mat. 23. quod peccata ductus retulit triginta argenteos. Sed usurarius dum uiuit, non uult restituere. ¶ Quintum est, quod ipse est deterior inferno. Infernus enim in passione domini quae sua non erant restituit: usurarius uero audita Domini passione non uult aliena restituere. ¶ Sextum est quod ualde similis est diabolo, sicut enim officium diaboli est peccare: sic officium usurarii est illud quod est pure peccatum. Ipse facit peccatum negotiationem, sicut meretrices. Aliam negotiationem uel artem non uult usurarius, nisi usuras accipere. In hoc etiam diabolo similis est, quod quantum ad mutuum non dormit, Denarii enim quos mutuo dedit, incessanter operantur: sic diabolus non dormit. Iob. 13. Qui me comedunt, non dormiunt, ¶ Septimum est, quod usurarius similis est hysoni, qui terra pascitur, & de uinea exit cum florere incipit, non ualens eius odorem sustinere: sic usurarius terrenis pascitur & delectatur, & ab ecclesia exit ad odorem uerbi diuini. Si enim praesentis quod sermo debeat ibi fieri, fugit in aliam

ecclesiam audire missam. Cum potius intrare deberet, si extra ecclesiam esset: cum scriptum sit Ecc. 24. de sacra scriptura, Quasi balsamum non mistum, odor meus. ¶ Octauum est, quod usurarius die & nocte in infernum tendit, unde mirum est si citius caeteris non perueniat, cum continuas ambulandi multum faciat ad hoc ut aliquis ad locum ad quem tendit cito perueniat. Vnde uetula una aliquando ita cito uenit ad sanctum Iacobum, sicut unus fortis ambulator, eo quod continuo incedat. ¶ Nonum est hoc, quod usurarius uidetur simul xl. peccata usurae in diuersis locis exercere; quod fornicator non facit, Fornicator enim non committit simul nisi unam fornicationem, & in uno loco solo. ¶ Decimum est, quod usurarius non audeo nomen suum coram hominibus confiteri, cum alii homines qui alicuius sunt officii absque; omniterubescant illud confiteantur. ¶ Undecimum est hoc, quod usura quasi cancer est, & quasi morbus contagiosus. Vnde in Psalm. Scrutetur scenerator omnem substantiam eius. Contagiosum est: quia ualde periculosum est ab usurario aliquid accipere, nisi in quibusdam casibus, Vnde Hieronymus; Caueendum est nobis maxime ne ab his accipiamus munera, quos nouimus uiuere de lacrymis pauperum, ne dicatur nobis, Videbas furem, currebas cum eo. Vnde

Vnde legitur in uita beati Fulseri, quod cum mortuus esset, obiecit ei diabolus, quod ueste à quodam usurario accepisset, & restituit eum dominus uita, ut uita suam corrigere: diabolus tamen sic eum percussit, ut per totam uitam eius uestigium aliquod percussiois in eo appareret. Contagiosum etiam apparet esse morbum istum ex hoc, quod tantum creauerit. Antiquitus enim in tota ciuitate uix inueniebatur unus scenerator, & ille non generabatur nisi data fide, quod non publicaretur. De quo si forte praeterea oriebatur suspicio, dicebatur, Domus eius domus diaboli, & uinea eius uinea diaboli, & sic de caeteris rebus eius, Osculum pacis ei non dabatur in missa. Ignis in uicinis in domo eius non sumebatur. Pueri ad eius occursum expauescebant, & ad alterutrum cum digito demonstrabant. Nunc ferè nostrorum temporum sunt homines tam detestabiles, cubicularii principum, & praetorum ecclesiae, & ab omnibus eis affurgitur.

¶ De multiplici poena qua punit dominus usurarios.

¶ D V O D E C I M V M est multiplex poena qua dominus usurarios punit. ¶ Prima poena est, quod spoliatur à tyrannis, sicut ipsi spoliatur pauperes. Vnde Eisaie 33. Vae qui praedaris: nonne & ipse praedaberis? Vnde accidit eis sicut puero paruo tenenti panem in manu, cui canis capit ma-

num, ut panem habere possit. Sic tyrannus usurarium capit interdum ut eius denarios possit habere. Vnde Iere. 18. Perdix fouit quae non peperit: fecit diuitias, & non in iudicio: in mediocrium suorum derelinquet eas. Dicunt illi qui nouerunt rerum naturas, quod perdix surripit aliena oua, & fouet: sed cum pulli adulti fuerint, relinquunt eam. Sic usurarius congregat ea quae sua non sunt: nec in acquisitione diuitiarum suarum habet respectum ad Dei iudicium, sed etiam saepe in uita sua diuitias suas amittit. Secunda poena est, quod non habet potestatem restituendi usuras suas. Vult enim dominus ut cum re furua comprehendatur, & suspensus datur. Et nota, quod raro accidit, quod usurarius usuras suas restituat: quia uel prodigus est, & tantum expedit, quod restituere non potest: uel auarus est, & ideo restituere non uult: uel licet non sit prodigus uel auarus, tamen sibi potius placet in eleemosynas centum libras expendere quam restituere centum solidos. Vnde comparat usurarius cuidam uasi in quo denarii reponuntur habenti unicum foramen per quod denarii immittuntur, nec per idem possunt retrahi. Oportet enim uas illud cofringi antequam retrahant. Sic est ex usurario. Illi enim de quo habuit non restitueret, sed forsitan pauperibus daret: nec etiam hoc faceret nisi in morte sua: unde Seneca: Auarus nunquam bene

facit nisi cum moritur. ¶ Tertia pœna usurarii est, quod hæreditas ipsius non transit usq; in tertium hæredem. Vnde Ecclesi. 21. Qui ædificat domum suam impendit alienis, quasi qui colligit lapides in hyeme. Aedificiū enim quod sit in hyeme, cito ruit. Sic diuitiæ male acquisite cito dilabuntur. Et eiusdem 41. Filiorum peccatorum peribit hæreditas, & cum semine illorum asiduitas opprobrii. Et hoc est uisum de iustis iudiciis Dei, quod filii usurariorum pauperes sunt & miseri, pro quibus ditandis Deum non timuerunt offendere. Quarta pœna est, quod usurarii & eorum filii in inferno sibi inuicem maledicent. Dicit enim pater filio: Maledictus sis fili, quia propter te sum in istis tormētis: fui enim usurarius, ne tu esses pauper. Cui e contrario dicit filius, Imo tu pater maledictus sis: nisi enim male congregasses mihi diuitias, non male congregatas cõseruassem eas. Ad hoc potest referri quod legitur Eccl. 41. De patre impio querunt filii: quoniam propter illum sunt in opprobrium. ¶ Quinta pœna usurariorum erit pœna damnationis æternæ. Cuius magnitudo insinuat Ezech. 22. ubi sic legitur: Usurā & superabundantiam accepisti, & auarē proximos tuos calumniabaris, meiq; oblita es, dicit dominus Deus: Ecce complosi manus meas super auaritiā quam fecisti. Complosa manu,

& non palma aperta percutiet dominus usurarium. Et merito quia ipse manus complosas habuit, & non apertas ad pauperes: Super illud uerbum dicit gloss. interlin. Habitum irascen- tis assumpsit.

De duabus speciebus usurarum. D I C T O de iis quæ faciunt ad detestationem usuræ, dendum est de speciebus eius. Notandum est ergo, quod duæ sunt species usuræ: Vna est manifesta, alia palliata. Manifesta usura est, si aliquis tradit pecuniā numeratam, uel ponderatā, uel mensuratam, tali pacto ut detur sibi aliquid ultra sortē. ¶ Usura uerò palliata sex habet species. ¶ Prima species accidit circa pignora uel obfides, & hæc quinque modis. ¶ Primus modus est, cum aliquis habet grangiam, & fructus colligit ultra sortē. Secundus modus est, cum pignori- bus utitur. Vnde Amos 2. Super uestimentis pignoratis accubuerunt. Tertius modus fit cum aliquis equos habet in pignore, & facit eos comedere plusquam possibile sit. Quartus modus fit cum usurarius habet obfides, & eorum expensis uiuit. Quintus modus fit cum non uult obfidibus dare dilationē, nisi prius aliquid sibi detur. Magna autē crudelitas usurari est, cui non sufficit quod per se & per sua pauperē hominē comedat, nisi alienos equos & alienos homines in auxilium suum assumat. Vnde bene potest

potest dominus dicere de usurariis uerbum illud: Deorant plebem meā sicut escam panis. Secunda species usuræ palliatæ est circa uenditiones & emptiones. Fit autē species ista tribus modis. Primus est, quando usurarius emit aliquā possessionē longē minori pretio quam ualeat, tali conditione, quod uenditor eā rehabe- re possit, quando pretiū soluere uoluerit. Secundus modus est, cum aliquid uendit ad terminū amplius quam ualeat, uel usq; ad terminum illud ualere debeat. Tertius modus est, quando ante terminū emit aliquid minori pretio quam ualeat, sicut bladū in terra. Tertia species usuræ est, cum usurarius aliquid ultra sortem accipit sine pacto expresso, ipsa consuetudine sic tacite faciente pactū: sicut inter fatuas mulieres & peccantes cum eis ipsa consuetudo pactum facit ipsis tacentibus. Et in isto casu palliant usurarii malitiam usuræ, bonitatis nomine. Tales enim usuras bonitates uocant. Vnde satis possunt timere ne incurrant illam maledictionem. Esaię 5. Væ qui dicitis malum bonum, & bonum malum. ¶ Quarta species est, cum quis palliat usurā societate: sicut cum aliquis tradit pecuniam suam alicui negotiatori, tali conditione quod sit socius eius in lucro, & non in dano: quod est ualde magna iniquitas, cum pauper cui traditur pecunia, laborem habeat & periculum tam animæ quam cor-

poris, & super eum adhuc ponatur pecuniæ periculum: uult enim usurarius, quod pecunia sua sit quo ad lucrum, & pauperis, quo ad periculum. Similiter hæc species usuræ est, cum aliquis animalia sua tradit pauperi, tali conditione, quod sibi sint immortalia, quæ animalia uulgariter uocatur serrea. Incantator est usurarius, qui uult quod animalia quæ pauperi sunt mortua, sibi sint uiua. Quinta species est, cum quis nomine pœnæ palliat usuram, sicut faciunt Romani: quod licet aliquando iuste possit fieri, quia iustum est, negligentiam alicuius puniri: tamē quantum ad multos, usura est: quia non intendit in pœnis talibus ut sibi soluatur citius, sed ut soluat amplius. Sexta species est ubi palliatur usura translatione facta de re ad re, à persona in personam. A re ad rem fit translatio, cum diues non uult ultra sortem pecuniā accipere à paupere: sed bene accipit ut operetur in uinea sua duobus diebus uel aliquid simile. A persona uerò ad personam, ut cum usurarius non uult commodare, sed habet aliquem amicum quem facit accommodare.

¶ De restitutionibus usurarum, maxime de VII. in quibus reprehensibiles sunt usurarij circa restitutiones faciendas.

D I C T O de speciebus usuræ, tangendum est aliquid ad restitutionem usurarum. Et primo

dicemus de his in quibus reprehensibiles sunt usurarii circa restitutionem. Secundo, dicemus de his per que sunt ad restitutionem in ducendi. Octavo uero sunt in quibus reprehensibiles sunt usurarii circa restitutionem. ¶ Primo in hoc, quod nolunt restituere, sed de alieno uolunt elemosynarii esse. ¶ Secundo in hoc, quod si aliquando habent uoluntate restituendi, tamen differunt quantum possunt & auctoritate sua sibi dilationem dant, & accipiunt: absque mora uolunt sibi restitui grauiam a qua spoliati sunt, & tamen in presentem restituere nolunt pauperi illud, unde eum spoliauerunt. Prius uolunt restitui quam restituere, cum tamen prius spoliauerunt. ¶ Tertio reprehensibiles sunt in hoc, quod non plene restitunt. Quod tribus modis accidit. Primus modus est, cum nolunt restituere nisi usuras quas in propria persona acceperunt, cum teneantur etiam ad usuras patris restituedas secundum portionem hereditatis quam habet. Secundus modus est, cum clamores exteriores pacificant. De clamore autem conscientie proprie qui proximior est & qui sequitur eos usque ad eternum iudicem, non curant. Si enim aliquis est de cuius iniuria remordeat eos conscientia, ex quo ipse non conuincitur, non curant satisfacere ei. Tertius modus est, cum his qui conuincuntur quandoque non soluit etiam quartam partem. Satis dissimilis est

restitutio nostri temporis restitutioni illius Zachari, de qua Lucę 19. Si aliquem defraudauit, reddo quadruplum. Ideo meruit Zacharus tam cito audire, Hodie salus huic domui facta est. ¶ Quarto, reprehensibiles sunt usurarii, quod non humiliter restitunt, imo dicit illis qui aliquid petunt sibi restitui, Si ego non fuissetem, uos & familia uestra fame perissetis. Si Deo placuerit, ego conualesca. Et proponit, quod si Deo placuerit ut conualescant, ipsi facient pauperi que Deo non placeant. ¶ Quinto reprehensibiles sunt in hoc, quod cum difficultate restitunt ea que libenter deberent restituere: quia plus sibi a Deo restituitur quam ipsi restituant. Grati etiam deberent esse conuincendis, tamquam illis qui sunt adiutores proprie salutis, conuincendos, quod si isti modo taceant, demones postea non tacebunt. ¶ Sexto reprehensibiles sunt in hoc, quod quando infirmantur, proponunt se restituere, si contingat eos mori. Si autem contingat eos euadere, non habent propositum restituendi. Talem pacem uolunt cum Deo facere, quod si moriantur, non infestabit eum. Sed sciant indubitater, quod Deus non facit pacem cum eis, siue moriantur, siue uiuant. ¶ Septimo reprehensibiles sunt in hoc, quod aliquam certam summam preterunt, unde usuras eorum restituantur: quod non sufficit, nisi precipiant, quod de aliis bonis eorum restitutio perficiatur, si summa illa non suffecerit. ¶ Octavo reprehensibiles sunt in hoc, quod filios suos constituunt restitutores: quia uerisimile est, cum usurarius in uita sua plus amauerit diuitias quam propria animam, quod filius suus debeat eas plus amare quam alienam animam, & quod nolit maledictionem illam mundanam habere. Maledictus qui partem suam deteriore facit.

¶ De octo que ualent ad inducendum usurarium ut restituat.

S E Q U I T U R de his que ad hoc ualere possunt ut usurarius libentius restituat, si frequenter ea meditet. ¶ Octo sunt que ad hoc ualent. ¶ Primo ualeat ad hoc, si sepe cogitet ad ea que sibi restituentur, si ipse restituat. Sex enim sunt que sibi restituentur, quorum quodlibet plus incomparabiliter ualeat quam ea que ipse restituit. Primo restituetur ei Deus. Unde patet, quod non debet credere diabolo, si ei dixerit, Tu pauper eris, si restitues: quomodo enim est pauper qui Deum habet? Unde Aug. Aurum habens in arca diues est, Deum habens in conscientia diues non est. Coniunge aurum & Deum, arcam & conscientiam. Coniungere ibi sumitur pro comparare. Item Aug. Satis diues est Christiana religio, que in omnium possessore omnia possidet. Quis diceret aliquem pauperem, qui totum mundum haberet? Quomodo ergo pauper est qui Deum habet? cuius Deus, secundum

dum iudicium usurarii, plus ualeat quam mundus? Secundum quod usurario restituitur, est regnum eternum. Quomodo depauperatur cui in tali regno acquiritur? Tertio restituitur usurario omnes spirituales fratres quos amiserat per peccatum. Unde Ecc. 13. Que comunicatio sancti ad canem? Velut canis est usurarius dum est in peccato, non habens aliquam fraternitatem cum aliquo amico Dei. Sed cum usuras restituit, omnes amici Dei eius fratres sunt. Quis fratrem suum amisit, xii. denariis non redimat? Si autem usurarius restituat, si frequenter ea recuperat, restituat xii. denarios, sufficienter erit restitutum. Quarto restituitur ei societas ecclesie, ex qua parte habet in omnibus bonis ecclesie, unde Psal. Particeps ego sum omnium timentium te &c. Quinto restituitur ei bona que per peccatum amisit. Si peregrinationem fecit, uel aliud bonum, ipse amisit illud per peccatum usuras conuenienter commissum, quod sibi restituitur cum usuras restituit. Sexto restituitur ipsemet sibi. Satis tantum deberet restituere quantum redimeret se, si captus esset ab his qui haberent capitales inimicitias cum eo, cum in peioribus sit manibus, quia in manibus demum. ¶ Secundo potest ualere ad hoc ut usurarius facilius restituat, si cogitet pauperem infernale sibi erectum a quo alio modo uere non potest nisi per restitu-

tionem. Non enim dimittitur peccatum, nisi restituatur ablatum. Quis latro nidens sibi patibulum erectū non libenter restituat quicquid potest, si per hoc euadere credat? Vnde Augusti. Quis non ut uiueret, continuo perdere uoluit unde uiueret, et gens potius uitā mendicantem, quam celere mortē? ¶ Tertio ualet ad idem si cogitet, quod iustitia Dei gladium tenet euaginatum super caput eius ut secet eum medium: licet ad tempus misericordia Dei gladium teneat. Quis autem potius non eligat quicquid tenet deponere, quam gladio perire? ¶ Quarto ualet ad hoc, si cogitet se similem esse illi super quem cecidit domus uel magna massa terre. Quis in tali statu si non possit molam per se remouere desuper se, non roget amicos suos ut se inuent? Pecunia per usuram acquisita, quasi mola terre est, usurariū impediens ne ad uitā gloriæ possit resurgere, unde deberet rogare omnes amicos suos ut se inuito uel nesciente pecuniam illā restituerēt. Quinto ualet ad idē si cogitet se similem esse illi qui molam asinariā habet ligatam ad collum trahentem eū in profundum. Pecunia male acquisita est quasi mola asinaria fune amoris quasi collo eius ligata trahens eū in profundum inferni. unde cum lacrymis rogare deberet, si amicum haberet, quod auferret sibi pecuniā illam, & re-

stitueret. ¶ Sexto ualet ad idem si cogitet, quod ipse relictus est similiter pecuniam etiam si non restituat, & secum eat, unde Eccle. 10. Qui enim morietur hominē, hereditabit bestias, serpentes & aermes. Ista tria diuidunt sibi bona usurarii in morte eius. Serpentes, id est, demones habent animam. Bestia, id est, dominus, uel amici usurarii qui bene possunt dici a uastando, habent pecuniam: uermes uero habent corpus, & quilibet horum non daret partē suam pro duabus aliis partibus. ¶ Septimo ualet ad idē, si cogitet usurariū quod pecuniā suā filiis suis relictā sit eis occasio mortis eterne. Quis enim potius non eligat pecuniam aliqua comparare sibi uitā aeternam, quam hereditibus suis mortem aeternam? ¶ Octauo ualet ad idē, si usurariū cogitet in compassionem & duritiā quae post mortem suam futura est in eius filiis erga eū. Vix enim semel in anno memores erunt ipsius ut eius anniuersariū faciant. In semetipso autem potest respicere quam parū boni pro suis fecerit, & sic sibi fieri non dubitet uel multo minus, quia abundantē iniquitate refrigescet caritas multorum, ut ait dominus. De peccato rapinae, ubi primo ponuntur sex quae deberēt homines cohibere a rapina. CAP. II.

Post peccatum usurae dicitur. Sex uero sunt quae deberēt homines

mines cohibere a peccato isto.

¶ Primum est, magnitudo ipsius. Secundum est, macula huius peccati. Tertium est, rusticitas uel uilitas quae in peccato isto est. Quartum est, magnū damnum spirituale, quod raptor incurrit. Quintum est, parua utilitas quae inde sequitur. Sextum est, poena raptorum quae in sacra scriptura inuenitur.

¶ De XII. quae ostendunt magnitudinem huius peccati, scilicet rapina.

DE VODECIM uero sunt, quae ualere possunt ad ostendam magnitudinem huius peccati. ¶ Primum est, quod peccatum istud ipsum fundamentum iustitiae uel bonitatis destruit in homine. Quod sit istud fundamentū, ostendit Sapiens, dicens: Primum fundamentū iustitiae est, ne cui noceatur, deinde ut communi utilitati seruiatur. ¶ Secundum est hoc, quod Exo. 20. uidetur lex amplius prohibere istud peccatum, quam alia peccata. Postquam enim prohibuit actū rapinae cum actu homicidii & ceteris malis actibus, iterum prohibet uoluntatem rapiendi, dicens: Non concupisces domum & c. ¶ Tertium est hoc, quod adeo odiosa rapina Deo. Vnde Esaię 41. Ego dominus amans iudicium, & odio habens rapinam. Etia in holocaustum, quod erat dignior species sacrificii, habebat dominus odio rapinam.

¶ Quarto etiam est exosa rapi-

na sanctis hominibus, adeo ut ipsum mundum eis exosum reddat. Vnde Ecclesiastes 4. Verime ad alia quae sub sole geruntur, & uidi calūnias pauperum, & lacrymas innocentū, & consolatorem neminem: nec posse resistere eorum uolentiae, cunctorū auxilio destitutos. Et laudauit magis mortuos, quam uiuentes, & feliciorē utroque iudicauit qui necdū natus est, nec uidit mala quae sub sole fiūt. Ad idem pertinet quod legitur Habacuc 1. Usquequo domine clamabo, & non exaudies uociferabor ad te, nimis paties, & non saluabis? Et subiungit: Quare respicis contemptores, & taces, conculcante impio iustiorē se? ¶ Quintum est, quod rapina inter Christianos non solum rapina est, imo proditio, & quia omnes Christiani fratres sunt. Depradari enim fratrem suū innocentem non potest aliquis sine crimine proditionis. Et etiā propter hoc, quia qui depradatur subditū alicui, depradatur ipsum dominū. Vnde qui fidelem depradatur, Deū depradatur dominū suum. Vnde proditor est, cum dominum suum depradatur absque eius culpa. ¶ Sextum est hoc, quod adeo raptor homicida est. Vnde Ecclesi. 34. Qui auferit in sudore panem, quasi qui occidit proximum suum. Quū raptor uitam suā pauperi auferat, quasi quodammodo mortē ei infert. Auferre enim uitā, & inferre mor-

tem conuertibilia sunt. ¶ Septimū est hoc, q̄ raptores peiores sunt furibus. Vniuersaliter enim peius est peccare aperte, quā peccare occulte. Sicut adulterari aperte peius est quā occulte, ut faciūt raptores, quā occulte, ut faciūt fures. ¶ Octauum est hoc, q̄ peiores sunt raptores q̄ usurarii. Cuius signum est hoc, q̄ paupes homines ut euadāt raptorū manus, ponāt se in manus usurariorū, qui tamen ualde mali sunt: ut ostensum est supra. ¶ Nonum est hoc, q̄ peccatū rapinē multū afsimilat hominē diabolo. Diabolus enim fuit raptor ptimus. Voluit enim altitudinem Dei rapere. Vnde Propheta in p̄sona eius, Ero similis Altissimo. Et adhuc incessanter laborat, ut bona nostra rapiat. Nec solū afsimilat diabolo in rapiēdo bona hominū, imō etiā torquēdo homines, ut bona eorum extorqueat ab eis.

¶ *Quōd raptores peiores sunt diabolo.*

DECIMUM est, quōd raptores in tribus peiores sunt diabolo. ¶ Primo in hoc, quōd diabolus eos deprādatur, & torquet q̄ mala agunt, sed raptores deprādātur & torquet qui à malo recedūt. Vnde Esaia 59. Qui recessit à malo prādx patuit. Et Prouerbiorum uigesimo nono: Viri sanguinum oderūt simplicem. Diabolus poterit se iustificare comparatiōe raptorum in

die iudicii. Poterit enim dicere: Ego solus illos in inferno affixi qui te offenderūt. sed raptores isti illos deprādati sunt, & affixerunt qui non meruerunt. ¶ Secundo sunt peiores in hoc, q̄ diabolus deserit angelo Dei homini ad custodiam deputato, ut corporalem uolētiam ei nō inferat, quod raptores non faciunt. ¶ Tertio sunt peiores in hoc, quōd diabolus torquet homines in inferno: qui locus tormentorum uocatur. Lucae decimo quinto, sed raptores homines torquet in mūdo, ubi homines deberēt habere libertatē faciēdi de se, & de suis secundum uolūtātē suā. Vnde recte possumus intelligere raptores uocatos angelos diaboli. Matth. 27, ubi sic legitur: Ite maledicti &c, qui paratus est diabolo & angelis eius. Misi uidentur à diabolo & raptores ad faciēdum talia opera in mūdo, qualia facit diabolus in inferno. ¶ Vnde decimum est, quōd Spiritus sanctus in sacra scriptura dicit raptores talia facere de pauperibus, qualia nulli persecutores ecclesie leguntur fecisse de fidelibus. Dicit enim eos excoriare homines pauperes, & auerere & cōmolere, & pascere, & comedere, & deuorare. De primo legitur Michee 3. Odio habetis bonū, & diligitis malū, qui uiolenter tollitis pelles eorum desuper eos, & carnes eorū desuper ossibus eorum. De secundo

do & tertio legitur Esa. 3. Rapina pauperis in domo uestra. Quare atteritis populū meū, & facies pauperum cōmolitis? De quarto, Ecclesia. 13. Venatio leonis onager in eremo: sic paulesa diuinitus sunt pauperes. De quinto, legitur Prouerb. 30. Generatio quæ pro dentibus gladium habet, & commandit molaribus suis, ut comedat inopes de terra & pauperes ex hominibus. De sexto legitur Ezech. 19. Factus est leo, & didicit capere prēdā, & homines deuorare. Et eiusdē 22. Sicut leo rugies capiēsq̄ prēdā, animā deuorauit in opis. ¶ Quod autē prædicta testimonia scripturæ de raptoribus uera sint, cōstat, quū à sancto Spiritu dicta sunt. Sed qualiter intelligenda sint, non est adeo manifestum. Possumus tamē intelligere raptores talia facere pauperibus, cū ea faciūt rebus eorū, quæ ad sustentationē uitæ eis sunt necessariae. unde qui excoriat unū bouē quē habet pauper homo, reputatio- ne ipsius pauperis excoriat eū. penē enim idē est pauperi acsi excoriet eum. Vnde David 2. Reg. 2. Quum Nathan proposuit ei parabolam de diuite, qui abstulerat pauperi homini ouē unam, dixit eum dignum morte. Secūdum hunc modum etiā molit pauperem, qui frumentū eius ei necessariū molit. ¶ Ali- ter etiā possumus dicere, quōd raptor pauperem excoriat: quia

aufert ei temporalia quæ defensum intolerabilem pellunt ab eo, sicut & pellis propriæ carnis. Nec sine illis potest uiuere, sicut nec sine propria pelle: unde & pelles uocantur, temporalia. Iob. 2. Pelle pro pelle, & cuncta quæ habet homo dabit pro anima sua. Pelle inquam temporalium, pro pelle propriæ carnis. Pelle etiam dicitur raptor auferre pauperi: quia auferet ea quæ adhærent per amorem cordi, sicut pellis adhæret corpori: imō amplius uidentur adhæreere cordi, quā ipsa anima corpori. Quū enim pauperes ad mortem infirmantur, potius permittunt animam à corpore recedere quā à se separarent, dando medicis nel aliter expēdēdo illud modicū quod habent. Ex hac uerō adhæsiōne patere potest qualis sit dolor in eorum separatiōe. Carnem etiā & sanguinem auferūt raptores pauperibus, cū auferunt ea quæ acquisierunt labore & sudore, & proprii corporis cōsumptione, & quæ etiā proprio corpori subtraxerunt, ubi in carnem & sanguinem cōuersa essent. Imō etiam plus uidetur raptor facere pauperi, quā si eū excorieret. Ille enim qui eū excorieret, non auferret ei nisi quod haberet pellem suam: sed raptor auferet ei etiam illud quod nō habet, quia auferet illud quod usurariorum est, qui accommodauerunt. Aufert etiam illi raptor quod

quod iam comedit & bibit. Ex-
pendit enim pauper & annonā
& uinum antequam colligat il-
la. Possūmus etiam intelligere
raptores commolerē pauperes:
quia inter spem euasīōis, & me-
rum deprædationis, quasi inter
duas molas eos asiligūt. Nota-
biliter autē dicitur, faciēs pau-
perum commolitis. Præ pauper-
tate enim faciunt faciēs eorum
ad tām maciē deuenire, quōd
uidētur genæ eorum compressæ
fuisse inter duas molas.

¶ *Quæ debeant hominem cohi-
bere à peccato rapinae.*

DVODECIMVM faciēs
ad magnitudinem huius pecca-
ti est hoc, q̄ ipsi peiores sunt be-
stia quacūq; . Vnus enim raptor
totam unam patriā deuorat: lu-
pus uerō interdum per annum
unum nō deuorat hominē unū.
Vnde sacra scriptura raptores
cōparat diuersis generibus be-
stiarum. Quandoque lupo. Vn-
de Sophoniæ 3. Iudices eius lu-
pi, uespere non relinquebāt in
mane. Quādoque uerō compa-
rat eos leoni, uel urso. ¶ Vnde
Proverb. 8. Leo rugiens & ursus
esuriens, p̄nceps impius super
populum pauperem. ¶ Secūdo,
deberet cohibere homines à
peccato rapinæ hoc, quōd ma-
cula huius peccati ita adhæret.
Vix enim aliquis restituit per-
fectē ea quæ rapuit. Videmus
eos qui habent nouas uestes q̄
diligētissimē cauēt eis ab oleo,
& ab aliis quorum maculæ re-

moueri non possunt, dicente.
Perdita esset uestis, si caderet su-
per eam aliquid tale: quāto mi-
uentis magis qui nōdum rapuit,
deberet sibi cauere à rapina, &
dicere intra se, Perditus sum, si
incepero rapere: Nunquā enim
de cætero restitūam. ¶ Tertio,
deberet raptores cohibere hoc,
quōd magna ignobilitas & ru-
finitas est in rapiendo. Dare
enim nobile est. Vnde in To-
bia uerificator, Est dare lætitiæ
uox uerbū nobile, uerbū Melli-
fluū, dantis gloria dantis ho-
nor. Et ualde àsimilat hominē
Deo. Deus ex liberalitate sua se-
cit quicquid fecit. Et ad dādum,
alia fecit ut haberet quæ daret,
alia uerō ut haberet quibus da-
ret. Si autē dare hominē nobile
reddit, auferre reddit est ruffici
& uilem. ¶ Quarto, deberet ra-
ptores cohibere magnū damnum
spirituale quod incurrunt, quā-
do aliquid terrenū rapiunt. Vn-
de Augustinus: Lucrum in arca,
damnum in conscientia, tollitque-
stem & perdit fidē, acquirit pec-
uniam & perdit iusticiam. Rap-
tor lucrū habet in arca, quāsi
luero relicturus est: sed damnum
habet in conscientia quam cum
damno delaturus est. Fidē per-
dit quam debet Deo, & frat-
ri suo Christiano: unde proditor
est. Iusticiam etiam perdit: unde
nō habebit eam in auxilium in
die iudicii, sed potius erit eon-
tra eum. ¶ Quinto, deberet co-
hibere raptores hoc, quōd pa-

uam utilitatem habent de rapi-
na sua. Quo ad corpus enim, eis
parū ualet, quia citō transt. un-
de Ecclesiā. 40. Substantiæ im-
piorum quous fluius siccabun-
tur. Et sumitur ibi fluius pro
torrente, qui à pluuiis cōgrega-
tur. Quo ad animam uerō, nul-
lam habent utilitatem, quia nō
possunt inde facere eleemofy-
nam uel oblationem. Vnde Ec-
clesiastici tricesimo quarto: Qui
offert sacrificia ex substantia pau-
perū, quasi qui uictimat filiū in
conspētu patris. Cum substan-
tia pauperū uita sit eorū, qui eā
offert Domino, quasi uitā uel
sanguinem pauperum qui sunt
filii Dei, ei offert. Vnde substan-
tia pauperis uocatur sanguis.
Ieremiæ secūdo, In alis tuis in-
uētus est sanguis animarū pau-
perum. Alæ uocātur extremita-
tes pretiosorum palliorum: in
quibus alis sanguis inuenitur,
quum de rapinis pauperū sunt.
Cum his alis non de facili uolat
quis in cælum.

¶ *Quōd Dominus multum puni-
turus est raptores.*

S E X T O deberet cohibere
homines à rapina, magna puni-
tio, quā sumpturus est Deus de
raptorib; . ¶ Quatuor uerō sunt
per quæ potest ostēdi quōd Do-
minus multum puniturus est ra-
ptores. ¶ Primum est hoc, quōd
ipse ita distictē iudicat eos qui
propria non largiuntur paupe-
ribus. Si enim damnat eos qui
pauperibus sua nō tradūt, quid

faciet de his qui sua eis aufe-
runt? Vnde dicit glo. super Luc.
16. Non reprehenditur diues q̄
aliena rapuerit, sed quōd sua nō
erogauerit. quid ergo erit ei,
qui aliena rapit? Ad idem ualet
quod legitur Matth. 25. Tūc di-
cet rex his qui à sinistris eius
erunt: Discedite à me maledicti
in ignem æternum qui paratus
est diabolo & angelis eius. Esu-
riui enim, & non dedistis mihi
manducare &c. Raptoribus uerō
dicere poterit: Esuriui, & ab-
stulistis mihi quod debebā mā-
ducare. Ori meo subtraxistis
quod canibus & auibus uestris
dedistis. Raptores enim ori Dei
subtrahūt à pauperibus quod in
ore porcorum, ad est uoluptuo-
forum hominum, uel in ore ca-
nium, scilicet detractorum, po-
nunt. Ad literam, etiam aues &
canes pascūtur de rapinis pau-
perum, & etiam auferunt de ore
Dei, quæ ponunt in ore diabō-
li. Os Dei est os pauperis. Os
uerō diaboli est os impij. Cum
enim impius seruus sit diaboli,
os, & cætera quæ habet, diaboli
sunt. Qui ergo subtrahit paupe-
ri quod dat peccatori, ori Dei
subtrahit, quod ponit in ore
diaboli. Raptoribus etiam po-
terit Dominus dicere: Sitiui, &
abstulistis mihi quod debui bi-
bere: imō quod plus est, sangui-
nē meū in pauperibus bibistis,
quod enim uni ex minimis meis
fecistis, mihi fecistis. Poterit etiā
Dominus eis dicere: Hospes
cram,

eram, & nō collegistis me. imō quōd plus est, domum in quam colligi debebam, combulsistis. Et iterum: Nudus fui, & non me cooperuistis. Imō quod plus est, in pauperibus me excoriastis: & unde cooperiri debui, mihi subtraxistis. Vxores militum uestribus caudatis terram operiūt, pro quibus uiri earum Deum in pauperibus nudauerunt: & quādoque trahunt in cauda sua totam substantiam unius pauperis hominis. Et iterū: Infirmus fui, & non me uisitastis, sed super dolorem uulnerum meorū addidistis, & quasi uulnere super uulnus me concidistis. In carcere fui, ibi me cruciastis, & quasi iterum me crucifixistis. ¶ Secūdo potest pēpendi, quōd Dominus grauitē puniturus sit raptōres per imprecatiōes & maledictiones quas faciunt eis uidue & pupilli, quos ipsi spoliāt. Dicit enim scriptura, quōd tales imprecatiōes à Domino exaudiuntur. Vnde Ecclesiasti. tricēsimō quinto: Nōn despiciet Dominus preces pupilli, nec uiduā si effundat loquelam gemitus; Nōne lacrymæ uiduæ ad maxillam descendunt, & exclamatio eius super deducentem eas? id est, super eum qui facit eā lacrymari. Et subiūgitur: A maxilla eius ascendunt usque ad cælum, & Dominus exauditor nō delectabitur in illis. Minus dicit, & plus significat, dum dicit, Nō delectabitur: quasi diceret,

grauissimē irascetur in eis. Videntur lacrymæ uiduæ tantum ad maxillam descendere: sed in ueritate ascendunt ad cælū usque ad conspectum Dei, quātum ad uirtutem. Ad idem ualeat parabola quam Dominus ponit Lucæ 18. de iudice iniquo, qui Deū non timebat, nec hominem reuerēbatur, qui nolebat per multum tempus uindicare uiduam quādam de aduersario eius, sed potius dixit intra se: Esti Deum non timeo, nec hominem reuerēor: tamē quia molesta est mihi hæc uidua, uindico illam. Et subiūgit Dominus: Videte quid iudex iniquitatis dicat, Deus autem non faciet uindictam electorum suorum clamantium ad se die ac nocte, & patientiam habebit in illis. Multum timenda est raptoribus de propria salute: preces enim eorum propter rapinas eorum non exaudiuntur. Vnde Esaiæ 1. Quum multiplicaueritis orationē, non exaudiam uos. Manus enim uestræ sanguine plenæ sunt. Orationes etiam bonorum pro eis factæ, sæpe non exaudiuntur: quia aduersantur eis lacrymæ pupillorum & uiduarū, quæ lacrymæ uolentæ sunt in precibus. Sicut dicit Augustinus super illud, Auribus percipe lacrymas meas. Feruentiores & lacrymosiores sunt & frequentiores preces pauperum contra raptōres, quā sunt preces bonorum pro eis factæ. Vnde

Vnde multum timendum est raptoribus ne exaudiatur. Non de facili obtinet quis in aliqua curia iusta, quum habet ibi multos aduersarios, & fortes qui iustam causam habent. Ad contrarietatem istarū precum uidetur pertinere quod legitur Ecclesi. 3 4. Unus orans, & alius maledicens, cuius uocē exaudiet Dominus? Imō unus orās, & multi maledicentes: unde timendū est, ne uocē maledicentiū dominus exaudiat. Vnde remedium est raptoribus, ut à rapinis cessent, & oppressis subueniāt prout iuste poterunt, & tunc dominum propitiū habebunt. Vnde Esa. 1. Subuenite oppresso, iudicate pupillo, defendite uiduam, & uenite, & arguite me, dicit dominus. Si fuerint peccata uestra, ut coccinum, quasi nix dealbabuntur. ¶ Tertio potest ostendi, quod grauitē puniturus sit Deus raptōres per amorē quem habet cælestis iudex ad pauperes qui spoliantur. Amor uerō cælestis iudicis ad pauperes tantus est, quod sibi fieri reputat quod eis fit. Vnde Matth. 25. Quod uni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Propter hoc etiā uenit in carnē. Vnde Psal. Propter miseriam inopū & gemitū pauperū, nūc exurgā, dicit Dominus. Et Esa. 51. Euangetizare pauperibus misit me. In primo etiam uerbo nouæ legis regnum suum eis communicauit, dicens: Beati pauperes spiritus, &c. Vnde uerisimile est, quōd

districte iudicet oppressores eorum. Ideō dicitur in Psal. Iudicabit pauperes populi, & saluos faciet filios pauperum, & humiliabit calumniatorē. & Prouerb. 23. Ne attingas paruulorū terminos, & agrum pupillorum ne introeas. Propinquus enim illorum fortis est, ipse iudicabit contra te causam illorū. Et Prouerb. 22. Non facies uiolentiam pauperi, quia pauper est: nec contēdes egenum in porta, quia Dominus iudicabit causam eius, & configet eos qui cōsixerunt animā eius. ¶ Quarto potest ostendi magna pœna raptorum, per hoc quod pauperes quos ipsi spoliauerunt, iudices eorum erunt. Vnde Iob 35. Pauperibus iudiciū tribuit. Tunc stabit iusti in magna cōstantia aduersus eos, qui se angustiauerunt, & qui abstulerunt labores eorum: ut legitur Sapient. 7.

¶ Quod raptōres etiam in mundo isto multipliciter puniuntur à Deo.

PRIMA uerō pœna raptorum in mūdo isto, paupertas est. Vnde Prouerb. 11. Alii diuidunt propria, & ditiores fiunt: alii rapiūt nō sua, & semper in egestate sunt. Possunt enim assignari quinque cause huius paupertatis. ¶ Primā est hæc, quōd raptōres relicto Deo & cōtempso, qui est fons, & abundantia omnium bonorum, de indigetis pauperum repleri uolunt. Vnde dominus per Prophetam: Dereliquē-

K k runt

runt me fontē aquæ uiuæ. Ad eō milites deberent sperare ea quæ sibi necessaria sunt, & ei seruire, non laboribus pauperum inhiare. De paupertate enim non colligitur abundantia. ¶ Secunda causa paupertatis est hæc, quia sicut raptores auferunt aliis, ita & alii auferent eis. Vnde Esa. 33. Væ qui prædatis, nonne & ipse prædaberis? Et Habacuc. 2. Quia tu spoliasti gentes multas, spoliabunt te omnes qui relictī fuerunt de populis. ¶ Tertia causa est hæc, quod oportet eos multas expētas facere. Abyssus enim rapinarum abyssum inuocat expensarum. ¶ Quarta causa est hæc, quod dominus non dat libenter eis qui sibi auferunt in pauperibus. Vnde plus amittunt quod Dei liberalitas eis datura erat, quam sit illud, quod pauperibus auferunt. Et facilius ad diuitias peruenirent Dei liberalitatem seruiendo, quam contra Dei uoluntatem Dei bona rapiendo. Mira infātia uolunt raptores bona eius qui liberalissimus est, per uolentiam habere. Cum auaris hominibus hoc solebat fieri, & non illis qui sua libenter largiuntur. ¶ Quinta causa est hæc, quod creaturæ in locis sibi à Deo deputatis conseruantur & quiescunt. In locis uero ubi uiolenter ponuntur, non quiescunt, ut ponderosa quæ in infimis locis quiescunt, leuia in supremis. Si autē in aliis locis uiolenter ponuntur, ad sua loca reuertuntur.

Sic est de diuitiis. Vnde quidam Non habet euentus sordida præda bonos. ¶ Secunda raptorum pœna, est sterilitas: quum enim raptores contra Deum acquire. re uelint quæ possideant, dominus negat eis, uel successoribus eorū qui possideant. Non enim dat eis hæredes. Vnde Eccl. 40. Nepotes impiorum non multiplicabunt ramos. & Sapien. 4. Adulterinæ plantationes nō dābūt radices altas, nec stabile fundamentum collocabunt. ¶ Tertia pœna raptorum est acceleratio mortis eorum. Vnde David. Viri sanguinum & dolosi nō dimidiabunt dies suos, &c. Et Pro. uerb. 3. Impii de terra perdentur, & qui iniqua agunt, auferentur ex ea. ¶ Quarta pœna est, quod frequēter gladio moriuntur, & anima à dæmonibus rapitur, & corpus sepultura caret. Vnde Ierem. 22. Væ qui ædificat domū suam in iniustitia. Et qui-busdani interpositis, subiungitur: Propterea hæc dicit dominus: Non plangent eum, Væ frater, & uxor soror: & non concrepabunt ei, Væ domine, & uxor in-clyte. Sepultura asini sepelietur, putrefactus & proiectus extra portas Ierusalem. De hoc uero quod spiritus eius rapiatur à dæmonibus, dicit Gregor. Qui mihi uisibiliter rapit, subito urgente exitu inuisibiliter rapitur. Et Ecclesiast. 16. Non effugiet rapinam peccator. ¶ Quinta & sexta pœna sunt, quod filii eorū mendicā

dici fiunt, & gladio moriuntur. Vnde Naum. 2. Leo cepit sufficienter catulis suis, & necauit leenis suis, & impleuit præda speluncas suas. Et subditur: Ecce ego ad te, dicit Dominus exercituum, & succendam usque ad summū quadrigas tuas, & leuenculos comedet gladius, & exterminabo de terra prædam tuam. Et Iob 27. Hæc est pars impii apud Deum, & hæreditas uiolentorum, quam ab omnipotente suscipiet. Si multiplicati fuerint filii eius, in gladio erunt: & nepotes eius non saturabuntur pane. In futuro uero pœna raptorum erit, quod rapinæ eorū collis eorum imponentur: & sic coram toto mundo ducentur, deinde uero suspendentur. Raptores simili pœna uel maiori debent puniri quam latrones, sed non est qui audeat hoc facere: sed celestis rex qui nō timet eos, hoc faciet. Vnde Thren. 1. Iniquitates meæ circumuolute sunt, & impositæ collo meo. Iniquitates possunt intelligi res iniquè acquisite. Amos 4. Iurauit Dominus in sancto suo: quia ecce dies uenient super uos, & leuabunt uos in contis, id est, in periculis, ad modum eorum qui suspenduntur. Rapinæ etiam se habebit ad raptores, ut molæ asinariæ collo eorum suspensæ ad inferiora loca inferni eos trahentes. Vnde Prouerbiorum 21. Rapinæ impiorū detrahent eos. Hæ sunt pœnæ raptorum, quas

debent expectare, certi omnino quod ueniet super eos, nisi pœnituerint. Iurauit enim dominus se non traditurum obliuioni rapinas eorū. Vnde Amos 8. Audite hoc qui conteritis pauperem. Et subiungitur: Iurauit dominus in superbiâ Iacob: si oblitus fuero usque ad finem operæ eorum.

De iniustis talliis, & peccati huius magnitudine. CAP. III.

Tertio loco inter species auaritiæ dicendum est de peccato iniustarum talliarum. A quo peccato tria deberent cohibere homines; scilicet peccati magnitudo, & uilitas quæ est in faciendo tallias, & damnū quod prouenit inde eis qui eas faciūt. ¶ Magnitudo uero huius peccati ex hoc potest ostendi, quod præter peccatum rapinæ est ibi peccatum proditiōis. Est etiam ibi ingratitude & contemptus Dei, & angelorum. Quod proditiō sit ibi, potest ostendi multipliciter. ¶ Primo sic, si aliquis paterfamiliās filium suum transferturū per aliquam uiam periculosam, bonæ fidei alicuius commendaret, & certam summam pecuniæ pro hoc ei assignaret: si ille ultra summam illam filio eius aliquid auferret, proditor esset. Et diceret paterfamiliās: Ego cōmendaueram filium meum bonæ fidei illius, & ipse spoliauerit eum. Sed constat quod Deus filios suos commendauit potentibus huius mundi, & definiuit

eis de quibus deberēt esse contenti. Vnde Lucæ 3. quum quærerent milites à Ioanne Baptistâ quid facerent. Respondit Ioannes: Neminē concutiatis, neque calumniā faciatis, & contenti estote stipendiis uestris. Prohibentur eis primo duo peccata, per quæ solent potentes pecuniā à pauperibus extorquere, scilicet cōminatio & calumniā. Comminatio, ubi dicitur, Neminem concutiatis: calumniā uerò in sequēti uerbo. Deinde uerò ostenditur eis, quòd stipēdiis suis debent esse contenti. Vnde si ultra stipēdia sua accipiunt, sunt proditores. ¶ Spoliāt enim filios Dei bonæ fidei eorū commendatos: nisi faciāt hoc in illis casibus in quibus eis licet. ¶ Secundò ostenditur idem sic. Constat quòd tantā fidem debet dominus subdito, quantam subditus caperet dominum, uel alio modo, malefaceret, & proditor esset. Igitur si dominus subditum capiat, uel aliud malum ei faciat, proditor est: nisi ille culpā commiserit quæ hoc requirat: nec minus indecens est, si dominus absque culpa subditum capiat, quam si subditus dominum caperet. Dicunt aliqui milites: Si alicui qui non esset meus subditus male facerē, bene scio quòd peccarem; sed si subdito meo male facio, tunc non credo me peccare uel tantū peccare. Quibus dici potest, quòd secundum

hoc, dominatio eorum diabolica est. Diabolus enim talis dominus est, quòd sibi subditis loco retributionis afflictionem & pœnam tribuit, & illis qui melius sibi seruiunt plura mala facit: præterea quis sani capitis dubitet minus licitum esse hostem esse in ciues, quam in extraneos? quis nesciat crimē prodicionis esse, cum amicis inimicitias exercere? Subditi uerò secundum Sapientem sunt humiles amici. Præterea, cum certum sit quòd miles iste fidem debet pauperi homini antequam faceret sibi homagiū tanquam fratri suo Christiano, nec pauper illum à fide illa absoluit, quum ei homagiū fecit: imò uinculum quod inter eos erat osculo pacis confirmatum est: quomodo ergo miles inimicus est à crimine prodicionis, quum malum facit ei, nisi ei prius significet quòd non uult ei fidem illam seruare, & quòd non uult eum de cætero tanquam subditum, sed tanquam hostem habere? Peccatum etiam ingratitudinis est ibi. Deus enim eum honorauit, aliis hominibus præficiendo. Ipse uerò ex hoc honorat Deum in pauperibus eum opprimendo: in hoc similis militibus, qui Deum crucifixerunt qui de arundine de manu Domini suscepta, caput eius percutiebant. In arundine significatur terrena potestas, quæ militēs à Deo acceperunt, & de-

inde

inde ex ea Deum in pauperibus percunt. Contemptus etiam Dei, & angelorum est ibi. Licet enim Deus tradiderit pauperes custodiendos potentibus huius seculi: tamen ipse noluit eos esse absque custodibus cælestibus, imò unusquisque homo habet unum angelum sibi ad custodiam deputatum, quem contemnit qui pauperem hominem opprimit, & in ipso etiam angelo Deum contemnit, cuius nuntium non reueretur.

¶ De sex malis quæ proueniunt alicui eò quod tallias faciat.

SECUNDO deberet cohibere milites à talliis multiplex damnum quod inde prouenit eis. ¶ Primum autem damnum quod ipsi incurunt est, quòd dominus uidet eos iniquos in paucis bonis temporalibus eis commissis nō uult eis ea augere. Scit enim quòd qui in modico iniquus est, & in maiori iniquus est, secundum quod legitur Lucæ 16. Vnde frequenter uidemus milites, qui tallias faciunt, pauperes: illos autem qui non faciunt, diuites. ¶ Secundum damnum est, quòd subditi eorum fugiūt eos: & fit iusto Dei iudicio, ut qui plus uoluerant habere quam deberent, non habeant etiam quod deberēt habere. Vnde legitur 3. Regum 11. quod Roboam filius Salomonis uolēs aggrauare iugum filiorum Israël, dominium acceci tribuum amisit. ¶ Ter-

tium damnum est, cælestis regni amissio. Sicut enim dominus dicitur est illi qui fidelis est in temporalibus istis: Euge serue bone, &c. Ita dicitur est ei qui infideliter se habuit, Væ tibi serue nequam & infidelis: quia super pauca fuisti infidelis, super nulla te constituam: intra in carcerem domini tui, qui scilicet præparatus est diabolo & angelis eius. Mira insania est potentum huius mundi, qui cum receperunt aliquid terrenū, non curant de Deo, quasi nihil ultra essent recepturi: & quia plus habent de terra quam alii, ideo omnino non curant de cælo. ¶ Quartum damnum est, quòd durum iudicium & absque misericordia merentur sibi apud Deum. Ea enim mensura quam mensi fuerint illis quibus præsumunt, remittetur eis ab eo, qui præest illis. Vnde non cedant Deum misericorditer acturum cum eis, cum ipsi non habeant se misericorditer, nec etiam iuste cum suis subditis. Ad quod pertinet quod legitur Sapient. 6. Citò apparebit uobis regibus, quoniam iudicium durissimum in his qui præsumunt fiet. Exiguo enim conceditur misericordia: potētes autē potenter tormenta patientur. Non enim subtrahet personam cuiusquam dominus, qui est omnium dominator: nec uerebitur magnitudinem cuiusquam, quoniam pusillum & magnū ipse fecit, & æqualiter cura

K k 3 est

est illi de omnibus. Fortiori-
bus autem fortior instat curatio.

¶ Quintū damnū est, quod interdum aliquis tyrannus potentior eos opprimit, sicut ipsi minus potētes opprimūt. Vnde in Psal. Deus conteret dentes eorū in ore ipsorū, &c. Per dentes eorum & molas leonū, intelligitur potestas denorandi pauperes, & conterendi, quam dominus interdum auferit. ¶ Sextū damnū est, quod odio habentur ad modum luporum. Ideo lupo odio habetur, & ab hominibus, & à cæteris animalibus: quia nō uiuit, nisi ex eis quæ auferit. Eadem ratione exosi sunt homines rapaces. In hoc tamen differentia est, quod lupi rapinas non exercent cōtra lupos, sed contra animalia alterius speciei: sed tales homines contra eos, qui sunt eiusdē speciei, rapinas exercent.

¶ De uilitate huius peccati.

TERTIO deberet cohibere milites à talliis uilitas quæ est in faciendo eas. ¶ Sicut enim gloriosum est dare, sic uile est quærere. Et tanto uilius uidetur esse genus quærēdi, quanto uilior & inferior est persona à qua quæritur, & nobilior persona quæ quærūt. Vnde uilitas ista quærēdi, repressum quoddam deberet esse militibus ne ultra uires expenderēt. Plus enim ignominia est in quærēdo, si ipsi sciēnt intelligere, quā sit honoris in expēdēdo indiscretē. Sed dicit aliquis miles, Oportet nos ui-

uere, & uiuere non possumus, nisi iniustas tallias faciamus. Cui respōdeo, quod in ualde periculoso statu sunt. Similes enim sunt illi qui in carcere esset, cui non appōnerēt nisi toxicata: & sic cogitaret in mēte sua, Non possum uiuere nisi comedā: & si comedo, mortē meam comedo. Ita magno animi dolore deberent esse, qui in tali statu se uident, & totā uitā istā deberēt cōtemnere.

De fraudibus negotiatorum.

C A P. IIII.

Q VARTO loco inter species auaritiæ dicendum est de fraudibus negotiatorum. Et notandū est quod negotiatio bona est in se, & hominibus necessaria. Ordinauit enim Deus, ut nūlla terra in omnibus sufficiat: ut cū alia terra ei subueniret, ea chariorem habeat. Subuētio autem ista mediante negotiatione fit. Sed malitia hominum adeo impleuit fraudibus negotiationem, quod multi negotiatores non sunt minus mali hodie rapitoribus uel usurariis. Vnde hodie impletum est quod legitur Apocal. 13. de bestia quam uidit Ioannes: Et faciet, inquit, ne quis possit uendere aut emere, nisi qui habuerit characterē, aut nomen bestię, & numerū nominis eius. Bestia quæ dicitur à uastādo, est diabolus, cuius characterē, sine imago est falsitas uel fraus, ipse enim fuit primus mendax. Vnde Ioan. 8. Ipse est mendax, & pater eius. Absque ista imagine consistit

consententur multi mercatores quod non possunt emere, uel uendere. Et tamen legitur in Apocalypsi 13. quod qui accepit characterem in fronte sua uel in manu sua, hic bibet de uino iræ Dei.

¶ De oculo malis abundantibus in mercatoribus.

OCTO uero sunt mala quæ abundant in mercatoribus. ¶ Primum malum est, uendere quanto carius possunt, & emere quanto uilius possunt. Istud malū excludit Deū à negotiatoribus, & facit negotiatores idolorum esse. Ex quo enim aliquis nullum habet respectū ad Deum ac fraternam charitatem in sua negotiatione, ipse seruitium quod debet Deo impendere, impendit diuitiis, quod indubitanter idololatris est, sicut ostēsum est prius.

¶ Secundo abundant mendacia in mercatoribus, in quibus non est parua culpa, unde legitur Ecclesiastic. 20. Quod potior est fur, quā aliquid uiri mendacis. ¶ Tertio, abundant ibi periuria, in quibus similiter nō parua culpa est, quum sint contra illud decalogi, Non assumes nomen Dei tui in uanum. Præterea cū tanta culpa sit hominem in falsum testimoniū adducere: quantum culpa credenda est, quum aliquis uult ad testificandum falsum adducere? quod fit in periurio. Per Deum enim iurare, est eū in testimonium adducere. ¶ Quarto, uero abundant in mercatoribus

furta, quæ furta sunt pēcipue per fraudes, quas faciunt circa stateras & pōdera & mensuras.

¶ De triplici fraude mercatorum quæ fit in mensuris. Et de duplici damno proueniente ex isto peccato.

IN talibus uero tripliciter est fraus. Vno modo, quum quis habet diuersa pondera uel diuersas mensuras, & uendit ad minorem, & emit ad maiorem. Secundo modo cū quis habet iustam mensurā, & iustum pondus, sed tamen male mensurat uel ponderat, sicut faciunt caupones qui mensuram implent spuma. Tertio modo cū quis procurat quod res quam ad pondus uēdere debet ponderosior sit, ut faciunt illi qui lanam madefaciunt. Duo uero sunt quæ debent homines cohibere à fraude quæ fit in ponderibus & mensuris, scilicet magnitudo ipsius peccati, & damnū quod inde prouenit. Magnitudo uero huius peccati tripliciter potest ostendi. Primō, ex hoc, quod peccatum istud Dei abominatio uocatur. Prouerb. 11. ubi sic legitur: Statera dolosa abominatio est apud Deum, & pondus æquum uoluntas eius. Non uocamus abominationē illud quod displicet alicui, sed quod ualde displicet. Secundo potest ostēdi magnitudo huius peccati per hoc, quod per mensuras, & pondera, & stateras deberent ea que iniqua sunt, & iniusta ad iustitiam & æquitatem reduci. Vnde

Kk 4 sunt

sunt quasi instrumenta iustitiæ & æquitatis: ideo magis displicet Deo iniquitas in talibus. Tertio, potest ostendi magnitudo huius peccati per hoc, quod mensuræ & pōdera pertinere solent ad dominum terræ, unde falsitas talium in contumeliam domini quodāmodo redundat. Ideo dicitur Leuitic. 19. Ego dominus Deus uester, nolite facere aliquid iniquum in iudicio, & in regula, & in pondere, & in mensura. Statera iusta, & æqua sint pondera: iustus modius, æquisque sextarius. Ego dominus Deus uester. Ideo cum loqueretur de mensuris & ponderibus, bis se dominum dixit, ut timeant in eis fraudem facere, cum scirent se habere dominum, quem nulla fraus posset latere. Damnum uero proueniens ex peccato isto, duplex est, scilicet temporale, & spirituale. De temporali habetur Deuteronom. 25. Non habebis in sacco diuersa pondera, maius, & minus: nec erit in domo tua modius maior, & minor. Pondus habebis iustum & uerum, & modius æqualis & uerus erit tibi, ut multo uiuas tempore super terram quam dominus Deus meus dederit tibi. Abominabitur enim dominus eum qui fecerit hæc. Et Michææ 6. Nunquid iustificabo stateram impiam, & sacculi pondera dolosa? Et subditur pœna eius quæ talia facit: Tu seminabis, & non metes: & calcabis oliuam, & non ungeris

oleo &c. Spirituale uero damnum est, quod tangitur Michææ 6. Adhuc ignis in domo impij thesauri iniquitatis, & mensura minor iræ plena. Quantum mensuræ subtrahitur, tantum iræ & offensæ diuinæ acquiritur, cum scriptum est in libro sapientie 11. Per quæ peccat homo, per hæc & torquetur. Vnde cum in statera peccent tales, in statera beati Michaëlis punientur, ut nœla eorum in ea magni sint ponderis, bona uero nullius. Quintum malum quod abundat in mercatoribus, est uendere ad terminum, quod est species usuræ palliatæ, ut dictum est prius. Sextum malum est, aliud ostendere, & aliud uendere: sicut accidit in scriptoribus qui bonam literam ostendunt, & prauam deinde scribunt. Septimum malum est, uerum celare. Octauum malum est, tenebrosa loca eligere, uel aliter procurare ut res uenalis appareat alterius modi quam sit. Sicut accidit in mercatoribus, qui tenebras faciunt in locis in quibus debent pannos uendere: in quo ostendunt se esse filios tenebrarum. Vnde merito dicit de eis dominus: Proicite eos in tenebras exteriores. Tenebras quæ fuerunt, tenebras habeant. Ostendunt etiam se uelle male agere: quia qui male agit, odit lucem. Ioannis tertio.

De acceptione munerum.

C A P. V.

Quint

Quinto loco inter species auaritiæ dicendum est de acceptione munerum. Et primo ostendemus quàm periculosa sit munerum acceptio. Deinde agemus de his quæ repræhensibilia sunt circa acceptores munerum. Quàm periculosa uero sit munerum acceptio, satis apparebit, si ostendantur mala quæ faciunt munera acceptoribus suis.

De decem malis quæ proueniunt ex acceptione munerum.

PRIMUM malum est, quod excæcant eum. Secundum malum est, quod eum mutum reddunt. De his duobus legitur Ecclesiastici 10. Xenia & dona excæcant oculos iudicum, & quasi mutus in ore auertit correptionem. De excæcatione etiam legitur in Exod. 33. Non accipies munera quæ excæcant etiam prudentes, & subuertunt uerba iustorum. Deuteronom. 16. Non accipies personam, nec munera: quia munera excæcant oculos sapientum, & mutant uerba iustorum. Quis, nisi insanus, in hospitio suo libenter recipiat eum a quo debet excæcari? Ad hoc uero quod munera hominem mutum reddunt, pertinet quod dicit Gregorius: Non potest constanter argui a quo accipitur. Apostolus noluit accipere, ne dum acciperet, auctoritatem magistri inclinaret. Ad idem pertinet quod legitur Esa. 56. Canes muti

non ualentes latrare. Interdum prælatus aliquis uenit ad aliquem sacerdotem cum tanto latratu, quod uidetur quod uelit eum deuorare. Sed ille proficit aliquod in ore eius, & auferit ei latratum. Percutit enim de una marca argenti, ita quod auferit ei loquelam. Tertium habetur contra faciunt munera acceptoribus suis, est corruptio. Vnde Esaie 1. Principes tui infideles, socii furum. Et subiungitur causa: Omnes diligunt munera, sequuntur retributiones. Et licet aliqui per munera non corrumpantur, tamen præsumptio habetur contra eos de corruptione. Quia secundum Hieronymum, sicut matrona non est casta, quæ cum rogatur munera accipit: ita nec iudex munda scula accipiens a corruptione immunis iudicatur. Quartum malum est, quod munera accipientem in seruitutem redigunt. Vnde 1. ad Corinth. 11. Omnia mihi licent, sed ego sub nullius redigar potestate. Et loquitur Apostolus de sumptibus recipiendis: & innuit quod si ab eis sumptus reciperet, iam sub eorum potestate esset. Vnde quidam sapiens cum pro libertate reipublice steteret in causa contra quendam diuitem, cuius expensis diu edoculus fuerat, & super ingratitude a diuite illo in causam uocatus fuisset. Reges enim Romanorum ingratos puniebant. dixit illi diuiti: Domine mi, tu scis, quia nihil causa odii feci: sed pro libertate

K k 5 reipu

reipublice & honestate meæ petsonæ, imò etiã & tuæ steti. Nunc uerò hoc uideo quòd nihil periculofius est acceptis muneribus, si ad omnem nos obligant seruitutem. ¶ Quintum malum est, quod manum suscipientis inquinant. Ad hoc referre possumus quod legitur Osee 5. Ephraim cœpit abire post sordes. Homo cupidus cuius cor aurũ affectat, uide tur post aurum abire, iuxta illud Eccle. 31. Beatus uir qui inuentus est sine macula, & qui post aurum non abiit. Sed secundum iudicium uiri spiritualis uadit post sordes, & affectat in manibus recipere illud à quo deberet eas excutere si iam illud teneret. Ab eis enim quæ inquinat, solent homines manus excutere. ¶ Sextum malũ est, quod munera maledictionem inducunt super acceptores suos. Vnde Deuter. 27. Maledictus qui munera accipit ut percutiat animam innocentis. Esaiæ 5. Væ qui iustificatis impium pro muneribus. Cupidus quãdo munus recipit, credit se benedictionem recipere. Vnde munus uocatur benedictio. 4. Regum 5. Vbi dicit Naamã Eliseo, Obsecro ut accipias benedictionem à seruo tuo. Sed latet ibi maledictio quã Giezi sensit, cum lepra Naamam ei adhæsit. ¶ Septimum malum est, quod munera impediunt acceptores suos à melioribus donis. Væ illis qui idè cœlestia accipere non possunt, quia manus eorum terram impediunt. Ad

hoc pertinet id quod legitur Esai. 33. Qui excutit manus suas ab omni munere &c. iste in excelsis habitabit. ¶ Octauum est, quod munera acceptores suos obligant non tantum ad seruitutem, sed etiam ad mortẽ. Vnde prou. 15. Qui odit munera, uiuet. Vbi per oppositum innuitur, quod qui diligit munera, morietur. Ad idem pertinet illud Ecclesiæ, 10. Hic uenalem animam suam habet. Et loquitur de amatore pecuniæ. ¶ Nono, inclinatur acceptores suos ad omnem iniquitatem. Vnde in Psal. In quorũ manibus iniquitates sunt. Et subditur causa: Dexterarum repleta est muneribus. ¶ Decimo, igne infernali eos comburent. Vnde Iob 15. Ignis deuorabit tabernacula eorũ qui libenter munera accipiunt. Quis nisi insanus, ea amet quæ amatoribus suis tot & tanta mala faciunt? ¶ De quinque in quibus possunt reprehendi acceptores munerum.

SEQUITUR de his que possunt esse reprehensibilia circa acceptores munerum. Quæ sunt quinque. ¶ Primum est, quando quis quis qui nõ indiget recipit quod pauperibus dari deberet. Vnde Hierony. ad Damasum papã. Clerici qui de bonis & opibus paratum sustentari possunt, si quod pauperum est sibi accipiunt, sacrilegium profecto committunt, & per abusionem talium indicium sibi manducant & bibunt.

Idem

Idem in quadam epistola: O mactate, si egres & accipis, potius das quã accipis. Hoc dicit: quia obligatur ad dandum spiritualia quæ acceptis meliora sunt. Deinde subdit: Si non indiges, & accipis, rapis: quia distribuenda pauperibus tibi usurpas. Item Prosper in libro de Vita contemplatina: Habentes unde sustentantur, non sine grandi peccato suo, unde pauper uicturus erat, accipiunt. ¶ Secundo reprehensibile est in acceptoribus munerũ, quando illi qui dant tenentur restituere eis à quibus habuerunt. De quibus dicit Hierony. Qui à raptoribus, simoniacis, & ueneratoribus munera accipiunt, similes sunt illis qui minores pisces deuoratos à magnis comedunt, & deuorant. Sicut enim sic deuorati nulli usui sunt apti: ita nec obligatio talium ulli usui, uilue religioni apta est. Hoc uitio laborant quidam religiosi nostri temporis exterius prætendentes sanctitatem, interius uerò pleni auaritia & cupiditate. Qui quasi mercatores sunt pellium anguillarum, qui indifferenter omnia accipiunt, & in pros usus conuertere uolunt. Qui signati sunt per Gedeonem, qui in aures aureas de præda Madianitarum accepit, ut faceret inde sacerdotales uestes. Et factum est Gedeoni & omni domui eius in ruinam. Ut legitur Iudicium 8. ¶ Isti etiam similes sunt Saul, qui regem Amalech, & meliora de

quibus & armentis reseruauit, uolens immolare domino, propter quod abiecit eum dominus ne esset rex. ut legitur 1. Regum 15. Isti etiam similes sunt Achor, qui furatus est de anathemate Iericho: ut legitur Iosue 7. Vnde Hieronymus: Diligenter discutendum est & cauendum, ne quis abstulerit de aliquo anathemate, ne propter illud multum eo perdantur. Isti etiam contra prohibitionem legis morticinum comedunt, & à bestia captum. ¶ Tertio, reprehensibile est in acceptoribus munerum, cum habent impios ministros, qui procurant quocumque modo possunt ut ipsi à subditis aliquid extorqueant, quod est ualde magnum peccatum, quos suggestillimus hoc exemplo: Quidam clericus cum ad aleam omnia quæ habere potuisset præter quinque solidos perdidisset, incepit Deum blasphemare, & promittere eisdem quinque solidos hominibus qui eum doceret quomodo Deum magis offenderet. Cui quidam qui aderat dicit: Si Deum supra omnem peccatorem uolueris offendere, fias quæstor palatii episcopi. Tales figurati sunt per fusciculam, de qua legitur 1. Regum 2. Veniebat puer sacerdotis cum coquerentur carnes, & habebat fusculam tridentem in manu sua, & mittebat eam in lebetem, & omne quod ieuabat fuscinula, tollebat sacerdos sibi. Quidam prælati ecclesiæ ad modum

modum dæmonum habent fuscis nulas suas, quibus subditos spoliant. Isti etiā significati sunt per ostiola per quæ sacerdotes Belis furabantur quæ ponebantur ante idolum eius: ut legitur Danielis 14. Isti etiam similes sunt mergulis illis quos uidit beatus Martinus in quodam flumine, qui assiduè capturæ piscium intendebant. Et ait, Forma ista dæmonum est. Et præcepit eos auolare. Isti sunt uelut aucupes. Vnde Amos 3. Nunquid cadet auis in laqueum terræ absque aucupe? Laqueus terræ est prælatus malus, unde Osee 5. dicitur ad prælatos: Vobiscum iudiciū est: quoniam laqueus facti estis speculationi, & rete expansum super montem Thabor. Isti etiam canes sunt, de quibus dicitur in Psal. Ipsi dispergentur ad manducandū: si uero non fuerint saturati, & murmurabunt. Dispergētur ministri episcoporum per eorum diceceses. Si non dant eis sacerdotes, accusant illos: iuxta illud Michæ 3. Si quis non dederit in ore eorū quippiam, sanctificant super eum præliū. Afferunt enim rectum esse & iustum quod ab officio & beneficio suspendantur. De iis legitur Iere. 5. Inuenti sunt in populo meo impii insidiantes quasi aucupes, laqueos ponētes & pedicas ad capiendos uiros. ¶ Quarto, reprehensibiles sunt acceptores munerum, quādo ipsi accipiunt munera pro causa pro qua non de-

berēt accipere: sicut iudices qui munera accipiūt uel ut iustitiam deserant, uel ut iustitiam faciāt, quam gratis deberent facere. Vtrunq; enim peccatum est. Sicut enim iniquus esset qui capiam meā mihi uenderet: ita iniquus est qui iustitiam quam debet facere ex officio, non uult facere, nisi sibi aliquid detur. Ad quod referri potest illud Psalm. Cum accipero tempus, ego iustitias iudicabo. Iustitiam uenditam dominus iudicabit, & pro ea uenditorem damnabit: munerem uero accipere, ut deseratur iustitia, quasi peccatum iudæ est. Vnde super illud Matt. 26. Exinde quærebat opportunitatem ut eum traderet, dicit gloss. Multi hodie sunt qui factum iudæ exerceantur, & idē faciunt. Nam cum pro munere falsum testimoniū dicūt, Deum qui ueritas est, uendunt. A simili, qui pro munere falsum iudicium faciunt, Deum qui iustitia est, uendunt. ¶ Quinto, reprehensibiles sunt acceptores munerum, quando non faciunt illud ad quod obligantur acceptance munerum. Sicut accidit in illis qui elemosynas recipiunt, & tamē negligunt orare pro largitoribus earum. Mercedem bene uolūt suscipere, sed laborem recusant ferre. Quibus dicitur in Psalm. Surgite postquam sederitis, &c. Panis doloris uocatur panis clericorū: quia requiritur pro eo luctus & dolor. Dolere enim debēt peccatorum

eorum à quibus eis datus est panis ille. Ideo postquā sederūt ad mensam, surgere debēt ad orandum pro eis. Sed ipsum panem doloris, faciūt panē risus & gaudii, iuxta illud Eccles. 10. In risu faciunt panem epulantes, & uinum bibentes. Cōuicia quæ debent esse in luctu, faciunt esse in risu, ita quod epulantur bibentes, id est, potum obliuioni non tradentes. Varius enim uinis & exquisitis utuntur. Et est alicubi uerbum usitatum, cum uidetur aliquis pinguis & rubicundus, ut de eo dicatur: iste ut comedit, bibit: id est, potum in comestione obliuioni non tradidit. Tali qui de elemosynis delicatè comedit, & cum saturitate, dicit beatus Bernardus. Væ tibi clericus: mors in olla carniū, quia peccata populi constat esse quæ comedis, ac si tua tibi sufficere non uiderentur. Mirum est quomodo ita audacter comedunt quod mortem continet, cum Iob 6. scriptū sit: Aut gustare quis poterit quod gustatum affert mortem?

¶ De delitijs clericorū qua mortem septem continent.

NOTANDVM est, quod delitijs clericorū mortem continēt: nec unicam mortē, imò septem mortes ibi possunt esse. ¶ Prima mors est, mors peccatorum pro quibus dantur elemosynæ: quas clerici comedūt: iuxta illud Osee 4. Peccata populi mei comederunt. De ista morte loquitur beatus Bernardus in prædi-

cta autoritate. ¶ Secunda mors est, illorum peccatorum quæ habent sequi ex delitijs: ut est luxuria, & alia uitia quæ ex uitio gula nascuntur: ut ostensum est in tractatu de gula. ¶ Tertia mors est, mors sanctorum, qua comparata sunt bona ecclesiæ. Acquisiuit enim Christus ecclesiā sanguine suo & suorum. Vnde in recompensationem debent illi qui bona ecclesiastica comedūt glorificare Deum & sanctos. ¶ Quarta mors est, mors corporalis, quæ comeditur in delitijs: quia delitia mortis sunt occasio, ut prius ostensum est. ¶ Quinta mors est, mors pauperū: quia portione quam deberent habere in bonis ecclesiasticis defraudantur. Defraudatio uerò talis iudicatur esse homicidium. Ecclesiast. 34. ubi sic legitur: Panis egērium, uita pauperū est: qui defraudat illum, homo sanguinis est. ¶ Sexta mors quæ ibi comedi potest, est mors propriæ damnationis. Peccatū enim res uenenata est. Vnde dum comeditur, nisi sanctitas comedentis uel sequens oratio illud expellat, interdum mors æterna inde incurritur. Vnde Luca 20. Deuorant domos uiduarum, simulant longam orationem. Hi percipient maiorem damnationem. Et Bernardus: Venient ante tribunal Christi: ibi audietur pupillorum accusatio grauis, allegatio dura, quorum uixere supēdijs, nec diluere peccata,

cata, quibus facti sunt cæci duces, & mediatores fraudulentii. Idem: Quid tibi inspiens delicta sapient? quid diuitie illæ cæcos oblectat oculos, quibus tam graue mercaris iudicium, tam dure te obligas rationi? uniuersum siquidem usque ad nouissimum quadratam exegeris. ¶ Septimo, comedunt mortem clerici qui comedunt elemosynas sibi datas a mortuis, & ab igne purgatorii qui grauior morte est, debent eos liberare. Ad hoc enim obligantur ex susceptione elemosynarum: & uerisimile est quod dominus multum offendatur, cum animæ que igne cruciantur, in tanta amaritudine ei dicant: domine, clerici iam bona nostra susceperunt, & debuerunt liberare de angustia ista, & ipsi sunt in risu & delictis, & de nobis non curant.

¶ De munerum diuersitate.

TERTIO circa acceptionem munerum dicendum est de munerum diuersitate. Distinguitur autem tres species munerum super illud Esaiæ 33. Qui excutit manus suas ab omni munere. Dicit enim glo. interli. super illud: Munere oris, munere manus, munere officii. Munus oris est laus uel preces carnales. Munus manus, est pecunia. Munus officii, est seruitium incredibile impensum. Super illud uero Ierem. 48. Maledictus qui facit opus Dei fraudulentum, distinguitur similiter tres species munerum, non omnino

eandem cum prædictis. Dicit enim glossa interli. super illud fraudulentum: uel pro corporalis rei premio, uel pro laudis uerbo, uel humani iudicii gratia. glo. etiam dicit ibidem: Tribus modis frus ista committitur, quia uel cordis humani gratia, aut fauoris aura, aut cum res qualibet exterior desideratur.

De auaritia Aduocatorum.

CAP. VI.

SEXTO loco inter species auaritiæ, dicendum est de auaritia aduocatorum. Et notandum quod officium aduocationis secundum se non est malum. Vnde Augustinus. Non licet iudici uedere iustum iudicium: sed licet aduocato uendere iustum patrocinium, & iurisconsulto iustum consilium. Non peccat aduocatus uendendo iustum patrocinium, si non sit persona cui non sit prohibitum hoc officium: si debita modo procedat, & causa iniusta non sit uel desperata, & salarii recipiat iustum & moderatum. In moderamine uero debet respectus haberi ad quantitatem causæ & laborem aduocationis, & qualitatem personæ aduocantis: scilicet ad facultatem, scientiam, & etiam ad consuetudinem regionis.

¶ De octo quæ debent retrahere homines ab officio Aduocationis.

OCTO tamen sunt quæ debent homines retrahere ab officio aduocationis. ¶ Primum est, uenalitas quam nobilis animus

natur

naturaliter exhorret. Triplici autem ratione indecens est uenalitas in aduocatis. Primo, cum care empti sint à Christo, non debent se alii uendere. Vnde Augustinus. Postquam intellexi me pretioso sanguine Christi redemptum, non ueni me uenalem exhibere. Secundo, quia uenalitas habet utilitatem quandam: unde pugiles & aliarum personarum quæ ad certamen uenales se offerunt, uiles reputantur. Aliud iudicium est de illis qui pro iustitia certant. Meretricum etiam est uenales esse. Et cum indecentia quæ in nobiliori parte est peior sit, uenalitas, quæ penes linguam attingitur, quæ est unum de nobilioribus membris & in quo magis displicet indecentia, peior uidetur esse quantum ad hoc uenalitate meretricum. Huic uilitati uidetur attestari Apostolus 1. ad Corinthios 6. ubi dicit: Secularia iudicia si habueritis: contumeliosos qui sunt in ecclesia, illos constituite ad iudicandum. & Poeta: Si fortuna uolet, fies de rhetore consul. Si uolet hæc eadem, fies de consule rhetor. Rhetor ponitur ibi pro persona uili, consul pro nobili. ¶ Tertio indecens est uenalitas ista: quia decorum esset quod talentum scientiæ quod gratis accepit, gratis darent, præcipue quum prohibitum sit illud uendere. Prou. 23. ubi dicitur: Non uendere sapientiam, & doctrinam, & intelligentiam. Assimilatur enim aduocati usurariis in hoc, quod sicut usurarius talen-

tum fortunæ quod gratis accipit, non uult tradere proximo, ita aduocatus talentum gratiæ quod gratis accepit, non uult gratis proximo dare.

¶ De x i i. periculis aduocatorum.

SECUNDO deberet homines cohibere ab officio aduocationis, multiplex periculum, quod est circa officium illud. Possimus uero ad præsens numerare duodecim pericula, quæ ibi possunt esse. ¶ Primum periculum est, cum miserabilibus personis non subuenit, quibus tenetur ex lege Dei subuenire, unde Esai. 1. Subuenite oppresso, &c. Et sicut medicus pauperi infirmo potest subuenire, & non subueniens, homicida illius iudicatur: ita aduocatus quasi aufert rem suam pauperi homini, quum non conseruat eam, quum possit. unde Symmachus papa: Non grandis differentia, utrum mortem inferas, uel admittas: mortem enim languentibus probatur infligere, qui hæc quum possit non excludit. ¶ Secundum periculum est, quum scienter causam iniustam uel desperatam suscipit. ¶ Tertium periculum est, quum in processu negotii causam esse iniustam cognoscit, & tamen adhuc eam defendit. ¶ Quartum periculum est, quando aduocatus monens ad compositionem illum ex cuius parte est, quæ scit causam iniustam habere, consilium ei ut partem suam aduersario relinquat, & partem accipiat: consulit

sulit ei alienū accipere. ¶ Quintum periculum est, quum per infidelitatem, uel negligentiam, uel ignorantiam illius cadit à causa sua ille quem ipse tuetur: tenetur enim ei ad restitutionem. ¶ Sextū periculū est, quando ille contra quem patrocinium præstat, propter pertinaciam illius rem suā amittit. Tenetur enim illi similiter ad restitutionē. unde aliquādo pro centum solidis quos habet de aduocatione, tenetur ad restitutionē centū marcarum uel mille. ¶ Septimum periculum est, cum accipitur immoderatum salarium, uel unde nō deberet accipi. ¶ Octauum periculū est, quum incurritur odium illorum contra quos præstatur patrocinium. ¶ Nonum periculum est, circa modum procedendi in causa, quum scilicet per leges falsas, uel falsa instrumenta, uel falsos testes, uel per mendaciam proceditur: uel quū dicit conuicta, uel proponit quæ non ualent nisi ad dilationem causæ. ¶ Decimum periculum est, simoniacæ, quum aduocatus scientiam suam uedere intendit. ¶ Undecimum periculum est, uanæ gloriæ, ex cuius amore multi timēt cadere, etiam à causa iniusta, nolentes infici uideri. Vnde per mendacia uel quocunque alio modo uolunt obtinere. ¶ Duodecimum est, periculum infidelitatis. Infidelis enim est malus aduocatus erga dominū, qui talentum naturæ ei cōmisit, quan-

do de talento illo lucratur contemptibilia, cum possit lucrari pretiosa. Sicut nuntius alicuius negotiatoris, si ueniat ad nundinas aliquas in quibus eodē pretio possit habere brunetam quoburellū, infidelis esset domino suo, si relicta bruneta burellum emeret. Eadem infidelitate laborare uidetur qui in sacra scriptura proficere possunt, & ad lucrū temporalium leges uel decreta discunt. Propter pericula que sunt in causis, dicit Apostolus. ad Corinth. 6. Omnino delictū est in uobis, quod iudicia habetis inter uos. Quare nō magis iniuriā accipitis: quare non magis fraudem patimini? ¶ Tertio, debet cohibere homines ab aduocatione multiplex pœna, qua dominus malos aduocatos solet punire. Multos enim ante mortē multos efficit. Cuidā etiā aduocato morienti uisa est lingua celerius aura moueri, quasi diceret: Lingua mea uelox & facilis fuit ad peccandū, sicut arundo de facili uento agitur. Alii uisum est inferius labium moueri citius labiis crocodili. Aliis etiam exillit lingua extra os. Insuper etiam solent agere mali aduocati circa mortem, quando præcipue la pietia opus esset. Vnde quidam quum adferretur ei Eucharistia, in extremis ait: Iudicetur prius utrum rectū sit quod accipiam. Cui circumstantes dixerunt: Nos quidem rectum & iustum hoc iudicamus. Quibus ille: Non est

hoc

hoc rectum iudicium. Non enim quū sitis mihi pares, habetis me iuste iudicare. Et aliās cum in extremis admoneretur ad susceptionem Eucharistiæ, petiit dilationē, quam quum nollet amici eius dare propter mortē quam ei uidebant imminere, appellauit à manifesto grauamine. Post mortem uerò balneantur aduocati in auro feruenti. Vnde legitur in quadā tragœdia Senecæ, quod uisum est cuidam quod uideret Neronē apud inferos balneatē, ministrōsque circa eum aurum seruens infundentes. Et quum uideret chorū aduocatorum ad se uenientem. Huc, inquit, uenale genus hominū aduocati, amici mei accedite, ut in hoc uase mecū balneemini: adhuc superest locus in eo quē uobis seruari. ¶ Quarto debet homines cohibere ab hoc officio, quia præ ceteris uidetur esse corruptū. Inuenitur enim quandoque aliquis morbus incurabilis, ad quem curandum non inuenitur medicus, quia de salute ægri desperatur. Sed nulla causa adeo inuenitur iniusta, ad quā tuendam non inueniatur aduocatus. ¶ Quinto debet homines cohibere ab hoc officio, molestia quæ est in audiendo lites. Propter quam dicit Augustinus, Christū testē inuoco, quod mallem per singulos dies manibus aliquid operari, quàm tumultuosas causarū prolixitates pati. Et Ambr. in lib. de officiis: Dispen-

ditio litis carere nō mediocriter lucrum. Et Bern. ad Eugenium papam: Lex domini si let in sacro palatio, leges perstrepunt secularēs. Miror si plerunque dicere non cogaris: Narrauerunt mihi iniqui fabulationes, sed non ut lex tua. ¶ Sexto debet homines cohibere ab hoc officio, quia ualde simile est actibus dæmonū. Vnde Aug. Nihil est similius actibus dæmonū, quàm litigare. ¶ Septimo debet homines cohibere ab hoc officio magnum damnum, quod faciunt mali aduocati Deo, & ecclesiæ ipsius. Plus enim nocet alicui quandoque unus malus aduocatus, quàm possent ei nocere decem fures, uel etiam omnes raptores unius patriæ. Aufert enim alicui abbatiam suam uel archiepiscopatum suum, quod non possent facere omnes raptores unius patriæ. Omnes etiam dæmones nō possent tantum nocere ecclesiæ quandoque, quātum nocet unus malus aduocatus, quum episcopatum unū uel archiepiscopatum subdit dominio alicuius qui seruus est diaboli: per consequens enim ponitur episcopatus, uel archiepiscopatus eius sub dominio diaboli. ¶ Mali aduocati hæreticis similes sunt, & quia sunt falsarii legū & decretorum, quæ sacra sunt secundum iudicium eorum. Vnde falsarii sunt sacræ scripturæ, sicut & hæretici. Et quia suadent contraria iustitiæ, sicut hæretici cōtraria fidei. Duo

Ll necess

necessaria sunt ad salutē, fides, & bona opera, & neutrum sine altero sufficit. Hæreticus homines errare facit in fide, aduocatus uerò in opere. Alii peccatores, etsi mala agunt, non tamen dicunt sic agendum esse: sed malus aduocatus iudici suadet, ut alicui adindiget quod eius non est. In hoc etiam est deterior hæretico: quia hæreticus ignoranter peccat, putans credendum esse quod hominibus suadet; sed malus aduocatus suadet iudici, ut agat quod scit non esse agendum. Mali etiam aduocati hostes sunt iustitiæ, ueritatis & æquitatis, quorum tamen se amatores & defensores profitentur. Vnde hodie impletum est per eos quod legitur Esa. 59. Conuersum est retrorsum iudicium, & iustitia longe stetit: corrui in platea ueritas, & æquitas non potuit ingredi. Conuertitur retrorsum iudicium, quum appellatur quando sententia debet fieri. Et iustitia tunc à longe stat, quæ ante appellationem proxima erat. Oportet enim ut pro iustitia eatur Romam, ubi fortè iustitia etiam non inuenitur, sed solum iudices dabuntur. Corrui ueritas in platea, quum aliquod crimen quod populo notum est, alicui prælato obiicitur: & tamè impediētibz hoc malis aduocatis, de illo non punitur. Aequitas uerò ingredi non potest, quum correctio in aliquo claustro inchoatur, & opponentibus se aduocatis non perficitur. Mali ad-

uocati quasi iugulatores sunt iustitiæ: iuxta illud Psal. Tota die cogitauit iustitiam lingua tua: sicut nouacula acuta fecisti doli. Nouacula acuta doli facit, quando hominem scindit, cui decorando eum seruire debuit.

¶ De fraude mali aduocati.

AD modum ergo nouaculae malus aduocatus dolum facit, quando iustitiam strangulat, cui militare debuit. Qualiter expectare audent illud districissimum iudicium, quod tenebit iustitia, qui se iugulatores iustitiæ intelligunt. Mali etiam aduocati quasi hostes Dei sunt, & quasi antichristi. Christus enim in mundum uenit, ut pacem faceret. Vnde apostolus ad Ephesios 2. Ipse est pax nostra, qui fecit utraque unum, ipsi uerò discordiam & litem amant, & querunt. Vnde sicut de Christo dicunt, In pace factus est locus eius: ita de malo aduocato potest dici, In lite factus est locus eius. Aduocati ad litem conueniunt, sicut corui ad eadueria. Deus præ omnibus discordiam detestatur, quod potest haberi ex illo uerbo Prouerborum 6. Sex sunt quæ odit dominus, & septimum detestatur anima eius. Et est illud septimum, Seminare inter fratres discordiam. Aduocatus uerò eam optimam arbitratur. Mali aduocati Deum fugant ab ecclesia, diabolum uerò introducunt, & enstodiunt ibi. Si enim aliquis homo sanctus eligatur in abbatem

nel episcopum, tam cito aduocati se opponunt, nec Deum in sancto uiro in ecclesiam intrare permittunt. Si uerò electus sit aliquis malus, qui simoniam non timet committere, adinuāt eum. Mali etiam aduocati quasi præcipitua diaboli sunt, iuxta illud psalm. Dilexisti omnia uerba præcipitua diaboli lingua dolosa. O aduocate, qui es lingua dolosa: id est, linguosus & dolosus: uerba præcipitua diaboli sunt uerba aduocatorum. Admodum enim illius machinæ quæ dicitur præcipitium, destruit ecclesiam Dei. Quorum poena innuitur quum subditur: Propterea Deus destruet te in finem, &c. Ista præcipitua orat David à Domino destrui: ubi dicit, Præcipita domine, diuide linguas eorum: quoniam uidi iniquitatem & contradictionem in ciuitate. Solet præcipitium contra præcipitium fieri, sed secundum hunc modum loquitur hic David. Tunc præcipitium contra præcipitium efficitur, quando aduocati adinuicem corrixantur. Non uidetur ecclesiam Dei amare, qui permittit diabolum ibi ponere præcipitia sua ad uoluntatem suam. ¶ Aduocati etiam sunt sagittarii diaboli. Vnde Ieremias nono: Extenderunt linguam suam quasi arcum mendacii, & non ueritatis. Nec solum aliis, sed etiam sibipis damnnum faciunt aduocati, dum in officio aduocationis se ipsos consumunt. Vnde

Osæ 7. Comederunt alieni robur eius, & ipse nesciuit. Alieni, id est, daemones. In legibus & Decretis, robur multorum consumunt. Seneca: Cauillatio uerborum multum temporis nobis eripuit. Mortem etiam æternam acquirunt aduocati in officio suo. Quod uidetur signatum Genes. 34. ubi Sichem adamauit Dinam, quæ interpretatur causa: cuius occasione deinde occisus est. Notabiliter uerò Sichem dicitur fuisse filius Hemor, qui interpretatur asinus. Homines enim duri & asini, qui in aliis scientiis nequeunt proficere, consueverunt decreta, & decretales audire. Octauo deberet homines cohibere ab hoc officio amor legis diuinæ & conditiones scientiæ decretorum. De amore legis diuinæ, dicit Gregorius: Qui diligit regem, diligit legem. Et psalm. Palpebræ eius interrogat filios hominum. Palpebræ quæ quandoque sunt clausæ, quandoque apertæ, significat sacram scripturam, quæ alicubi est obsecra; alicubi est aperta, quæ interrogat filios hominum utrum amant Deum. Signum enim diuinæ dilectionis est, quum quis laborat libenter in studio sacrae scripturæ. Sacra uerò scriptura multum contemnitur propter scientiam decretorum. Vnde potest dicere, quod dicit Sara ad Abraham, Genes. 16. Iniquè agis contra me: ego dedi ancillam meam in sinum tuum, quæ uidens

quod conceperit, despectui me habet. Ancilla sacrae scripturae est scientia decretorum, quae sacram scripturam despectui habet propter fructum lucri quod ex ea consequitur. Et Genes. 21. Signata est oppressio quam facit scientia lucratiua sacrae scripturae, per ludum quo opprimebat Ismael Isaac. Vnde sicut praecipit dominus, Ecce ancillam & filium eius. Fortè sic necesse esset scientiam illam in magna parte ab ecclesia excludi. Nec solum contemnitur sacra scriptura per scientiam illam, imò etiam blasphematur, & in ea ipse Deus qui legislator est. Quod dicitur figuratum esse Leuiti. 24. ubi legitur, Filius mulieris Israelitidis quem pepererat de viro Aegyptio, iurgatus est cum viro Israelitico, & blasphemauit Deum Israel. Sic Decretista, qui Israelitae sunt in parte quo ad illam partem scientiae quam à lege diuina accipiunt, & Aegyptii quo ad illam partem quam habent à sapientia mundana, blasphemant Deum Israel, dum legem quam ipse dedit paleam uocant, quasi inutilem: quum tamen legatur Eisaie 48. Ego Deus tuus doceres utilia. Ipsi potius paleae sunt, de quibus Matthaei 3. Paleas autem igni comburet inextinguibili. Et Augusti. Si paleam sequearis, palea efficietis.

¶ De conditionibus scientiae Decretorum & similium.

CONDITIONES etiam

scientiae illius deberent homines cohibere ab ipsa. Mobilis enim est, & terrena, tumultuosa, inflatiua, & absque reflectione. Mobilis ideo est: quia per similitudines remotas procedit. Agellius: Leges nostrae sunt telae aranearum, quae fortia animalia trahunt, minus fortia & debilia retinent. Etiam ea de quibus est temporalia sunt. Vnde eam oportet secundum uarietatem temporum uariari. Et quia decreta quodammodo in corde domini Papae sunt, sicut quidam ait, ut ea interpretetur sicut sibi uidebitur. Canonem autem derogatur canone contrario uel tacito consensu Romanae ecclesiae, & usu facientium in contrarium. Ad hanc mobilitatem referri potest quod legitur Ierem. 2. Duo mala fecit populus meus. Dereliquerunt me fontem aquae uiuae, & foderunt sibi cisternas dissipatas quae aquas continere non ualent. Cisterna non ualens continere aquam, est Decretum, quod hodie aquam sapientiae continet & cras non continebit, quia abrogatum erit. Aliter est de lege diuina. Vnde David dicit domino: Iustitia tua iustitia in aeternum, & lex tua ueritas. Non solum uerisimilitudo. & in Evangelio: Caelum & terra transibunt: uerba autem mea non transibunt. Terrena est etiam scientia illa. Vnde sicut terra aquam commixta impedit, ne ibi uideatur: ita terrenitas multos

decret

decretistas impedit ne recte iudicent. Sed lex Dei quae contemptum terrenorum praedicat, quasi aqua clara est, ideo dicitur illi qui lucratiuas scientias sectatur, Ieremias secundo: Quid tibi uis in uia Aegypti: ut bibas aquam turbida? Tumultuosa etiam est, & inflatiua. Vnde per filiquas porcorum intelligitur, de quibus filius prodigus cupiebat implere uentrem suum, Lucae decimo quinto: Siliquae enim porcorum resonant & inflant. ¶ Propter tumultum quem habet scientia illa signantur aduocati per ranas, de quibus legitur Exodi 7. Et in Psalmi. Aedidit terram eorum ranas in penetralibus regum ipsorum. Sed sacra scriptura est pacifica. Vnde David: Pax multa diligentibus legem tuam domine, &c. Et iterum: Contritio & infelicitas in uis eorum, & uiam pacis non cognouerunt. Et Eisaie 48. Utinam attendisses mandata mea, facta fuisset sicut flumen pax tua. Scientia etiam decretorum animam non reficit, sed potius famem temporarium immitit, & quodammodo homines inanit, dum exteriorè apparentiam quarere facit. Ad quod potest referri, quod legitur Eisaie 55. Quare appenditis argentum non in panibus, & laborem uestrum non in saturitate: Et ut breuiter dicamus, aliae scientiae, comparatione sacrae scripturae, scientiae non sunt. Vnde Hieronymus: Literas non no-

uit qui sacras ignorat.

De auaritia ministrorum ecclesiae, & ordine dicendorum de illa.

Et primo de Simonia, & de octo quae faciunt ad eius detestationem. CAP. VII.

Sequitur de auaritia ministrorum ecclesiae. Circa quam hoc modo procedemus. ¶ Primo dicemus de Simonia. ¶ Secundo, de peccato aedificantium Sion in sanguinibus. ¶ Tertio, de peccato choritarum. ¶ Quarto, de peccato mercenariorum. ¶ Quinto, tangemus de signis auaritiae quae apparent in ecclesia Dei. ¶ Sexto, de peccato indignè conscientium. ¶ Septimo, de uitio proprietatum in claustralibus. ¶ Octauo, de auaritia scientiae. ¶ De Simonia primo hic duo dicemus. ¶ Primo ponemus ea quae pertinent ad detestationem simoniae. ¶ Secundo, diuisiones quae pertinent ad simoniae. ¶ Octo uerò sunt quae faciunt ad detestationem ipsius. ¶ Primum est illud uerbum Damasi papae: Omnia crimina ad comparationem simoniae haereticis, quasi pro nihilo reputantur. In quo uerbo dupliciter detestabilis ostenditur, & quia ostenditur excedere caetera crimina, & quia haereticis comparatur. In multis etiam aliis locis uocatur haereticis peccatum illud. Vnde Nicolaus papa: Statuimus decretum de simoniaca tripartita haereticis, & super illud Matthaei uicesimo primo: Et cathedras

uendentium columbas euerit, dicit Gloss. Hinc est, quod hæresis simoniaca damnatur. Et super illud Ioann. 2. Et his qui columbas uendebant &c. dicit gloss. interlin. Specialiter damnatur simoniaca hæresis. Et act. 8. Vbi dicit Petrus Simoni mago: Pœnitentiam age ab hac nequiritia tua. dicit gloss. interlinear. idem est, à duplici malo cupiditatis & prauæ fidei. Et in ueritate simoniaci, quantum ad hæc, hæretici sunt, quod æstimant mente uel factò quod impretiabile est, sub uili pretio cadere, & separant corpus ecclesiæ à suo capite, sicut hæretici, ut inferius ostendetur. ¶ Secundo uerò facit ad detestationem simoniæ, hoc, quod ipsa est spiritualis sodomia. Sicut enim in sodomia corporali facit contra naturam ille qui est opus naturæ: sic in simonia facit contra gratiam ille qui est opus gratiæ, quia à gratia est redemptus. Et sicut in die iudicii obmutescet sodomita secundum interpretationem sui nominis, quia hostis fuit naturæ quæ eum fecerat: quantum enim in se est, sodomita genus humanum destruit: sic obmutescet simoniacus, qui hostis gratiæ fuit, à qua redemptus fuerat. Et sicut secundum legem naturalem sodomia uel maximum peccatum, uel unum de maximis iudicatur, quia est contra naturam. In tempore gratiæ secundum legem euangelicam ma-

ximum peccatum iudicatur simonia, quæ propriè est contra gratiam. Propriè enim facit contra illud Matthæi 10. Gratis accepistis, gratis date. Vnde rectè significati sunt simoniaci per Sodomitas, uolentes infringere fores Loth. de quibus Genesis 19. Iamque propè erat ut infringerent fores Loth &c. ¶ Tertium quod facit ad detestationem simoniæ est magnus zelus quem legunt sancti habuisse contra peccatum istud. unde 4. Regum 5. dixit Eliseus ad Giezi: Lepra Naaman adhærebit tibi, & semini tuo in sempiternum. Et Dominus in suo primo aduentu non legitur contra aliquod peccatum ita exarsisse, sicut contra istud. Vnde bis legitur eicisse ementes & uendentes de templo. De prima eiectione habetur Ioan. 2. De secunda, Matth. 21. Venerat dominus iudicari, non iudicare, & ut in mansuetudine peccata toleraret, non ut ea puniret, & tamen contra istud peccatum, imò figuram istius peccati mansuetudinem seruare noluit: sed quasi iratus cum flagello de funiculis factò, mensas nummulariorum, cathedras uendentium columbas euerit: & licet primus aduentus esset misericordiæ, tamen de hoc peccato iustitia se intromisit. Vnde Bernard. ad Eugenium, apam loquens de peste simoniæ: Intuerè, inquit, magistrum: non parat aures ut audiat, sed flagel-

lum

lum quo feriat: uerba nec facit, nec recipit: nec enim sedet iudicans, sed insequitur puniēs. Causam tamen non tacet, quod scilicet domum orationis domum negotiationis fecissent. Ergo & tu fac similiter. Erubescant uultum tuum istiusmodi negotiatores, si fieri potestis non timeant. Timeant nummularii, non confidant in nummis, sed diffidant. Abscòdentes suum à te, scientes effundere quàm accipere paratiorem. Propter zelum quem habuit dominus contra hoc peccatum, scriptum est in Psal. in persona eius, Zelus domus tuæ comedit me. Etiam peccatum ludæ uoluit dominus patienter tolerare, sed istud peccatū noluit. Petrus etiā magnum zelum habuit contra istud peccatū, quando dixit Simoni mago, Pecunia tua tecū sit in perditionē, ut legitur Act. 8. Quantū etiam zelum habeat ecclesiæ contra hoc peccatum, satis patet illis qui canonici iuris peritiam habent.

¶ De xii. contumelijs Simoniæ.

QVARTO facit ad detestationem simoniæ multiplex contumelia, quam facit istud peccatū Deo: & ponemus ad presens XXX. denariis. Iudas etiā cum de hoc peccato pœnituit, pœnitentia ductus reddidit XXX. argenteos, quibus Christum uendiderat: sed simoniaci ad pœnitentiam induci non possunt ut ea restituant quæ per simoniam acquisierunt. ¶ Secunda contumelia est, quod Deum

simoniaci uendunt: sed Spiritus sanctus Deus est, uendunt ergo simoniaci Deum. Alter etiam uendunt Deū, dum Christū in sacramento altaris uedunt pro pecunia celebrando. Nec est parua contumelia ista. Non est aliquis ita pauper in mundo qui nō multū indignaretur, si quis uellet ducere eum ad forum, & ibi eū uenalem exhibere tanquā iumentū suum: quanta ergo contumelia est Deo, cum ipse uenalis exponitur ab his à quibus præcipuè honorandus esset? Sufficere deberet talibus quod Christus semel peccatis eorum ueditus est. Venditores isti deteriores uidentur esse Iuda in his quinq;. Vendunt immortalem, & iam glorificatū quem Iudas uendidit mortalem & in statu humilitatis: maior autem contumelia est quæ fit alicui in statu honoris, quàm in statu humilitatis, unde contumelia illata militi, maior est, quàm si inferatur domicello. Nec semel tantum eum uendunt ut Iudas, sed plus quàm centies: minori etiam pretio eum uedunt quàm Iudas. Credunt etiā eum Deum esse, quod non credebat Iudas, cum uendidit XXX. denariis. Iudas etiā cum de hoc peccato pœnituit, pœnitentia ductus reddidit XXX. argenteos, quibus Christum uendiderat: sed simoniaci ad pœnitentiam induci non possunt ut ea restituant quæ per simoniam acquisierunt. ¶ Secunda contumelia est, quod Deum

uenditorem estimant: quod non est parua contumelia. Si enim aliquis rex uel comes ualde liberalis requiratur super uenditione uestium suarum uel armorum, pro magno malo habet: quid mirum ergo si pro malo habeat ille, qui est liberalissimus largitor omnium, qui omnia quæ fecit, ad largiendum fecit, quædam ut eis largirentur, alia ut ea largiretur, qui munera sua dat bonis & malis, gratis & ingratis, amicis & inimicis, qui rogat ut ab eo petatur? Hanc contumeliam innuit Petrus, ubi dicit Simoni: Quia existimasti donum Dei pecunia possideri, quasi diceret, donator existimasti uenditorem. Et Io. 2. dicit Dominus: Nolite facere domum Patris mei domum negotiationis. Domum Dei domum negotiationis facit, qui Deum negotiatorem existimat. ¶ Tertia contumelia est, quod donum Dei contemnit, quum illud quod adeo pretiosum est, quod pretium est regni celorum, luto temporalium parificat, in quo etiam ipsum donatorem contemnit. Non solet parum displicere hominibus quum aliquis bona eorum contemnit: ut patet in mercatoribus & artificibus: præcipue uero quum dona eorum contemnuntur. Et hoc multum solet retrahere etiam ipsos liberales homines à largiendo, unde dominus Matth. 7. prohibuit ne dona eius largirentur talibus: Nolite, inquit, margaritas

spargere ante porcos, id est, pretiosa de terra dare contemptoribus. ¶ Quarta contumelia est, quod simonia aufert Deo ostium ecclesie: quod dominus maxime uoluit seruare: propter quod ostium se dixit. Ioannis 10. Sicut aliquis solet se ponere in medio ostii, quum uult seruare ne quis ingrediatur nisi de uoluntate eius. In quo uerbo significat dominus, quod quasi uolentiam ei faciet, qui nisi per eum intrabit. Ad ostendendum etiam hoc quod ingressum ecclesie maxime seruari uoluit, intrauit ipse ad discipulos ianuis clausis: qui enim ingressum bene uult seruare, solet aperire uolenti ingredi, quantum minus potest de ostio. Et multum placeret ei si ille qui debet ingredi, ostio omnino clauso ingredi posset. Ad idem ostendendum iussit Dominus Exod. 12. Postes ostii sanguine agni intingi. quasi diceret, saltem ostium ecclesie quod proprio sanguine emi, habere uolo. Hac de causa tradidit ipse clauis ecclesie Petro: quia amabat eum ardentius ceteris. Per simile etiam potest idem manifestari in munitioibus, dum guerre sunt, portæ solent præcipue custodiri. Vnde turres consueverunt fieri super eas. ¶ Quinta contumelia est: quia simonia procurat ut ecclesia quæ sponsa Dei est, aliunde grauida sit, quam à sponso suo. Ecclesia de solo Spiritu sancto concipere deberet: quod

quod figuratum est in beata Virgine, quæ inuenta est habens in utero de Spiritu sancto. Matt. 1. Sed simonia facit quod ipsa concipiat de spiritu maligno. Vnde mirum est, quod sponsus eius non deserit eam. Ioseph enim uoluit dimittere beatam Virginem, dum dubitaret unde ipsa concepisset. ¶ Sexta contumelia est, quod Deum facit nutrire filios adulterinos. ¶ Septima contumelia est, quod filios Dei ex hereditate à patrimonio Christi, & filios diaboli ibi heredes constituit, iuxta illud Ecclesiastic. 23. Omnis mulier relinquit uirum suum, peccabit statuens hereditatem ex alieno matrimonio. ¶ Octaua contumelia est, quod Deum idololaticum facit, idolo auaritie eum offerens: & in hoc detestabilior est simonia aliis speciebus auaritie. Simonia enim non sufficit quod alium Deum constituat, sed proprium Deum idolo suo immolat, quum pro pecunia celebrat. Magna contumelia esset domino alicuius castri, si subditi eius alium dominum constituerent: sed longe maior esset, si domino constituto uerum dominum captum offerrent. ¶ Nonna contumelia est, quod illud peccatum nulli loco, nullæ personæ desert. Alia peccata sancti locorum deferunt. Nullus enim fornicaretur in ecclesia uel iuxta altare: sed simonia ipsa etiam altaria inuadit. Vnde Ierem. 17. dicitur, peccatum Iuda

exaratum esse in cornibus, ararum eorum. Per peccatum Iuda, peccatum clericorum intelligitur, qui debent uacare confessioni diuine laudis. ¶ Ista est quæ iuxta filium uirginis ponit idolum cupiditatis, ut uideatur impletum illud Daniël. 9. Er in templo erit abominatio desolationis. Simonia non deserit Deo, nec angelis eius. Interest enim cum diuina celebrantur, licet Christus præfens sit, in quantum Deus, & in quantum homo cum angelis suis. In hoc simoniaci demonibus detestabiliores sunt: quia demones timet Christum & angelos eius, ipsi uero non. ¶ Decima contumelia est, quod eisdem utitur simonia ad hominum iniquationem, quæ Christus instituit ad eorum sanctificationem. Vnde bene uidetur triumphasse diabolus de ecclesia, quando ecclesia impugnat propriis armis, & quasi proprio baculo percussit eam. ¶ Undecima contumelia est, quod latrones & sacrilegos facit obtinere locum & uicem Dei. Simoniacus enim latro est. Vnde Ioan. 10. Qui non intrat per ostium in ouile ouium, sed ascendit aliunde, ille fur est & latro. Vnde super illud Matth. 21. Vos autem fecistis illam speluncam latronum, dicit glossa. Latro est qui lucra sedatur, qui non dantes corporaliter persequitur: & dantes spiritualiter necat. Et dum læsionem proximi cogitat, quasi latro sedet in spelunca. Sacrilegus etiam est si-

moniacus, quia sacra sunt ea circa quæ latrocinium suum exercet. Absurdum enim est dicere eum sacrilegum qui furatur uel rapit calicem alicuius ecclesiæ, & non dicere eum sacrilegum qui furatur uel rapit totam ecclesiam cum calice & aliis quæ ad eam pertinent. Dupliciter autem potest dici simoniacus fur, & respectu illius cuius bona contrectat eo nolente, & respectu pauperum quos bonis ecclesiæ defraudat. Unde quum prælatus uicem Dei obtineat: quando simoniacus prælatus efficitur, latro & sacrilegus uice Dei in ecclesia fungitur. ¶ Duodecima cõtumelia est, quod ecclesiam Dei iumentis & reptilibus replet. Suffodit enim murum ecclesiæ, scilicet prælatum, præcipuè si terrenus sit: iuxta illud Gen. 49. Simeon & Leui fratres, uasa iniquitatis. Et subiungitur: Voluntate sua suffoderunt murum. Et interponit Iacob quandam orationem, quæ frequenter facienda esset prælatis ecclesiæ. In consilio eorum non ueniat anima mea. Minus enim periculosum esset prælatis ecclesiæ habere in consilio suo homines demoniacos quam simoniacos. Suffosso uero muro ecclesiæ, intrat multitudo reptilium & iumentorum. iuxta illud Ezechiel. 10. Ingredere, & uide abominationes pessimas. Et subditur: Et ingressus uidi, & omnis similitudo reptilium & animalium abominatio. Quum aliquis lu-

xuriosus in aliqua ecclesia beneficiatur, porcus tunc in ecclesia ingreditur. Quum aliquis anathematis & rixas præficatur, tunc canis in ecclesiam ingreditur.

¶ De multiplici damno quod prouenit de Simonia.

QVINTO facit ad detestationem simoniæ multiplex damnum, quod inde prouenit Deo & ecclesiæ eius. ¶ Primum autem damnum est, quod Deus per eam quasi ecclesiam amittit, dum amittit ingressum & egressum eius. Non enim est dominus alicuius castri, qui non habet ingressum & egressum in eo. Ideo dicebat Psal. dominus custodiat introituum & exitum tuum &c. Aliud damnum est, quod ecclesiam quæ deberet esse habitaculum filiorum Dei, cõuertit in speluncam latronum, iuxta illud Matth. 21. Scriptum est, Domus mea domus orationis uocabitur, uos autem fecistis illam speluncam latronum. In hoc deteriores uidentur esse prælati ecclesiarum principibus secularibus: quia illi in potestate sua speluncas latronum non tolerant: sed illi sustinent claustra in qua simoniacè intratur. Iudicio domini sunt speluncæ latronum. Satis latrones sunt qui patibulo inferni iam sunt adiudicati. Aliud damnum est, quod ubi Deus debuit honorari, ibi exercetur idololatria. Illi enim quos aurum & argentum intraduxerunt, argento & auro quasi Deo seruiunt, unde Osee 8. Ipsi regna

regnauerunt, & non ex me, principes extiterunt, & non cognoui. Argentum suum & aurum suum fecerunt sibi idola. Qui dignitatem emit, uult postea uendere quæ ad dignitatem pertinent. Unde super illud Aetiu 8. de Simone mago, dicit Glo. Spiritu emere uolebat ut aliis uendens plus accipere posset. Et sicut beatus Bernardus dicit, Qui infideliter intrat, & non per Christum, quid nisi infideliter agit, & contra Christum? Ex quo Christus non introducit aliquem in ecclesiam, post non cognoscit eum. Unde Petrus introductus ab ancilla ostiaria in atrium principis sacerdotum, dixit se Christum non cognoscere. Ancilla ostiaria caro est quæ habet quinque sensus quasi ostia anime. Ancilla ergo ostiaria illum introducit, quem carnalitas introducit. Aucter etiam simonia ecclesiæ Spiritum sanctum: quod uideatur esse signatum in hoc, quod ignis sacer qui per LXX. annos Babylonicæ captiuitatis uixerat, sub aquis extinctus est, Antiocho uendente sacerdotium Iasoni: sicut dicit Augustinus. Per quem ignem figurabatur Spiritus sanctus. Et hoc est maximum damnum quod possit fieri ecclesiæ Dei, sicut maximum damnum quod possit corpori nostro est, si auferatur ei spiritus à quo habet totum suum ualorem. Simonia etiam facit ut ecclesia quæ sponsa Dei est, & deberet Deo filios

generare, generet monstruosas talpas, serpentes, & etiam asinos cornutos. Quum in aliqua ecclesia canonicatur uel profitetur aliquis avarus, possunt dicere canonici illius ecclesiæ, Mater nostra quum fratrem nobis generare debuit, pro fratre nobis talpam generauit. Quum uero canonicatur aliquis detractor, tunc serpentem generat illa ecclesia: iuxta illud Ecclesiastic. 10. Si mordeat serpens in silentio, nihil eo minus habet qui occulte detrahit. Quum uero indiscretus aliquis episcopatur in aliqua ecclesia, tunc asinus cornutus in ea nascitur. Nihil enim aliud est stolidus mitratus, quam asinus cornutus. Asinus enim est per stoliditatem cornutus per mitram. Sexto facit ad detestationem simoniæ hoc, quod peccatum hoc reddit hominem exosum Deo & hominibus. unde Ecclesiastic. 20. Qui potestatem sibi assumit iniuste, odietur. gloss. dicit, A Deo & hominibus. Frequenter enim licet simonia sit occulta, tamen hominem reddit exosum hominibus. Punit enim Deus eum in hoc, quod apud homines gratiam non habet. Septimo facit ad detestationem simoniæ hoc, quod ipsa uitiatur radicè, unde ea quæ sequuntur uenenata uel saltem inutilia reddunt. Ad quod referri potest illud Osee 9. Radix eorum excicata est, fructum nequaquam facient. ¶ Octauo & ultimo facit

ad detestationem simonia hoc, quod simoniaci difficile saluantur, & hoc duabus de causis. Primo, propter magnitudinē peccati. Secundo, quia oportet resignare beneficium quod simoniace acquisierūt, unde sunt quasi nassa diaboli. Piscis qui nassam ingressus est, non de facili per locum per quem intrauit regreditur, & per alium locum non exit nisi captus. Sic non de facili renuntiat homo beneficiis quæ simoniace habet, & non aliter saluatur, unde quasi unū pedē iam habet in inferno. Unde diligenter debet homo cauere quomodo intrat in ecclesiā: nisi enim caueat sibi, in inferno quasi ponit pedem suum. Ideo dicitur Eccle. 4. Custodi pedem tuum ingrediens domū domini. Qui emit beneficium ecclesiasticū, similis est illi qui emeret ut magna moles terræ super eum caderet quæ eum opprimeret, & nō permitteret eum surgere. Ad difficultatē saluandi quæ est simoniaci, potest referri illud Ierem. 17. Peccatum Iuda scriptum est stylo ferreo, in ungue adamantino, exaratum super latitudinem cordis eorum, per Iudam clerici intelliguntur, quorum est intendere confessioni diuinæ laudis. Ad quos pertinet peccatum simoniæ, quod innuitur scriptū esse quasi indelebiter per hoc quod dicitur stylo ferreo, qui idoneum instrumentum est ad scribendum, & per hoc quod scriptum est in adamantino

simili ungui, id est, nitido & plano. Scriptura enim in tali materia facta diutius durat. Sed quia scriptura quæ indelebilis est, potest amitti, ideo subditur: Exaratum super latitudinē cordis eorum. Et ostenditur quod hæc scriptura sit in tabula cordis, quæ nō potest ab eis uel amitti uel relinqui. Ad eandem difficultatē pertinet quod dicit Petrus Simoni mago Actuum octauo: Pœnitentiam age ab hac nequitia tua, & roga Deum si fortē remittatur tibi hæc cogitatio cordis tui. In felle enim amaritudinis & obligatione iniquitatis uideo te esse.

¶ *De diuisionibus Simonia.*

POST ista ponendæ sunt diuisiones quæ faciunt ad detestationem simoniæ, & quæ pertinent ad simoniā. De quibus tres tantum ponemus. Et est prima diuisio, quod inter eos qui simoniā committunt, alii committunt eam emendo, ut Simon magus, qui propriè simoniaci dicuntur. Alii uerò committunt eam uendendo, ut Giezi, qui Gieziæ uocantur. Aliquando tamen largè uocantur simoniaci & isti & illi. ¶ Secunda diuisio est, secundum diuersitatem munerum per quæ simonia committitur.

¶ *De quadruplici Simonia.*

COMMITTITVR autem simonia quadruplici munere: uel delicet cum quis obtinet aliquid quod spirituale per pecuniā, uel per adulationem, uel per preces

can

caruales, uel per obsequiū fordidum. De primo legitur 3. Reg. 13. quod quicumque uolebat implebat manū Ieroboam, & fiebat sacerdos excelsorum, & sequitur quod propter hanc causam dominus Ieroboā euerfa est & deleta de superficie terræ. Si uēditio sacerdotii idolorum sic iudicata est à domino: quomodo uindicabitur uenditio ueri sacerdotii? Adulatio uerò ualde timēda est. Penetrat enim cor hominis, & quasi insensibiliter: propter quod oleum uocatur in Psalm. Oleum autē peccatoris non impinguet caput meum. Et alibi: Intrauit sicut aqua in interiora eius, & sicut oleū in ossibus eius. Et sit sermo in maledictione: adulatio enim oleum est, & maledictio in quantum tormēta parat. Unde glōs. super illum locum: Quæ male delectat, dicuntur maledictio, quia tormēta parant: à precibus autem carnalibus diligēter cauendū est. Unde Bern. Vbi non licet facere, quis locus rogāti? alius pro alio, alius forte pro se rogat. Pro alio rogans sit suspectus: qui rogat pro se, iam iudicatus est. Exemplum non acquiescendi precibus carnalibus dedit nobis dominus Ioannis 2. ubi dicit matri suæ uolent ut faceret miraculū: Quid mihi & tibi est mulier? Innuens se non habere ex ea potestatem faciēdi miracula, & Matt. 20. Non staudiuit materteram suam pe-

tentem ut daret hanc dignitatē Iacobo, & Ioanni, ut unus sederet à dextris in regno eius, & alius à sinistris. Exemplum etiam non rogandi pro beneficio nepotibus obrinēdo, habemus Genes. 18. ubi Abraham rogauit dominum ne Sodomam destrueret: nō enim uoluit eum rogare specialiter de nepote suo Loth ut eum ab incendio liberaret. Et dicebat cantor Parisiensis bonæ memoriæ, quod uix rogasset pro beneficio nepoti suo impetrandō, qui noluit rogare dominum ut nepotem suum ab incendio liberaret. De illo uerò qui per obsequium uult obtinere beneficium, dicit beatus Bernard. Circuit sedulus explorator, sequitur, & obsequitur, simulat & dissimulat, manibus ac pedibus respiciens si quomodo possit intrudere in patrimonio Crucifixi. ¶ Tertia diuisio est secundum diuersitatem eorum quæ uendere simoniaci uolunt: quia inter bona spiritualia quæ ipsi uendere uolunt, quædam sunt spiritualia, quia illis acquiritur Spiritus sanctus, ut orationes ecclesiæ. Quædam uerò spiritualia, quia illis confertur uel agitur gratia Spiritus sancti, ut sunt sacramenta ecclesiæ, præterquam matrimonium & societas ecclesiastica, & officia uel dignitates ecclesiæ. Quædam uerò dicuntur spiritualia, quia ipsis habetur Spiritus sanctus, ut scientia & uirtus. Scientia enim habet urinquantū illum

illuminans, & ideo prohibetur uendi scientia. Prouer. 23. ubi dicitur, Noli uendere sapientiam, doctrinā, & intelligentiā. Virtute uerò habetur Spiritus sanctus inquantū afficiens animā. Quædā uerò dicuntur spiritualia, quia per ea ostēditur haberi Spiritus sanctus, ut miracula: quædā uerò dicuntur spiritualia largē sumpto nomine, quia spiritualibus exercitiis deseruiunt, ut sunt uasa & uestes ecclesie. Quædam uerò dicuntur spiritualia, à quibus illi sustentantur qui spiritualibus exercitiis sunt intenti, ut sunt decimæ. Sed ista duo ultima genera potius dicenda sunt annexa spiritualibus, quàm spiritualia.

De peccato ædificantium Sion in sanguinibus. & de tribus quæ faciunt ad eius detestationem.

C A P. V I I I.

Post peccatum Simoniz, dicitur ædificantium Sion in sanguinibus. Triā uerò sunt quæ facere possunt ad detestationem huius peccati. Primum est maledictio, quā facit talibus Spiritus sanctus. Habacuc 2. Vx, inquit, qui ædificant ciuitatem in sanguinibus, & præparant urbem in iniquitate: id est, per iniquitatem. Collatio beneficiorū facta cōsanguineis, quædā preparatio est ut habeant urbem ecclesie concordem ad omnē iniquitatem quam facere uolunt. Secundō, ualent ad detestationem huius uitii, diuersa exēpla & uerba scripturæ. Et de

exemplis sufficiat ponere octo. Octa exempla contra carnalē amorem. Primum est, quod legitur de Carone, quod nullū dilexit priuato amore, & nullum odiuit priuato odio. Secundum est, exemplum Abrahæ: cui precepit dominus Genes. 22. quod offerret ei unigenitum suum in holocaustum. Idem uolens ostendere in facto illo quod postea docuit uerbo; ubi dixit: Qui non odierit patrem & matrem propter me, non potest meus esse discipulus. Abraham figuram tenet prælatorum, quos non uult Deus carnalem amorem habere ad parentes suos, imō uult paratos esse ad interficiendum eos si ipse præciperet. Vnde Exod. 32. dicit Moyses filiis Leui, cum commisissent peccatum idololatriæ: Occidat unusquisque fratrem suum, & amicum, & proximum suum. Tertium exemplum est Melchisedech, de quo Apostolus ad Hebræos 7. Melchisedech rex Salem sacerdos Dei summi. Et subiungitur: Sine patre, & sine matre, & sine genealogia. Non facit mentionē de patre uel de matre Melchisedech, qui proprie figurat sacerdotes nouæ legis: ut ostēdat carnalem amorem longe debere esse à sacerdotibus. Quartū exemplū est Moysi, de quo habetur Exod. 4. quod cum iret ad liberationē populi, & duceret uxorē suam, & filios suos, cum esset in itinere in diuersorio, uoluit eū dominus occidere.

Scieb

Sciebat enim Deus uxorem & filios sibi fore impedimento. Quintū exemplū est, Exod. 18. Vbi dicit lethro Moysi: Prouide de omni plebe uiros potētes & timētes Deum, in quibus sit ueritas, & qui oderint auaritiam, & cōstitue ex eis tribunos. De omni plebe, & non de cōsanguineis cōsuluit tribunos cōstitui & uiros potētes, non puerulos, sicut fit hodie in ecclesia. Pueris enim traditur ecclesie qui nō eas possunt fecundare, sed uicarios ponunt, cum ualde ridiculosum sit aliquē matrimonium cōtrahere qui non potest fecundare propter solam fiduciā ponendi uicarium. Sextum exemplum est, in Num. 17. ubi dicit dominus Moysi: Contēplare terram quam daturus sum filiis Israël. Cūq; uideris eam, ibis tu ad populum tuū. Cui respondit Moyses: Prouideat dominus Deus spirituum omnis carnis hominem qui sit super multitudinem hanc. Et Deus ad eum: Tolle Iosue filium Nun, in quo est spiritus domini. Non petit Moyses aliquem de filiis cōstitui ducē. Vnde Hieron. Moyses amicus Dei, cui facie ad faciem locutus est Deus, potuit utiq; successores principatus filios suos facere, & posteris propriam relinquere dignitatē: sed extraneus de alia tribu eligitur Iosue, ut sciremus principatum in populos non sanguini deferendum esse, sed uitæ merito. Dominus eū innuit ibi quales sint

eligendi, ubi dicit, Tolle Iosue in quo spiritus domini. Septimum exemplum est in Petro, cui dedit dominus principatum ecclesie, Matthæi 16. quia ardētioris amoris erat. Habebat dominus cognatum germanum magis literatum, scilicet Ioannem, non minorē honestate, quia uirgo erat, & inter ceteros magis dilectus: noluit tamen dare ei principatum ecclesie: matrem suam commendauit ipsi Ioanni, quasi carnem carni: sed ecclesiam commendauit Petro, quia enim ardentius amabat. Octauum exemplū, in Actibus Apostolorum 1. ubi legitur, quod Apostoli statuerunt duos, scilicet Ioseph & Mathiam, ut alter eorum apostolatus Iudæ susciperet. Et cum Ioseph iustus esset, & haberet tres fratres apostolos, scilicet Iacobum minorem, & Simonē, & Iudam, & duos cognatos, scilicet Iacobum maiorem, & Ioannem, & ipse dominus apostolorū eius cognatus esset, tamen Mathias ei prælatus est.

De uerbis Sacra scriptura quæ ualent ad detestationem carnalis amoris.

PR I M O ponamus illud quod legitur Deuter. 33. ubi Moyses benedixit filiis Leui: Qui dixit patri suo, & matri suæ, Nescio uos: & fratribus suis, Ignoro illos: & nescierūt filios suos. Illi qui studierunt eloquiū tuum. Illi qui habēt carnalem amorē, uix possunt mandata Dei seruare. Ma-

lum

lum enim quod pro se non facerent, faciunt pro parētibz suis. Tales non cōtendūt intrare per angustā portā, cūm per amorem ligēt se simul, ut unus intrare nō possit, nisi omnes intrēt. Iuuant enim se inuicem etiam in malis. Quomodo intrabunt xl, simul congregati per angustā portam per quā uix unus intrat? Secunda ponemus illud uerbū P salm. Non congregabo conuenticula eorū de sanguinibus: id est, non erūt carnales cōuentus ecclesie, sicut fuerūt synagoge. Tertio illud Ioan. 1. Qui nō ex sanguinibus, neq; ex uoluntate, &c. & loquitur de illis qui credunt in nomine Christi. Quarto illud Matthæi 16. Beatus es Simon Bariona: quia caro & sanguis nō reuelabit tibi, Cuius contrariū potest dici prælato qui ex carnali amore confert beneficia sua. Væ tibi Simoni nō Bariona, sed satana: quia caro & sanguis reuelauit tibi, nō Pater meus qui in cælis est. Quinto illud uerbum Domini Matt. 10. Qui amat patrē & matrem plus quā me, nō est meus discipulus. Sexto illud Matth. 8. quod dixit dominus uni de discipulis suis rogātū ut permitteret eū sepelire patrē suū; Sequere me, inquit, & dimitte mortuos sepelire mortuos suos. Noluit discipulū exhibere patri suo officiū sepulture, cūm tamen illud officiū sit unum de officiis maximē debitis inter amicos. Hieron. Ob amorem Christi obtinenda est sepul-

tura patris, pro cuius etiā amore nullus relinquendus est inhumatus. Septimum est illud Matthæi 18. Si manus tua uel pes tuus scandalizant te, abscinde eum, &c. Et iterū, Si oculus tuus scandalizauerit te, erue eum, &c. Manus est adiutor ualde necessarius, uel pes: oculus consiliarius ualde necessarius, à quibus tolerabilius est separari q̄ à Deo separemur. Nec mirum, cūm Deus caput animæ sit. Abscisio uero capitū indubitātē magis timenda est, quā abscisio manus uel pedis, sed multi semimortui uel semiuui, iuxta illud Luc. 10. Semiuui relicti, de abscisioe uerū capitis spiritualis non curāt, sicut corpus mortuū de abscisioe capitū corporalis nō curat. Octauum est illud Matth. 12. quod dixit dominus turbæ dicentī, Ecce mater tua & fratres tui foris stāt querētes te: Quæ est, inquit, mater mea & fratres mei? Et respiciens eos qui in circuitu sedebant, ait: Ecce mater mea & fratres mei. Qui enim fecerit uoluntatē Patris mei q̄ in cælis est, ipse meus frater & soror & mater est. Nonum est, illud Gen. 3. Quam obrem relinquet homo patrem & matrē, & adhærebit uxori suæ. Amor filiorū spiritualiū quos generat prælatus de ecclesia, ad eū deberet amorem eius attrahere ut parentum carnalium obliuiscatur à quo instruitur. Arbor enim humorē naturaliter mittit ad ramos, & non ad radicem.

De

¶ De multiplici malo quod prouenit ex carnali amore in ecclesia Dei.

TERTIO ualet ad detestationem carnalis amoris in ministris ecclesie multiplex malū, quod facit hoc peccatum in ecclesia Dei. ¶ Est est primum malum, quod oculū ecclesie in multis locis sanguis operit, ita quod in multis locis non plus uidet ecclesia de oculo quā de calcaneo. Oculus ecclesie clerus est, quem carnalis amor alicubi sic excæcat, ut mulierculæ melius uideant in spiritualibus, quā ipsi: ut uideatur illud propheta: impletum, Erit sicut populus sic sacerdos, ¶ Secundum malum est, quod inutilem reddit constitutionem illam ecclesie quæ est de continentia seruanda ab his qui sacros habent ordines: hoc enim statutū est ad carnalem amorem excludendū ab ecclesia, sed sicut dicit Alexander Papa: Deus abstulit nobis filios, sed diabolus dedit nobis nepotes. ¶ Tertium malum est, quod carnalis amor est quasi quoddam bitumen quo arca ecclesie bituminata est hodie, ne spiritus sanctus intret: iuxta illud Iob penul. ubi loquitur de Behemoth: Corpus eius quasi scuta fistilia, compactū squamis sese prementibus: Vna uni coniungitur, & ne spiraculū quidē incedit per eas. Hoc bene appareret cū aliqua correptio uel electio debet fieri in aliqua eccle-

sia. ¶ Quartum malū est, quod carnalis amor est quasi quædam catena, qua ligatos simul custodit diabolus ministros ecclesie ne ei euadant, sicut duæ equæ solent simul ligari ut una aliā custodiat: si enim eorum unus qui amore carnali ligati sunt ad religionem uelut transuolare, amor parentum retinet eum.

¶ De triplici infidelitate carnalium.

QUINTUM malū est infidelitas magna quam facit hoc peccatum in ministris ecclesie, quæ infidelitas tripliciter potest ostendi, ¶ Primo sic, si princeps aliquis peregrinē proficiscēs tradidisset alicui de subditis suis terram suam tēpore opportuno filijs suis diuidendā, & subditus terram illam proprijs filijs diuideret, & filios domini exhæredaret, nunquid non infidelis ualde esset? Sic prelati ecclesie ualde infideles sunt qui patrimonium Christi, quod filiis Christi deberent diuidere, consanguineis suis tribuunt, ¶ Secundo potest ostendi infidelitas ista per illud uerbum beati Bernar, Mira res, inquit, est, Episcopi habent ad manum cui credant animas: cui autem credant facultates suas, non inueniuntur. Et subdit: Vnde liquidō datur intelligi quod d patientius ferimus iacturam Christi, quā nostrā. Quādoque aliquis episcopus alicui nepotulo suo quinque millia animarum committit, cui decem pira nō committit,

M m teret.

teret. ¶ Tertio potest ostendi infidelitas ista praelatorum per hoc, quod ipsi infideles sunt erga consanguineos suos, quibus beneficia ecclesiastica conferunt, quod sic potest ostendi. Nunquid David iniquus fuit, & infidelis erga Uriam quem fecit poni ex aduerso belli, ubi fortissimum erat praelium, ut legitur 2. Reg. 11. Sic infidelis est episcopus qui nepotulo suo praelationem confert, cum sciat eum imbellem, & sciat totum pondus praelii spiritualis uersum super praelatos. Vnde 1. Reg. 11. legitur quod totum pondus praelii uersum est in Saul. Nunquid Pharaon iniquus fuit in paruulos Iudaeorum, cum praecepit populo suo ut quod nasceretur de Iudaeis masculini sexus, in flumen proiiceretur? Sic iniqui sunt praelati in nepotulos suos quos in flumen deliciarum & diuitiarum proiciunt, ubi spiritualiter submerguntur. Vnde nepotuli huiusmodi consueuerunt esse locatores. Præterea quæ maior impietas quam super puerulum unum ponere pondus ipsius angelicis humeris formidandum, gigantibus uix portabile? Ad primum pertinet illud Bern. Parati sunt filii hominum ad honores, ad celestitudines gradum ecclesiasticorum ipsis angelicis humeris formidandos. Vnde cuiuslibet animæ legitur unus angelus deputatus esse. Ad secundum pertinet illud Job 26. Ecce gigantes gemunt sub aquis, id est, perfer-

atissimi uiri sub populis. Quæ maior impietas, quam illi qui ad eum imbecillis est, quod stare non potest quin ad uentum tentationis cadat, superponere unum magnum castrum uel unam magnam molam? De onere isto uidentur conqueri Moyses Num. 11. dicens: Cur imposuisti pondus uniuersis populi huius super me? Fortem oportet esse colunnam super quam ponitur domus una, Quanta ergo fatuitas est super uirgulam unam etiam arundineam uillam unam ponere? Sexto peccatum istud facit praelatos ecclesiæ amittere amicum fidelissimum & propinquissimum pro amicis carnalibus, qui uerius inimici dici possunt: iuxta illud Propheta: Inimici hominis domestici eius: Amicus fidelissimus Christus est, quo nullus maior est charitate habuit, de hoc amico legitur Eccl. 6. Amico fidei nulla est comparatio, & non digna ponderatio auri & argenti. Vnde usualiter dicitur: Amplius ualeat amicus in platea, quam aurum in arca. Valor huius amici in morte apparet, quando ceteri amici hominem relinquunt, Nescit homo quid amittat amittendo istum amicum, donec post mortem arguet eum conscientia sua dicens: Deum qui te genuit dereliquisti, & oblitus es Dei creatoris tui, unde Ierem. 2. Arguet te malitia tua, & auersio tua increpabit te. Scito & uide, quia malum est & amarum

rum reliquisse te dominum Deum tuum. Ideo dicitur Eccl. 6. Noli fieri pro amico inimicus proximo, Christo scilicet, qui propinquior est inter amicos tuos: unde de proximo uocatur Luca 10. ubi dicitur: Quis horum proximus tibi uideatur fuisse illi qui incidit in latrones? Et subditur: Qui fecit misericordiam in illi. Huic præ ceteris amicis adherere debemus. Mihi autem adherere Deo bonum est, ait Dauid. ¶ Septimo peccatum istud est radix & occasio multorum magnum peccatorum, unde in Iuda fuit hoc peccatum initium malitiæ eius. Ex amore enim carnali quem habebat ad uxorem & liberos suos murmurauit ipse de effusione unguenti unde Ioan. 12. Quare hoc unguentum non uenditur pro trecentis denariis, & datum est egenis? Et subditur: Dixit autem hoc, non quia de egenis pertinebat ad ipsum: sed quia fur erat & latro, & loculos habens, ea quæ mittebatur portabat. Vnde uenditione domini noluit illud damnum recompenfare, sicut dicit Glossa super illud Matth. 26. Tunc abiit unus de duodecim &c. Damnum de effusione unguenti uult magistri pretio compensare. dicit Interlin. Non timent Iudas dominum suum tradere ut acquireret quod daret eis quos carnaliter amabat. Sic praelati quibus dominatur amor carnis, non timent committere

simoniam uel aliam enormiam peccata, ut consanguineos suos promoueat. Et si Iudas meruit peruenire ad suspendium, quia loculos domini habens dabat uxori & filiis quod dandum esset pauperibus, licet pauca eis daret: quid meretur ille qui non uxori, sed concubinae dat quod pauperibus dandum esset, & consanguineis, quibus minus tenetur quam filiis, dat officium dispensandi res pauperum, quos scit expensuros eas in uanitates & uoluptates? Non faciebat dominus de quo dicit Glossa super Mat. 15. Eum qui primo ascenderit, tolle. Et aperto ore inuenies staterem. Iudas communia habebat in oculis: sed res pauperum conuertere in suos usus nefas duxit, id ipsum dans exemplum nobis. Si Ananias qui retinuit ea quæ pauperibus danda erant, sic punitus est, licet habuisset ea de uenditione proprii agri, ut legitur Act. 5. qualiter puniuntur illi qui sibi & suis retinent quæ pauperibus danda essent, quæ non de suo patrimonio habent, sed ex patrimonio Christi: Item si septem uiri qui electi ab Apostolis ut præessent mensis, furati fuissent ea quæ danda erant pauperibus, nunquid uerissimè est quod Petrus in eos uindicasset sicut in Ananiam uindicauit? Et ut breuiter concludamus, plus nocet amor carnalis ministris ecclesiæ, quam simonia, triplici ratione.

¶ *Quod in ministris ecclesie plus nocet carnalis amor, quam simonia.*

PRIMO, quia peccatū simoniae magis exosum est hominibus quam carnalis amor. Vnde multi sunt qui dedignarētur simoniā cōmittere, qui tamen nō dedignarētur nepotulis intuitu cōsanguinitatis beneficia ecclesiastica cōferre: imō inuenitur hoc peccatū in uiris q̄ sancti uidentur esse. ¶ Secūdo, quia praelatus q̄ carnalē amorē habet, pluribus uult acquirere beneficia q̄ simoniacus, in quātum talis: & ideo oportet eū plura capere, Vnde septē episcopatus nō sufficerēt ei, cūm plures consanguineos habeat, Simoniacus uerō nō curat nisi tātū de uno. ¶ Tertio quia citius liberatur quis à peccato simoniae, quā à peccatis infernalis amoris. In morte enim saltē simoniacus resignat bñficio simoniacē acquisito: sed praelatus carnalis etiā in morte sua uult nepotulos suos retinere beneficia, q̄bus indigni sunt. Nota arcā Dei reducā fuisse à terra Philistinorū, uaccis non reflexis ad foetus suos, licet eos haberēt: ut legitur 1. Reg. 6. Sic ecclesia de malo statu in quo est pro magna sui parte nō exiit, nisi illi quorū est trahere eā, carnalem amorem deposuerint.

De peccato chōritarū, quod maius est simoniae. CAP. IX.

¶ *Ost peccatū ædificatiū Sion in sanguinibus, dicendū est*

de peccato chōritarū, quod committitur quum aliquis intrat in ecclesia Dei per uiolentiā, uel per preces armatas principum, uel maiorū praelatorū ecclesie. Archiepiscopus enim uel episcopus nō potest præcipere minori praelato ut det ecclesiasticū beneficium, nec etiā potest dare illud, quū minoris praelati sit primo illud dare, nisi in casu in peccatum male dātis: sicut maior dominus terrenus feudū minoris domini nō potest dare, nec præcipere ei ut det. Primo ergo ostēdemus quā detestabile sit peccatū istud, per penā qua legitur dominus punisse hoc peccatū. Secūdo per diuersas similitudines. Tertio per malū, q̄d prouenit in ecclesia. Inuenitur autem dominus punisse peccatū istud tripliciter, scilicet exustioe, terræ absorbitioe, & lepra. De exustione Num. 16, q̄ Chore cū ducentis quinquaginta de maioribus Leuitis igne diuino succēsi sunt, quia sacerdotiū rapere uoluerunt. Et legitur ibidē de Dathā & Abirō qui ducatu Moysi inuiderunt quū essent de tribu Ruben, cui iure primogenituræ nidebatur deberi, q̄ dirupta est terra sub pedibus eorū, & aperiens os suū deuorauit eos cum tabernaculis suis, & uniuersa substantia eorū, descenderuntque uiui in infernum. Legitur uerō de lepra, 2. Par. 26. de Ozia, qui in festiuitate propitiationis indutus stola pontificali intrauit

in templum, ut incensum poneret, & factus est terramotus, & percussus est lepra in facie, & fuit leprosus toto tempore uitæ suæ. Peccatum istud maius est q̄ peccatum simoniae, sicut asserit Aug. dicens: Quis dubitet detentius esse commissum quod grauius est iudicari? quod etiā per simile potest ostēdi. Grauius enim peccat raptor qui facit uiolentiā quā fur: & grauius peccat, qui alicui mulieri uiolentiā facit, quā qui pecunia facit eā cōsentire sibi: sic grauius peccat: qui per uiolentiā intrat in ecclesia Dei, quā qui per simoniā. Quā autē cōtumelia Deo fiat in peccato isto, potest manifestari per hoc quod principes pro tanta cōtumelia habēt, quū aliquis uxores eorū exhonorat, cōtumeliā & uiolentiā eis inferendo: uix enim pacificari possunt. Quā ergo cōtumelia est regi cœlesti, cū ostiū ecclesie que sponsa eius est, frangitur, & uiolentiā ei fit? Valde possunt time-re tales ne in eo in quo peccat puniantur, ne ab ingressu triuphātis ecclesie omnino prohibeantur. Nō est parua cōtumelia quod domino omniū à suis in terra inferatur uiolentiā. Accidit autē propter peccatū istud in ecclesia omnino indigni promouētur. Vnde legitur 2. Mach. 4. de Menelao, q̄ acceptis à rege mādatis uenit nihil habēs dignū sacerdotio. Ex hoc etiā peccato accidit destructio ecclesie

rum. Vnde legitur 2. Mach. 8. de Alchimo quē rex Demetrius cōstituit sacerdotē: q̄ multo plus malefecerit filiis Israēl, quām gentes. Hoc peccatū diffundet Aposto. ad Heb. 5. dicens: Nemo sibi assumat honorē, sed qui uocatur à Deo tāquam Aaron. Aarō ostensus est dignus sacerdotio per uirgā, quæ floruit & frondit, & fructū fecit. ¶ Et hic est primus modus quo quis uocatur à Deo ad honorem, quū aliquo miraculo ostēditur dignus honore. ¶ Secūndus modus est, cū aliquis ostēditur dignus dignitate aliqua uoce lapsa de cælo, ut Iosue, de quo Numer. 27. Et beatus Nicolaus. Et Christus, de quo Matth. 17. Hic est filius meus dilectus, ipsum audite. ¶ Tertius modus fit per sortē: qua Mathias ostensus fuit dignus apostolatu. ¶ Quartus modus fit per canonicam electiōnem. Sed hodie electio canonica facta est diabolica: quādo enim in ecclesiis plures erāt boni quā mali, tunc electio quæ est secundū pluralitatē punctorū bona, bona erat. Plures enim erant illi qui eligebant Deo, illis qui eligebāt diabolo: sed nūc econtrario est. Quū enim plures sint mali quā boni in ecclesiis: plures eligunt secundum uoluntatem diaboli, quā secundum uoluntatē Dei. Et sic frequēter est potius electio diabolica quā canonica. Contra illos qui per principes seculares

uolunt intrare in ecclesiam, est illud Ecclesia. 7. Noli ab homine querere ducatum, neque a principe, neque a rege cathedra honoris. Isti non sunt gratia Dei id quod sunt, sed potius gratia hominum. Vnde in literis quae scribuntur eis, non debet apponi Dei gratia, sed gratia hominum, & Dei furor. unde Osee decimotertio, Dabo tibi regem in furore meo &c. Isti sunt simul lachra gentium, argentum & aurum, opera manuum hominum. hi sunt qui colunt personam potentis ut Deum suum: unde ad eum uerbis utitur quibus ad solium Deum utendum est. Vos fecistis me, inquit, ex nihilo: in quo eum creatorem constitetur. Creare enim est ex nihilo aliquid facere. Non solum institutio praelatorum ecclesiae, sed etiam institutio principum secularium pure a Deo debet esse. Deut. 17. Quum dixeris, Constituam super me regem, sicut habent omnes per circuitum regiones: eum constituit quem Dominus Deus tuus elegerit.

De auaritia mercenariorum, quae multum nocua est ecclesiae Dei: & quod sex faciunt ad eius detestationem. CAP. X.

Auaritia mercenariorum multum nocua est ecclesiae Dei. Sapiens: Nullum uitium detestius est auaritia in principibus, & rempublicam regentibus. ¶ Ad detestationem huius uitii, Primo facit maledictio quam

scriptura praedicit his qui sunt in peccato isto. Eccl. 2. ubi dicitur, Ve peccatori ingredi terra quibus duabus uis. Terra duabus uis ingreditur qui in ecclesia uult seruire Deo & mammonae, quum tamen dominus dicat Matth. 7. Non potestis Deo seruire, & mammoni. De hac maledictione legitur Ezech. 33. Vae pastoribus Israel qui pascebant semet ipsos. ¶ Secundo facit ad detestationem huius peccati pena qua dominus puniuit figuram huius peccati. Leuit. 10. Vbi quum dominus ignem caelestem misisset in quo solo sacerdotes ei offerret, Nadab & Abi filii Aarō acceptis thuribulis impoluerunt ignem & incensum desuper, offerentes coram domino ignem alienum: egressusque ignis a domino, deuorauit eos coram domino. Ignis de caelo missus, Dei amorem designat, ex quo purus debet offerre sacerdotes. Ignis uero alienus, ignis ambitionis est uel cupiditatis. Vnde Bern. Habet aduersarius noster, utpote peruersus diuorum operum aemulator, ignem ambitionis, quem Saluator in nobis non accendit, sed extinguere uenit. Si quis autem alienum ignem in diuino praesumpserit offerre sacrificio, morietur in iniquitate sua, nisi patrem habeat Aaron. ¶ Tertio facit ad detestationem huius peccati, multiplex malum quod facit praelatus ecclesiae. ¶ Primo est, quod oculos intentionis laet

in eis, & sic consequenter fert omnia quae faciunt in ecclesia, quae mala sunt. Vnde Matth. 5. Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit. id est, tota congeries operum lucida erit. Si autem nequam fuerit, totum corpus tuum tenebrosum erit. Tunc oculus intentionis est simplex, quum aliquis sola aeterna petit in ecclesia, iuxta illud Psal. Vnam petii a domino, hanc requiram &c. Matth. 6. Primum quaerite regnum Dei &c. & Apostolus: Quae sursum sunt sapite, non quae super terram. Et tunc totum corpus, id est, tota congeries operum lucida erit. Si autem oculus intentionis laesus est, tunc oculus intentionis laesus est, tunc tota congeries operum tenebrosa est. ¶ Secundo facit eum amittere Christum, quod figuratum est Gen. 31. ubi quum Laban misisset ad tondendas oues, fugit Iacob: sic dum mercenarii tonioni gregis intendunt, Christus recedit ab eis. Iudas cum ascenderet ad tonsorem ouium suarum, incestum commisit cum Thamar: ut legitur Gene. 38. sic praelati qui non quaerunt nisi tondere & mulgere oues in ecclesia Dei, saepe a Deo deseruntur, adeo ut incestum committant proprias filias corrumpendo. Absalon etiam cum tonderent oues eius, interfecit fratrem suum Amon, quum esset temulentus. Et nota, quod Iudaei in tonsione ouium solennizabant: in quo figuratum est gaudium mercenarii de comodo

temporali, quod facit ecclesia Dei. Vnde Zach. 11. Pasce pecora occisionis, quae qui possederant, occidebant, & non dolerant: & uendebant ea, dicentes, Benedictus Deus, diuites facti sumus. Tertio facit illud peccatum ecclesiam cum diabolo inire illud ignominiosum foedus, de quo legitur 1. Reg. 11. quod Naas Ammonites dixerit uiris labes Galaad, In hoc feriam uobiscum foedus, ut erum omnium uestrum oculos dextros. Eruebat oculos dextros his quos in bello capiebat, ut sinistros secus celantes ad bellum forent inuitiles. Oculus dexter in multis locis erutus est Ecclesiae: quia ibi non est iam aliquis spiritualis, sed solum terreni homines adeo occupati circa defensionem temporalium, quod ad bellum spirituale sunt inuitiles.

¶ Quarto malum est ariditas brachii dextri, unde Zach. 11. O pastor & idolum, dereliquens gregem: gladius super brachium eius, & super oculum dextrum eius: brachium eius ariditate siccabitur, & oculus eius dexter obnebrelescens obscurabitur. ¶ Quarto facit ad detestationem huius peccati, multiplex malum, quod prouenit ex peccato isto gregi. Vnde Io. 10. Mercenarius, & qui non est pastor, cuius non sunt oues propriae, uidet lupum uenientem, & dimittit oues, & fugit, & lupus rapit, & dispergit oues. Lupus dicitur diabolus, uel persecutor uiolentus. Et Aug.

loquens de mercenario, dicit: Si ovis deuiat, non reuocat: si infirma, nō medetur: si deuoratur, non lacrymatur. Si fugiunt temporalia quæ ipse amauit, fugit ipse animas quas ipse amare simulauit. Hoc bene apparebit in tempore antichristi, quādo temporalia auferentur ecclesiæ: tunc enim implebitur illud Esa. 1. Et derelinquetur filia Sion sicut umbraculū in uinea, & sicut rugiturum in cucumerario. In umbraculo uineæ nullus habitat, nisi quādiu sunt ibi racemi: nec in domicilio horti, nisi quādiu sunt ibi fructus. Sic mercenarii non habitant in ecclesia, nisi dū ibi lucratur. Quo modo mercenarii se habeant ad gregem, ostenditur Ezech. 34. ubi sic dicitur eis: Lac comedebatis, & lanis operiebamini, & quod crassum erat occidebatis: gregem autem meum nō palcebatis: quod infirmum fuit, nō cōsolidastis: & quod ægrotū, nō sanastis: & quod fractum, nō alligastis: & quod abiectum, nō reduxistis: & quod perierat, nō quaeristis, sed cū austeritate imperabatis eis & cum potentia. ¶ Quinto facit ad detestationem huius peccati, peruersitas quam facit hoc peccatum in ecclesia. Altera enim ecclesiæ in mensas numulariorum conuertitur, unde super illud Matthæi 21. Mensas numulariorum &c. dicit Gl. Altaria enim Dei sic uocat, propter auaritiam sacerdotum. Altare

in mensam numularii conuertitur, qui in eo celebrat potius nūmo quā Deo. Et tali potest dici illud Ouidii: O nummi, nummi nobis hūc præstat honorē, Thuribula etiā ecclesiæ quæ deberent esse inferius clausa, superius uerō aperta, pertinet hoc peccatum, cū ea quæ deberent fieri pro æternis, fiunt pro temporalibus. Et ut breuiter dicam hoc peccatū facit ut seruitū ecclesiæ in multis locis Deo non placeat. Vnde Malac. 2. Quis est in uobis qui claudat ostia, & incēdat altare meum gratuitū? Et subdit: Non est mihi uolūtas in uobis, dicit dominus: & munus non suscipiam de manu uestra. ¶ Sexto facit ad detestationem huius peccati hoc, quod Christus ita diligenter cauit sibi ab auaritia mercenatorū: quod potest ostendi primo ex hoc, quod legitur Matihæi octauo, quod unus scriba dixit Christo: Magister, sequar te quocūq; ieris. Et noluit hoc dominus: quia propter lucrum terrenū uolebat eū sequi. Vnde dixit ei, Vulpes foveas habent, & uolucres cæli nidus &c. Vulpes, id est, homines astuti; habent foveas, id est, loca infima in ecclesia Dei: sed uolucres cæli, id est, nobiles, habent nidus, id est, loca alta, scilicet dignitates. ¶ Secūdo potest ostendi per hoc, quod dominus dixit Io. 8. turbe quæ propter lucrum secuta est eum: Queritis me, inquit, non quia uidistis signa quæ

feci, sed quia panem meum manducaistis, & saturati estis. ¶ Tertio potest ostēdi idem per hoc, quod dicit Aug. Noluit dominus per baptismū amoueri peccatam & mortalitatē nostrā sicut & culpam, ne delicatē crederetur in Deum. Præterea Ioā. 6. ubi præcepit in nauigii dexteram mitti rete. Ibidem etiā postquā dixit Petro, Pasce oves meas, non subiunxit mercedem quam habiturus esset, quia Petrus alliceretur: sed subiunxit de morte quam pro grege erat passurus, dicens: Amen amen dico tibi, cū esses iunior &c. quasi ad terrendum ignauos. Simile habetur in missione apostolorū. dixit enim eis, quod paupertatem & persecutionē passuri essent. Vnde Mat. 10. Ecce ego mitto uos sicut oues in medio luporū. Et Luc. 9. Nihil uuleritis in uia &c. Idem habetur in missione Apostolorū. Luc. 10. Ecce ego mitto uos sicut agnos inter lupos, nolite portare sacculum &c.

¶ Quare Deus in primitiua ecclesia noluit temporalia coniuncta esse spiritualibus.

¶ SED potest querere aliquis, quomodo spiritus carni connexus sit in homine: quare noluit dominus in primitiua ecclesia temporalia spiritualibus esse connera? Præterea, nūquid temporalia prouocatiua sunt ad spiritualia? Ad quod respōdemus, quod temporalia prouocatiua sunt illorum quæ Christus noluit ha-

bere ecclesiam sanctam. Contemptores enim temporalium uoluisse esse rectiores ecclesiæ suæ, & nō amatores. Qui uult sibi cauere à muscis, caueat sibi à lacte & melle quæ amat muscæ. Præuidebat Christus, quod amatores temporalium auferrent ei ecclesias, si spiritualibus officiis temporalia lucra connererentur. Qui uult à canib; dilacerari aliquid, inuoluat illud carne. Vnde beatus Antonius præcepit cuidam monacho quod pecuniæ habebat, ut emeret inde carnes, & super se nudus eas sibi atferret: quod faciēs monachus, à canibus dilaceratus est. Pisces feruntur transglutiūt, quia efca inuolutū est, licet mors sua lateat ibi. Similiter & milui intestina. Sic amatores temporalium, officia ecclesiæ quibus terræ annexa sunt, assumunt ad damnationem suam, & uidentur sequi Christum, quā sola temporalia sequantur. Sene. Multi aliquē commitantur, mel muscæ sequūtur, cadauera lupi, frumēta formicæ: prædam sequitur turba ista, non hominē. ¶ Præterea sciebat Christus, quod temporalia spiritualibus officiis annexa terrori essent uiris pfectis. Quis enim sanę mentis nō timeat dispensator terrenorū esse in ecclesia, quādo legitur primum dispensator temporalium in ecclesia furē fuisse, & proditorem, & homicidā iuripitius? Quis non timeat per locum illū re in quo clauos po-

fitos esse scit, quomodo non timeat terrena ista qui legit Iob 18. q̄ abscondita est in terra pedica diaboli. ¶ Tertio prauidebat dominus tēporalia putrefactura, imō submersura multos in ecclesia Dei. Propter q̄ uocantur aqua. Apoc. 12. ubi sic legitur, Et misit serpens ex ore suo post mulierem aquam traquam flumen, ut eā faceret trahi à flumine. Mulier ista ecclesia est, quam serpens antiquus temporalium abundantia quærit submergere. ¶ Quarto prauidebat dominus superbiam quæ nascitura erat in ecclesia ex abundantia temporalium. De qua uidetur loqui dominus Esa. 60. Ponam, inquit, te in superbia secularium, gaudium in generatione & generationem, & fuges lac gentium, & mamilla regum lactaberis. Superbia secularium, id est, talis qualis est hodie in secularibus, est hodie in ecclesia Dei. Vnde Ber. ad Eugenium papam: Vides totum ecclesie zelum prodignitate seruere tuēda. Dignitati datur totū, sanctitati nihil, uel paruum gaudium, cui male dicit dominus Lucae 6. dicēs, Vē uobis qui ridetis. Præfert ecclesia luctum benedictioni. De quo ibidē, Beati qui nūc fletis, quod autem sequitur, Et mamilla regū lactaberis, potest intelligi dictum in deprecatione ecclesie, quæ in senectute sua lac transitorie cōsolationis nō cessat sugere. Ecclesia enim quasi

in infantia sua fuit sub tectis lege. Vnde dominus promittēbat sibi terrā fluentem lacte & melle. Lac enim & mel cibum sunt paruulorū. In aduentu uerō Christi, à lacte separata est. Sed modo quantum ad maiorem partem sui ad lac rediit, quod signum est puerilitatis. Superbia & diuitiæ quasi connexa sunt, Vnde opes uocantur superbia, Prouerborum 8. ¶ Quinto nolebat dominus, q̄ ecclesia haberet fiduciam suam in alio quim in ipso: uolebat potius fondare eam supra petram, quam supra terram, unde Matthai 16. Super hanc petram ædificā ecclesiam meam. Si fiduciam suam habuisset ecclesia in Deum, & non in diuitiis, non ita elongasset se ad eo. Legitur in Vitis patrū, quod quidam uenerunt in ciuitatem quandā ut distribuerēt ibi elemosynas, & uenientes ad domū cuiusdam pauperis uiduæ, quæ quū esset candidatrix, exierat ad opus suū, quandā inuenerūt filiam quæ apparuit eis quasi tota nuda, & uoluerūt ei dare uestes, quæ noluit accipere eas: ma ter etiā quū uenisset noluit eas accipere, sed dixit: Ego habeo procuratorē meū Deū, & uos eī à me uultis tollere hodie: Et illi audientes glorificauerūt Deū. ¶ Sexto sciebat dominus oculum ecclesie impediendum esse temporalibus istis ab officio suo. Modicum enim pulueris uel palæ, oculū omnino cessare facit

ab officio suo. Et ideo uoluit duces ecclesie pauperes esse, eod quod paupertas expedita est, sicut dicit Senec. Et subdit: Si uis animo uacare, aut pauper sis oportet, aut pauperi similis. Et si cetera mēbra corporis ad plura officia conueniāt, ut lingua ad gustum & locutionē, & manus similiter ad multa: oculus tamē unicum habet, & cōtactum terræ maximē timet: sic oculus ecclesie contemplationi legis diuinæ debuit intendere, & à terrenis istis separari. Licet pes hominis à ceteris mēbris eius separatus non sit: tamen habet separatim artem quæ ei deseruit, & artifices qui totaliter circa calciamenta eius intenti sunt: quantomagis deberēt esse aliqui qui totaliter spiritualibus sint intenti: Sed magis occupata est hodie ecclesia in temporalibus quo ad magnā partē sui, quam fuerit synagoga. Vnde quando datum fuit à Constantino occidentale imperium ecclesie, facta est uox de cælo, dicēs: Hodie infusum est uenenū ecclesie Dei. ¶ Mercenarii mali latrones sunt, aliunde enim intrant in ecclesiam quam per Christum. Vnde super illud Ioan. 10. Qui non intrat per ostium &c. dicit Gloss. Aliunde quis intrat, uel nō bene de Christo sentēdo, uel nō Dei gloriam, sed suā querendo. Ipsi enim nō abhorret spoliare crucifixum, similes militibus qui spoliauerūt Chri-

stum crucifigendum. Isti Iudæi zant in ecclesia Dei, potius eligentes esse discipuli Moysi, quam Christi. iuxta illud Ioānis 9. quod dixerūt Iudæi cæco: Tu discipulus illius sis, nos discipuli Moysi sumus. Discipuli Moysi sunt qui temporalia uolunt quæ promisit Moyses. Discipuli uerō Christi sunt qui contemptis terrenis caelestia uolunt habere quæ Christus promisit. Mercenarii enim quodāmodo patiuntur poenā illā qua Dominus sollet punire lusores blasphemantes. Habēt enim faciem cordis quodammodo præposteratam, Quū enim debent posteriorū obliuisci, & ad anteriora se extendere, iuxta uerbum Apostoli, ipsi potius iuxta uerbū Prophetæ, sūt in retro & nō in ante. Faciē enim uersam habēt ad temporalia quæ retro debent esse, & dorsum ad spiritualia bona quæ debent esse ante. Vnde figurati sunt per xxvi. uiros habētes dorsa ad tēplū, quos uidit Ezechiel. Ipsi deberēt attendere quid acciderit Sichē & populo eius qui pro temporalibus spirituale opus fecerūt, circūcidētes se pro filia Iacob & utilitate quā sperabant ab Iacob & filiis eius. Vnde Gene. 34. dicit Sichē: Substātia eorū, & primogenita eorū, & oīa quæ possident erūt nostra. Occisōe enim illius circumcisōis interfessi sunt. Sic q̄ pro terrenis spiritualia faciūt, timere possunt ne æternaliter occidantur.

De sc̄p

De septē signis Auaritiæ in ecclesia Dei apparētibus. CAP. XI.

Sequitur de signis Auaritiæ quæ apparēt in ecclesia Dei. Primum signum est, cum unus habet plura beneficia ecclesiastica, quorum sufficeret sibi unū secundum statum suæ personæ. Secundum est, cum aliquis in die multas missas celebrat, nisi in casibus à iure exceptis. Tertium est, cum aliquis in eadem missa multiplicat officia. Quartum est, quū quis multiplicat altaria nō necessaria. Quintum est, promotio ad sacros ordines, uel dignitates eorū qui sunt infra legitimam ætatem. Sextum est, reseruatio fructuum, & cōgregatio ab eis qui habēt annuos redditus. Septimum est, cōkursus ad funera & processiones, & numeros horarios, & breuiter ad omnia ad quæ esca alicuius lucriferi terreni allicit eos, & neglectus eorum in quibus nullū lucrum speratur. Et licet aliqua ex his interdem ex deuotione fiat, cupiditas tamen ea adinuenit.

¶ De pluralitate beneficiorum, & primo quod non liceat habere plura beneficia ecclesiastica.

MULTA sunt alia signa: sed causā breuitatis tantum de his tangemus, incipiētes à pluralitate beneficiorū. De qua quædam de consilio auaritiæ dicūt, quod meritorie potest quis habere plura beneficia ecclesiastica, licet unum eorum sit ei sufficiens

secundum statum suæ personæ, De quorum numero quidam cū longo tempore affirmasset hoc esse mortale peccatum, dū unicuique beneficium habebat, dato sibi secundo beneficio, asseruit quod licite posset quis plura beneficia habere. Et addidit, quod nullus posset intelligere, nisi quod haberet ea, Cuius rei talis potest assignari causa, sicut legitur Zach. 5. Impietas est oculus eorum in uniuersa terra. Luxuria est oculus luxuriosū. Auaritia est oculus auari, & sic de cæteris impietatibus: unde accidit quod alicui luxurioso uidetur aliqua fatua mulier, quā nimio diligit amare, pulchra, quū in ueritate turpis sit: & hoc est, quia oculo luxuriæ eā intuetur: nimius enim amor luxuriosus qui in eo est, facit eū sic iudicare de pulchritudine illius. Alius autē qui nō habet huiusmodi oculum, non uidet illam pulchritudinē in illa muliere. Sic ille in quo est oculus auaritiæ, uidet quod aliquis posset habere plura beneficia ecclesiastica, sufficiens uisioe falsa uel fantastica. Illi autē qui non habent oculū auaritiæ, non uident hoc, unde dicunt malum esse habere plura beneficia talia ecclesiastica. quod multipliciter potest ostēdi. ¶ Primo sic, Tria distinguuntur principia operationū nostrarum, scilicet natura, gratia, & uitium. Igitur cum aliquis uult habere talia plura beneficia, uel natura est

præ-

principium huius operationis, uel gratia, uel uitium. Et uidetur quod non natura. Natura enim paucis cōtēta est. unde Sen. Exiguam natura desiderat. & 1. ad Tim. 6. Habētes alimēta & quibus tegamur, his cōtēti simus. Gratia etiā nō uidetur esse principium huius operationis. Quod multipliciter potest ostēdi. Primo per hoc quod gratia paucioribus cōtēta est quā natura: quod patet per hoc, quod ipsa est aqua sicut terrenorū extinguēs. Vnde Io. 4. Qui biberit ex aqua quā ego dabo ei, nō sitiet in eternū. Super quod uerbū dicit Aug. Qui biberit ex flumine paradisi, de quo gutta una maior est quā Oceanus, restat ut in eo extincta sit sitis mūdi. ¶ Secundo potest idē ostēdi per hoc quod Dominus cōsultat contrariū. Cōsiliū enim Dei est summa paupertas. Vnde non est uerisimile, quod gratia ipsius cōtrarium cōsulat. Si enim gratia ipsius multiplicationē tēporaliū cōsuleret, ipse Deus hoc cōsuleret. Dicitur enim hoc Deus facere quod gratia ipsius facit: & sic Deus cōsuleret contraria: & sic esset in eo est & non. Cuius cōtrarium dicit beatus Bern. super illud, Ductus est Iesus in desertū &c. Absit, inquit, ut spiritus ueritatis qui te adduxit huc, te reducere uelit: quia non est in ore eius est & nō. ¶ Tertio potest idē ostēdi per hoc, quod in hac uitā quū Dominus uerturus

est ad eos, nō audent retinere multitudinem beneficiorum talium. Si enim gratia Dei & amare ea possederunt, desiderare debent, ut in statu tali à Domino inueniatur, ut ab eo dignam mercedem accipiāt. Et si unctio gratiæ in statu sanitatis docebat eos beneficia multiplicanda esse, ipsa in statu infirmitatis cum maior est deuotio, non permetteret eos de hoc dubitare. Non uidetur esse cōsiliū diuine gratiæ, quod aliquis in statu illo uiuere audeat, in quo non audet mori. ¶ Quarto potest ostēdi hoc autoritatibus quæ sequuntur. Aug. Qui uerā fidem habet, nō cupit in his miseris fieri diues. Non uidetur ergo habere uerā fidē, quæ est prima gratia, ille qui desiderat habere plura talia beneficia. Quomodo ergo cōsultat ei gratia quā nō habet? Itē ueritas nō uolat ad murscas. Charitas etiā cum ignis est, nō tēdit deorsum. Præterea cum charitas Deū super omnia amet, ipsa non desiderat multiplicationem terrenorū, quibus eum amittat uel impediatur ne ei intēdat. Vnde Aug. Otium sanctum quærit charitas ueritatis. Idem: Videtur quidē mihi animū pluribus actionibus intentum Deo quodammodo uacuari. Non est uerisimile quod charitas quærat quæ eā Deo euacuet, sed potius quærit pacē in qua factus est locus eius. Ipse etiā est panis breue quod utrunque operire non potest.

potest. De quo legitur Esa. 28. Vnde August. Domine, ego per auaritiam meā te amittere nolui, sed nolui tecum possidere medacium. Itaque te amisi, quia nō dignaris cum medacio possideri. Præterea, charitas plus diligit legē Dei, quā millia auri & argenti: non est ergo uerisimile, quod ipsa consulat multiplicitatem temporalium, quæ requirit multiplicationem actionum, quæ impedit hominem à studio sapientiæ diuinæ. Vnde Ecclesiast. 38. Sapientiam scribe in tempore uacuitatis: & qui minoratur actū, sapientiam percipiet. Patet ergo quod operationis prædictæ nō est principium natura uel gratia. Vnde relinquitur quod principium eius sit utiū. Et sic patet quod uni homini nō sit licitum habere plura talia beneficia. Et hoc satis potest manifestari, si consideretur causæ propter quas aliqui credunt hoc sibi licere.

¶ *Causa pluriū beneficiorum, sed inefficaces.*

A L I I enim credunt hoc sibi licitū esse, quia beneficia illa bene expendunt. Alii quia nobiles sunt. Alii quia uicarios ponūt. Alii quia ad administrationem temporalium utiles sunt, uel propter sapientiā huius mundi, uel propter potētiam. Cōtra illos qui credūt quod bene possunt illa habere, quia bene expēdūt illa: dicimus quod non sufficit medico bene expēdere ea quæ

sibi dātur ab infirmo, & nullam curam habere de infirmitate illius. Similiter nō sufficit aduocato bene expendere salarium, & se nō intromittere de causa. Nec stipendiario sufficit stipēdia sua bene expendere, & de guerra se non intromittere. Sic clerico habēti beneficia ecclesiastica non sufficit bene ea expendere, nisi faciat officia quibus illa annexa sunt. Contra illos uerō qui credūt se posse habere plura talia beneficia, quia uicarios ponūt, Primō dicimus quod eadē ratione laicus unus, imō etiam mulier posset habere decē beneficia ecclesiastica: posset enim ponere uicarios. Præterea, ridiculū est matrimonium contrahere spe ponendi uicarium: & qui hoc facit, uidetur incidisse in illā maledictionem, Deut. 18. Vxorem habebit, & alius dormiet cum ea. Tertio querimus de uicario illo: utrum sit pastor uel mercenarius. Si mercenarius est, latro est, sicut prius ostensum est. Quum ergo dicit aliquis: Bene possum habere hoc beneficium, quia ponam ibi uicarium, penē idē est ac si dicat. Bene possum illud habere: quia ponam ibi latronem, qui furetur, & mactet, & perdat. Io. 10. si uerō pastor est, quæ ratio est ut tu habeas duas ecclesias, ipse uero nullam? Nunquid dicit tibi Ioannes (id est gratia Dei, uel in quo est gratia Dei) Nō licet tibi habere uxore fratris

trīs tui. Quarto querimus à tali utrū uicarius ille sit minus bonus, uel æquē bonus, uel melior quā ipse. Si minus bonus, tunc naturalis ratio dicit, quod non est recipiendus pro eo. Operarius enim in uinea alicuius cōductus, nō potest uicarium minus bonū ponere. Si uerō æquē bonus est uel melior, quæ causa est quod iste habeat duo beneficia, & ille nullū? Quinto quod ipse deberet attendere quid acciderit de primo uicario synagoge. Sic enim legitur Exo. 31. Moyses relinques populū, satis paruā moram facturū cum Domino, dimisit uicariū satis bonū Aarō, & tamē in reditu populū quē reliquerat fidelem, infidelem & idololatram inuenit. Præterea dicit Apostolus, quod si quis nō laborat, non māducat. Quo iure ergo pacitur aliquis de beneficio illo, ubi ipse nō laborat? Ordinauit Deus ut qui seminat spiritualia, metat carnalia. Quæ ratione ergo pauper uicarius spiritualia seminabit, & alius carnalia metet? Et quum Dominus dicat: Quos Deus cōiunxit, homo nō separet: quo iure denarius ille quē subditus offert uicario pauperi sibi spiritualia seminanti, accipietur à patrone male uiuente? Et si quo ad forū contentiosum ius ibi uideatur habere: tamen quo ad iudicium sacræ scripturæ ipse raptor est, usurpans sibi alterum eorū quæ à Deo cōiuncta sunt sine reliquo:

id est, mercedē sine labore: imō etiā homicida reputatur, & respectu mercenariū quē defraudat, & respectu pauperum subditorum quorum sudorem comedit. De primo legitur Eccles. 33. Qui effundit sanguinē, & qui fraudē facit mercenario, fratres sunt. De secūdo legitur ibidem: Qui aufert in sudore panem, quasi qui occidit proximum suū. Ultimo dicemus quod illi qui uicariū ponūt, qui sola cupiditate lucri seruiunt, & nō amore Dei, talem amorem faciūt matri suæ ecclesiæ, qualem amor aliquis faceret suæ matri carnali, si pedem uerum ei auferret, & loco eius pedem ligneū substitueret. Pes ligneus non uiuit, nec corpori adhæret. Sic uicarius qui charitatem non habet, non est mēbrū uiuū uita spirituali, nec adhæret corpori ecclesiæ. Sola enim charitate uiuit quis, & adhæret ceteris membris ecclesiæ. ¶ Contra illos qui dicunt quod possunt habere plura beneficia ecclesiastica, quia sunt nobiles, dicimus quod si filii Dei sunt, & ecclesiæ Dei utiles, non uolentes excedere mensuram nobilitatis suæ, forsità iustum est ut de beneficiis ecclesiasticis præ ceteris accipiant, si fieri pōt absque iactura animarū. Sed si filii diaboli sunt, quæ ratione de bonis Domini accipiet? Nūquid Dominus debet nobilitatem filiorū diaboli honorare? Similiter si inutiles sunt ecclesiæ Dei uel

nocui suo prauo exēplo, nō uideatur iustū q̄ prē ceteris cōmodum habeat ab ecclesia, ex quo ecclesia commodum non habet ex eis. Dicit Lombardus, quōd ipse nō uult habere accipitrem qui capiat alaudam, & comedat gallinam. Sic Dominus nō uult habere in ecclesia sua, qui multum constant ei, & nihil ei proficiunt. Similiter si aliquis non est cōtētus illis quibus cōtētus esset si clericus nō esset, & cū paterna hereditate exheredatus sit, supior tamen uult esse quā frater suus qui est hāres, nō uideatur iustū esse quōd Dominus eius superbā pascat, uel sustinet. Cū enim supbia filia diaboli sit, nō pertinet ad Dominū pascere eam. ¶ Contra eos qui credunt se posse habere multa talia beneficia, quia sapiētes uel potētes sunt, quo ad seculū, dicimus q̄ auaritia & cupiditas docet eos in hac parte. In dolosa enim statera cupiditatis sibi nihil ponderant spiritualia, sed sola temporalia, unde Bern. loquēs de avaris praelatis: Optimi dispensatores rerū qui de maximis minimā, & de minimis maximā curā gerūt. ¶ Tertio loco potest ostēdi nō solū quōd malum sit plura talia beneficia habere, sed etiā quōd nulli nisi cæco debeat hoc in dubitationem venire. Certū enim est q̄ nullus est princeps secularis in cuius curia licitum sit illi qui non habet nisi unum equū, auenā quæ-

rere ad opus duorū uel ad plures equos: nec inuenitur aliquis armiger ita simplex, q̄ hoc adducat in dubitationē. Quæ causa ergo est, ut in curia Dei, id est in ecclesia in qua tot sunt qui de auena ecclesiæ non possunt habere ad necessitatem, licitum sit alicui qui nō habet nisi unū equū, auenā quætere ad plures equos? quomodo dubiū est inter literatos, quod certū est inter armigeros? Nunquid potest Dominus bene dicere illud propheticū, Quis cæcus, nisi seruus meus? Præterea etiā licitum esset aliquē habere plura talia beneficia: tamē non expedit. Vnde 1. Cor. 6. Omnia mihi licēt, sed nō omnia expediūt. Licebat Apostolo sumptus à subditis sumere, sed nō expediebat: quia pseudoapostoli haberēt inde occasionem quærendi & lucrādi. Sic licet licitum esset alicui uiro honesto & discreto habere plura talia beneficia: tamē quia amatores temporalium accipiūt inde exemplū cupiditatis & auaritiæ, non expedit. Sicut mādicare idolo thitum, in se licitum est homini discreto qui nō comedit illud cū ueneratione idōli: tamen coram infirmis & simplicibus peccatū est comedere idolo thitum: ipi enim credēt illud comedere cum ueneratione idōli, scādalizabātur inde. uocē beatus Bern. Spiritualis homo qui omnia diu dicat, ut ipse tamine iudicetur, omne opus suū

prīna quadā cōsideratione prouenit. ¶ Primo quidē an liceat, deinde an deceat, postremo an expediat. Licitū dicitur aliquid in respectu ad Dei prohibitionem. Decens dicitur in respectu ad cōditionē personæ. Expediēs uerō in respectu ad offensionē proximi. Cōsiderare ergo debet sapiens an illud quōd facturus est, licitū sit, id est, à Deo nō prohibitum: deinde an deceat personā eius: aliquid enim decens esset in aliqua persona q̄ tamē indecēs est in alia, Præcipuē uerō in uiris literatis q̄ deberent spiritualiter esse oculus ecclesiæ, indecens est terrenitas & macula cupiditatis & auaritiæ: talibus enim præcipuē sumitur exemplum, & ad eos specialiter pertinet illud Apostoli 1. Thess. 5. Ab omni specie malæ abstinete uos. Et illud Rom. 12. Prouidentes bonæ non tantum coram Deo, sed etiam corā omnibus hominibus,

¶ *Quæ faciunt ad detestationē plurimum beneficiorum.*

AD detestationē uerō huius peccati, Primo facit maledictio quā facit dominus illis qui sunt in peccato isto, Esa. 5. dicens, Væ qui cōiungitis domū ad domū, Quomodo quis absq; peccato habet, quod cū maledictiōe domini habet? Secundo mutilatio ecclesiæ quæ inde prouenit. Nō uideatur innocēs esse, qui matrē suā uno mēbro mutilat: Sic innocēs nō est, qui matrē suā

ecclesiā mutilat, procurando, q̄ minus habeat unū mēbrū quā debeat habere: q̄ si dicatur, q̄ ecclesia licet nō habeat omnia mēbra quo ad substantiā, tamen habet quo ad officia. unus enim habet officiū plurimū. Respondemus, q̄ licet in monoculo unus oculus suppleat uicē duorū, nō tamen tantū ualet habere unū oculū, sicut habere duos. Nec bene seruiret matri suæ carnali, q̄ procuraret ut loco duorū oculorū unū haberet. Tertio facit ad detestationē huius peccati mōstruositas, & cōfusio quæ inde prouenit in ecclesia Dei. Prouenit enim ex hoc peccato, q̄ diuersæ ecclesiæ habent eundē oculū. Inauditū est diuersa corpora idem habere mēbrū. Ex hoc etiam peccato accidit, quōd eadē persona simul & semel diuersa replet loca, quod uidetur esse contra naturā. Item accidit inde q̄ oculus unius ecclesiæ os est in alia ecclesia: quia archidiaconus unius ecclesiæ cantor est alterius. Accidit enim q̄ oculus unius ecclesiæ distat ab ea plura quā per dietā unā. Si aliquis cæcus reputatur, etsi oculos suos habeat in bursa sua: nūquid talis ecclesia reputada est cæca, à qua oculi eius sūt distat? Oculi enim sapiētis in capite eius, stultus autē in tenebris ambulat, ut dicit Salo. Eccl. 2. Oculi stultorū in finibus terræ. Propter. 17. Peccatū istud etiā introducit quodammodo in ecclesiā Dei hæ-

refum Sabellii, qui dicebat Patrem esse Filium. Contra quod dicit Aug. qd hoc non inuenitur, nec in natura, nec supra naturam, quod eadem persona sit Pater & Filius: intellige respectu eiusdem. Sed sic uult facere peccatum istud. Accidit enim quod duo sunt decani in duabus ecclesiis, & uterq; canonicus est in utroque, & sic uterque est Pater & Filius respectu utriusque. Præterea istud peccatum facit, quod eadem arbor simul & semel in eadem hortis plantata sit. Sed non uult dominus in aliquo de hortis suis arbor esse quæ fructum non faciat. unde Luc. 13. dicit de ficulnea non faciente fructum, Succide illam: ut quid terram occupat? Unde queritur quod in utroque horto fructum facere debeat arbor talis, & sic quod duplex officium facere debeat, qui duplex beneficium sufficiens habet. **Qua** ratione enim primo beneficio ad unum officium obligatur, eadem ratione secundo ad secundum. **¶** Quarto facit ad detestationem huius peccati uilitas quæ ibi est. Viliū enim personarum & abiectionū est, causa lucri periculo se exponere: unde uiles se uidentur ostendere, quando præ nimio desiderio lucrari incedunt per illam uiam quam tot boni uiri asserunt latronibus plenam: præcipue cum uideant literatos uiros, qui per eam coeperunt ire, ad ultimum relinquere eam, & non audere ultra transire.

Resignant enim, nec audet mori cum multitudine talium beneficiorum. Præterea si aliquis cibum affereretur uenenatus à multis bonis uiris, licet alii essent qui contrarium assererent: tamen qui aliter haberent cibos sufficienter, non committerent se discrimini, ut cibum illum comederent. Mirum est ergo quomodo ille qui habet unum beneficium sufficientes, audeat suscipere alium, qui tot boni uiri asserant ibi periculum esse. Præterea satis possent erubescere illi ad quos pertinet querere qualiter Deo seruire possent gratius ad placitum suum, quomodo hoc solo contenti sunt ut seruiant sic ei, ne ipse interficiat eos. Non curant enim quid sit illud quod faciunt, dummodo mortale non sit, non attendentes quod dicit Bernardus loquens ad uiros perfectos: Non est uestrum, inquit, languere circa communia præcepta, nec attendere quid Deus precipiat: sed quid uelit, probantes quæ sit uoluntas Dei bona, bene placet & perfecta. **¶** Quinto facit ad detestationem huius peccati, hoc, quod talis multiplicatio beneficiorum circa unam personam frequenter generat apostema superbia in illa persona: sicut in corpore humano nimia collectio humorum circa aliquod membrum solet apostema generare. Superbia enim similis est illi apostemati, quod uocatur. Noli negare, non enim potest sustinere

Super

superbus, quod uitia eius reprehendantur. **¶** Sexto faciunt ad detestationem huius peccati diuersa exempla, & de multis pauca ponemus testimonia. Seneca in lib. de beneficiis, ait, quod quidam cum illi ob uirtutem & rempublicam bene gestam tantum agri decerneretur, quantum una die arandum circumire posset: Non est opus, inquit, mihi, cui plus quam uni ciui opus sit. Et subdit Seneca. Quanto maioris uirtutis putas respicisse munus, quam meruisse? Et Dauid in Psalm. A fructu frumētū, uini & olei sui multiplicati sunt. Et subiungit de se: In pace in idipsum dormiam & requiescam. Quasi diceret, Alii multitudinem temporalium querunt: sed mihi adherere Deo bonum est. Consiuit Iethro Moyse, onus suum partiri in plures ut secum esset Deus. Isti uero congregare uolunt multa onera in unum, ut ab eis recedat Deus. Isti non possunt dicere illud Psalm. Unicus & pauper sum ego: cum trini in personis uolunt esse, non unici. Ille qui trinus uult esse in personatibus, cum unus sit in substantia, uidetur dicere illud uerbum diaboli, Ero similis Altissimo. **¶** Sex reprehensibilia in habitibus plura ecclesiastica beneficia. Et quod presentia pastoris sit gregi necessaria, tripliciter ostenditur. Sex autem uidetur reprehensibilia esse specialiter in talibus personis. **¶** Primo est reprehensibilis absentia, cum omni-

cium eorum requirat presentiam tribus de causis. Primo propter gregis pestilentiam. Unde ad eum potest dici illud uerbum Seneca: Tatum habes negotii, quantum medicus in pestilentia. Secundo propter luporum infernalium importunam leuitiam. Alii enim lupi solo clamore exterrantur. Sed de lupo infernali legitur Iob 41. Non fugabit eum uir sagittarius: in stipulam uersi sunt ei lapides funde. Pauci sunt quos lupo infernalis singulis diebus non teneat uel per aurem, uel per linguam, uel per aliud membrum. Illo membro tenetur, quia à lupo infernali qui committit peccatum. Necessaria est ergo pastoris presentia quæ oues de ore lupi eruat. Unde legitur Amos 3. Quomodo si eruat pastor de ore leonis duo crura aut extremum auricularum: sic eruemini filii Israel. **¶** Tertio, necessaria est presentia pastoris propter simplicitatem & indefensionem ouium. Certum enim est quod inter omnia alia animalia unum de simplicioribus & minoris defensionis est ouis. Cætera enim animalia uel uelocitate, uel astutia, uel fortitudine & dentibus & unguibus quasi quibusdam armis secuta sunt ab hostibus suis: sed ouis nihil horum habet: ideo necessaria est ei presentia pastoris, qui eam defendat. Similiter est in ouibus spiritalibus. Multi enim maioris simplicitatis sunt, quam ouis uel

capraouis enim uel capra naturaliter fugit lupū: oues uero spirituales uolūtarij in ore lupi infernalis se ponūt. ¶ Secūdo reprehensibile est in talibus personis, q̄ supra suā uirtutē spondēt. Contra illud Eccl. 3. Non spondeas supra uirtutē tuā: q̄ si sponderis, quasi restitūgs cogita. Supra uirtutē suā spondēt qui animam suā in susceptiōe primæ ecclesiæ impignorauit, & adhuc aliā ecclesiā suscipit, cum aliam animā non habeat quam in pignus pro secunda ecclesiā ponat. Dominus animā suā posuit pro ouibus suis: & si ex culpa pastoris eas amiserit, super animā pastoris periculū erit. ¶ Tertio reprehensibile est circa habentes plura beneficia hoc, q̄ ipsi se offerūt ad fideiussione periculo sissimā, & instanter rogant ut ad eam recipiātur: & si recepti fuerint, de ea gaudent quasi in uesnerint thesaurū. Solent prudentes huius seculi uitare, q̄ nō fideiubeant pro aliquo, propter pericula quæ ex fideiussione solent euenire. Ad fideiussione uero longē periculosiorem multo se offerūt. Vnde Prover. 22. Noli esse cū his qui desigūt manus suas, & qui uades se offerūt pro debitis. Si enim nō habes unde restituas, quid causæ est ut tollat operimentū de cubili suo? ¶ Qui curam animarū suscipit, manus suas desigūt: id est obligat. ¶ Sexti sunt ad quæ se obligat, qui curā pastoris suscipit. ¶ Primo ad ex-

colendam terram ecclesiæ. Iere. 1. Ecce constitui te hodie super gentes, & super regna, ut reuellas, & destruas, & disperdas, & disspes, & ædifices, & plantes. ¶ Secūdo ad liberationem. Vnde Proverb. 24. Erue eos qui ducuntur ad mortem. ¶ Tertio ad spiritualiū infirmitatū curationē. Vnde dominus in Euangelio Matth. 9. Non est opus ualentibus medicus, sed male habētibus. Et uidentur medici spirituales deteriores esse temporalibus medicis tribus de causis. Primo, quia nullorū ægrorū curam recusant, quantūcūq; incurabiles uideantur. Secūdo, quia licet de arte spiritualis medicinæ nihil nouerint, tamē curam recipiunt, Tertio, quia mercedē ab infirmis recipiunt, & de infirmis nō intromittunt. Hæc enim tria in medicis corporū quantūcūq; mali sunt, non solent inueniri. Quarto obligat ad p̄uisionem eorum quæ spirituali uitæ sunt necessaria. Vnde Matth. 24. Quis putas, est fidelis seruus & prudens, quem constituit dominus super familiam suam, ut det illi in tempore tritici mēsuram? Bene enim deberet p̄meditari, qui tantā familiam suscipit, utrū habeat unde ei possit providere. ¶ Quinto obligat se ad præbendum ducātū, unde Ioā. 10. dicitur de pastore: Cum proprias oues emisserit, ante eam uadit, & oues eum sequuntur. ¶ Sexto obligat se ad placandū

Deum,

Deum, propter quod oportet ipse placeat. Quomodo eū placabit qui nō placet? Vnde Greg. Quomodo is qui displicet ad intercedendū &c. ¶ Sequitur de prædicto uerbo, Si enim nō habes nnde restituas &c. Operimentum quo cubile conscientie debet esse ornatum ut Deus ibi quiescat, est gratia Dei. Hoc operimentū amittit qui supra uires suas curam animarum suscipit. unde Proverb. 20. Tolle testamentū eius qui fideiussor exuit alieni, & pro extraneo aufer pignus ab eo. Idem uocatur hic uestimentum, prius operimentū. Et est sensus: Tolle uestimentum: id est, tollendū prædicta. Et subditur ibi, Suavis est homini panis mēdaci: sed os eius implebitur calculo. Panis mendacii uocatur qui acquiritur ex mendacii promissione cupidi, qui curam animarū suscipit: sed os eius calculo ardenti implebitur. Vnde Proverb. 11. Affligetur malo, qui fidē facit pro alio. De illis qui post fideiussione gaudet, dicitur Proverb. 17. Stultus plaudet manibus suis, cum sponderit pro amico, Cuius causa hæc: quia nō intelligit quid fecerit, pro infirmis enim de quorum salute desperant, se responsorē cōstituit, cum curā animarū suscipit. ¶ Quarto, reprehensibile est in talibus, quod post fideiussione nō curant de hoc quod fideiusserunt, non attendentes quod legitur

Proverb. 6. Fili mi, si sponderis pro amico tuo, desixisti apud extraneum manum tuam. Illaqueatus es uerbis oris tui, & captus propriis sermonibus. Fac ergo quod dico fili mi, & temet ipsum libera: quia incidisti in manum proximi tui. Discurr, festina, suscita amicum tuū. Ne dederis somnum oculis tuis, nec dormitent palpebræ tuæ. Fideiussione istam attendebat abbas quidam de grandi sylua, in cuius domo dominus Gulielmus de Montepessulano factus monachus abbatem pro salute sua fideiussorē recepit: qui diu conuersatus, ibi non est migravit ad dominū. Ad quem abbas peractis exequiis direxit sermonem in hūc modum: Frater Gulielme, uellem scire si Deo placeret, utrum de fideiussione quæ tibi feci, absolutus sim: qui licet per dimidiam diem mortuus fuisset, respondit diuino miraculo, Domine abbas, absolutus estis. ¶ Quinto reprehensibile est talibus personis, quod ipsi defraudāt plurimos. Primo Deū honore & seruitio. Deberet enim habere duplex seruitiū de duobus beneficiis, & non habet nisi unicum. Secundo, corpus ecclesiæ debilitat membri unius ablatione: sicut corpus unius hominis debilius est ex defectu pedis. Tertio, defraudat aliquē pauperem clericum qui deberet alterum illorum beneficiorum habere. Quarto uicarium,

cum uicarius habeat labore, & ipse mercedē. Quinto, subditos à quibus metit carnalia, cum eis nō seminet spiritualia. ¶ Sexto reprehensibile est in talibus personis, q̄ ipsi reputat beneficiū, quod est onus ualde periculosum, unde Luc. 22. Reges gentiū dominātur eorū, & qui potestatem habēt benefici uocantur; uos autē nō sic, supple, uocandi estis benefici. Solā enim dispensationē alienorū bonorū habetis. Cōstat ergo q̄ quādo quis cōmittit dispensationē alicui quē laboriosa est, licet uicū & uēstitum in ea ei concedat, potius eum onerat quā beneficium ei impendat.

¶ *De multiplici periculo, quod est in dispensandis rebu ecclesiasticis.*

MULTIPLICI uero ratione periculosa est dispensatio bonorū ecclesiasticorū. Primo, quia difficile est q̄ dispensator placeat domino & familiæ simul. Etiam difficile est gratiam familiæ nō querere, cū ipsa præsens sit, & dominus sit quasi absens, unde relinquatur q̄ difficile sit dispensatores bonorū ecclesiæ gratiam Dei habere. Secundo periculosa est, quia cōputatio multū differtur. Cōputatio autē dilata multa facit obliuisci: sicut beatus Bern. dicit, Dilatio ista securos reddit dispensatores, & absq; timore furātes, unde Ecc. 8. Quia nō profertur cito contra malos sententia, filii hominū absq; ullo timore per-

petrant mala. Et Matth. 24. Si dixerit malus seruus, Morā facit dominus meus uenire, & ceperit percutere cōseruos suos, māducet autē & bibat cū ebriosis. Veniet autē dominus serui illius in die qua nō sperat, & hora qua nescit uel ignorat, & diuidet eū, partēmq; eius ponet cū hypocritis: illic erit fletus & stridor dentū. Tertio, periculosa est: quia dominus omnia uidet quæ sūt à dispensatore. Si dicat aliquis per dispensationē prælatorum hoc fieri, q̄ unus habeat plura beneficia. Respōdeo q̄ si prælati omnia bene facerēt, nō dixisset dominus de ipsis Mat. 23. Secūdū opera eorum nolite facere. Vnde Ber. Nō sum tam rudis, ut ignorē uos positos dispensatores: sed in ædificationem, nō in destructionē, ubi necessitas urget, excusabilis dispensatio est, ubi utilitas prouocat, dispensatio laudabilis. Vtilitas dico cōmunis, non propria: nam cum nihil horum est, nō planē fidelis dispensatio, sed crudelis dissipatio est.

¶ *De pluralitate Missarum. Et in quibus casibus liceat dicere plures Missas.*

DICTVM est de primo signo auaritiæ quæ apparet in ecclesia Dei, scilicet de pluralitate beneficiorum. Nunc dicendum est de secundo signo, scilicet, de pluralitate missarum. Et uerum est quod in die natalis Domini licet celebrare tres missas, in aliis diebus in tribus

casibus licet celebrare duas. Primus casus est, quando necessitas requirit ut una de die celebraretur, alia pro defunctis. Secundus est, cū necessitas peregrinorum, uel hospitum, uel infirmorum hoc requirit. Tertius casus est, cum tempus nuptiarū labitur: tunc si necesse sit, poterit quis plures missas propter nuptias celebrare: ita tamē, q̄ nunquam propter aliquā necessitatem debet celebrare nisi duas, nec duas etiā causa adulationis uel cupiditatis, quia tūc est peccatum mortale. Quod autē cupiditas pluralitatem missarum adinuenit, uideri potest ex hoc, q̄ ille qui habet duas tenues ecclesias, in utraq; uult missam celebrare, cū horas canonicas uix in altera earū uelit dicere: cuius rei alia causa non uideatur esse, nisi q̄ ad missam offeratur, ad horas canonicas non.

¶ *Multiplex malum ex pluralitate Missarum.*

POTEST autem ostendi multipliciter, quod hoc sit malum, scilicet ali quē in die plures missas celebrare. ¶ Primo per illud uerbum Aug. Quotidie eucharistiā sumere, nec laudo, nec uitupero. qui non audebat laudare quotidie semel sumi eucharistiā: nunquid laudasset eam bis in die sumi: imō forsitā grauius pluries sumentē puniuisset. ¶ Secūdo potest idem ostendi per hoc, q̄ maius est cōficere quam simpliciter communicare.

unde cum non liceat alicui clerico pluries cōmunicare, nō est licitum alicui pluries celebrare. Et forsitā si nihil offerretur celebrati, sicut nihil offertur laico communicanti, nunquā fuisset pluralitas missarū introducta in ecclesia Dei. ¶ Tertio potest idem ostendi per hoc, qd dicit glossa super illud ad Heb. 6. Terra super se uenientē imbrem bibens &c. Prædicatio si rara est, nō sufficit: si assidua, uilescit. Idē uerū est de celebratione missarum: si enim aliquis pluries celebret, uilescit ei opus illud superangelicū: nō enim cōcessum est angelo, ut ad prolationē talium uerborum, sub specie panis gloriosum Christi corp⁹ incipiat esse: nec exhibet reuerentiā presentis creatoris sui quam deberet.

¶ Quarto potest idē ostēdi per hoc, q̄ filii Israël nō colligebāt de manna nisi gomor unū per singula capita. Māna enim propria figura fuit dominici corporis. De hoc habetur Exod. 16. ¶ Quinto potest ostēdi idē per hoc, q̄ agnus paschalis semel in anno immolabatur. De quo legitur Exo. 12. ¶ Sexto potest ostēdi idē per hoc, q̄ uerus agnus, scilicet Christus, semel tantū immolatus est, & sacerdos in ueteri lege tantū semel in anno cū sanguine intrabat scā sanctorū.

¶ *De pluralitate officiorum in eadem missa.*

SEQUITVR de tertio signo auaritiæ, scilicet de pluralitate

ralitate officiorum in eadem missa: quod licet interdum ex deuotione fiat, uerius tamen uidetur, quod cupiditas hoc adinuenit. In eisdem enim matutinis nullus laudes tripliciter in missis uerò cupiditas hoc adinuenit, ut si non offeratur ad unum officium, ad aliud saltem offeratur.

¶ De multiplicatione altarium sine necessitate.

Q V A R T V M autem signum est multiplicatio altarium absque necessitate facta, non ex deuotione, sed ex cupiditate. Unde Osee 3. Multiplicauit Ephraim altaria ad peccandum: facta sunt ei ara in delictum. Hostias offerent, immolabunt carnes & comedent, & dominus non suscipiet eas. Mira in sania est, quod altaria multiplicentur ad peccandum, quae pure deberent fieri ad Deum placandum. Corpus Dominicum super huiusmodi altaribus ex cupiditate immolatum à Deo non suscipitur, quantum ad operationem immolantis. Simile legitur Ier. 9. ubi sic legitur: Nunquid carnes sanctae auferent à te malitias tuas?

¶ De conseruatione fructuum.

Q V I N T V M signum auaritia est, conseruatio fructuum, in his qui habent annuos redditus sufficientes, quorum facultas multipliciter potest ostendi. Primo per hoc, quod ipsi uidentur esse similes cuidam stulto, qui uidens quandam magnam flumini impetuose currentem, cogitauit, quod cito pertransisset, & mutatus est uasa

à uicinis suis, & retinuit in illa de aqua illa, ne cum pertransisset aqua fluuuii, indigetia haberet. Annui redditus quos habet elerici sunt, uelut fluuius iugiter manans: sed diuitie laicorum qui non habet ita annuos redditus, sunt uelut torrens, qui quandoque siccatur. Unde non est mirum si ipsi referant de fructibus suis. Secundo potest ostendi facultas talium per hoc, quod ipsi de portione pauperum uolunt thesaurum facere, uel possessiones acquirere, cum ipsi pauperes fame & frigore moriantur. Contra quos dicit Hieron. Accepisse pauperibus erogandum & esurientibus plurimum: uel cautum esse, uel timendum, apertissimi sceleris est: aliquid exinde subtrahere, omnium praedonum crudelitate superat. Idem. Optimus dispensator est, qui nihil sibi reseruat. Suspecta est mihi charitas quae aliter diligit proximum, aliter seipsum. Portiones suae de bonis ecclesiasticis integre accipit, scilicet & uictum & uestitum suum: Pauperes uero esurientes & nudos dimittens, diuites, thesaurizare facit de portione, non autem detur quanta iniquitas sit, quod pauperum est, successori suo diuiti reserua re, cum uniuersaliter distradat Dominus in terra thesaurizare. Mat. 6. non uidet esse coelum praelatis ecclesiae, qui exemplo suo debent alios ad contempnitatem renorum prouocare, quod ipsi in terra thesaurizent. Tertio potest facultas eorum ostendi per hoc, quod

ea quae ipsi subtrahunt pauperibus, auferit eis tyrannus uel maior praelatus. iuxta illud August. Hoc tollit siccus, quod non accipit Christus. Quarto potest facultas eorum ostendi per hoc, quod ipsi ignorant qualem successorem habituri sint, unde Eccl. 2. Detestatus sum omnem industriam meam, qua sub sole studiosissime laboraui, habiturus haereditate post me, quem ignoro utrum sapiens aut stultus futurus sit: & dominabitur in laboribus meis &c. Cognatum esset ut praelatus qui bona ecclesiastica pure à Christo recepit, membris Christi ea impederet, iuxta illud Eccl. 1. Ad locum unde exierit flumina reuertentur. Facium autem uidetur esse hoc, quod homo qui bene potest dispensare, reseruet eius dispensationi, qui forsitan in uoluptates & uanitates expendet. Illud etiam erit materia peccati: quod potuit esse materia uirtutis. Contra illum qui sic facit uidetur esse illud Hieron. Da, inquit, eribus, non locupletibus, non superbis. De quo necessitas sustentetur, non quo augeatur opes. Pars sacrilegii est, non dare pauperibus res pauperum. Quinto potest ostendi facultas eorum per hoc, quod melius esset, quod ipsi de eis quae sibi abundat eleemosynas faceret ante mortem, quam fieret eleemosyna illa postquam mortui esset. Eleemosyna enim ante mortem facta, est uelut lucerna quae praefertur homini custodiens eum ne cadat in foueam in-

ferni. Eleemosyna post mortem facta, est quasi lucerna quae fertur homini post tergum, quae non custodit eum à casu foueam. Si enim in peccato mortali decesserit, nulla eleemosyna quae pro eo fiet, liberabit eum ab inferno. Unde eleemosyna facta pro aliquo in uita ipsius, ualde melior est quam illa quae fit post mortem. Illa quae fit post mortem, non ualet ei ad plus, nisi ad liberationem à poena purgatorii: illa autem quae fit in uita, potest domini mereri gratiam & gloriam, & liberationem à debito poenae eterne, & à poena purgatorii, & abundantiam bonorum temporaliu, & multa alia. Pietas enim ad omnia utilis est, promissionem habens uitae quae nunc est, & future, ut legitur 1. ad Tim. 4.

¶ De promotione puerorum ad sacros ordines & dignitates.

SE Q V I T V R de sexto signo Auaritia, quod est promotio puerorum ad sacros ordines & ad ecclesiasticas dignitates. A quo peccato ualde est cauendum ecclesiae Dei. Valde enim esse nociuum, quod inuit Salomō, Ecc. 10. dicēs, Vt tibi terra cuius rex puer est. Et dominus Esa. 3. cominatur hoc synagogae tanquam poenam magnam, dicēs: Dabo pueros principes eorum. Multiplici autem ratione cauendum esset ecclesiae ab hoc peccato. Primo propter defectum sapientiae, qui est in pueris, unde Aristoteles: Nemo iuuenes eligit duces, eo quod non constat eos esse prudentes. Et

Job 12. In antiquis est sapientia, & in multo tempore prudentia. Et etiam si scientia esset in talibus personis, non tamen habet experientiam, quæ ualde necessaria est rectoribus: unde Ecclesiast. 34. Qui non est tentatus, quid scit? Vir in multis expertus cogitabit multa. Et deinde subditur: Qui non est expertus, pauca recognoscit. ¶ Secundo propter defectum uirtutis. unde Ecclesiast. 7. Noli querere fieri iudex, nisi ualeas uirtute irrumperè iniquitates, ubi dicit Glossa, Debet quisque uirtutes proprias perpendere, & pro quantitate uirum curam aliorum suscipere, ne dum delectatur, loco gloria fiat subditus author ruina. Oportet prælatum ecclesiæ inflexibilem esse. Aetas iuuenilis uel puerilis tenera est in iudicium: sicut uirga antequam adulta sit, flexibilis est. Vnde glossa super illud Ecclesiast. 10. Væ tibi terra, cuius rex puer est. Cuius ætas leuitati & inconstantia proxima est. ¶ Tertio cauendum est ecclesiæ à promotione iuuenum: quia incertum est quales futuri sint. Vnde Prouerborum 30. Tria sunt difficilia mihi, & quartum penitus ignoro. Viam aquilæ uolantis in celo, uiam colubri super petram, uiam nauis in medio mari, & uiam uiri in adolescentia sua. Et si ualde incertus sit uolatus aquilæ in celo, eò quod diuertat se ad cadauer, & incessus serpentis, quia

tortuose incedit: & uia nauis in medio mari, quia uariatur secundum quod uentus uariatur, nullum tamen horum se dicit Salomon penitus ignorare, nisi solum uiam uiri in adolescentia sua. Vnde sapientiores Salomone se uidentur facere illi, qui propter signa aliqua bona que uidentur in iuuenibus, afferunt eos futuros bonos & faciunt eos promoueri, non attendentes, quod oportet columnam prius robur suum accepisse quam ponatur in ædificio: Ibi enim non acciperet robur. Illi etiam qui iam boni sunt, in prælatione bonitatem suam amittunt, uel per superbiam, uel aliquod aliorum uitiorum. Vnde de superbia habetur 1. ad Timotheum 3. Non neophytum, ne in superbiam elatus in iudicium incidat diaboli. Vnde dicit Glossa, In arrogantiâ, quæ est ruina diaboli, incidunt, qui puncto horum nondum discipuli sunt magistri. Tales uoluptatibus uacant. Vnde post illud Ecclesiast. 10. Væ tibi terra cuius rex puer est. Subditur, Et cuius principes mane comedunt. Et super illud Ecclesiast. 12. Adolescentia & uoluptas uana sunt. dicit interlinea, quod uoluptas carnis comes est adolescentiæ. Ignis concupiscentiarum quasi naturaliter in iuuenibus est, cui igni materia ministratur, quando prælati efficiuntur. Habent enim diuitias quæ sunt materia gulosis: ha-

bit

bet etiam mulieres, quarum cupiditates sunt. Vnde consequens est ut gula & luxuria intendant: Ex quo gallo non succincto lumbos gallinæ traduntur. bene potest quilibet cogitare quid ex hoc possit sequi. Prius tentandum esset qualiter ipsi regerent se, priusquam alii regedi committerentur eis. unde August. Prius uide, si nosti diligere te ipsum, & committo tibi proximum. Si autem non nosti diligere te, timeo ne decipias proximum sicut te. Attendendum etiam esset antequam committeretur alicui familia ad pascendum, an habeat unde etiam pascat. Ridiculum est quod famelici & auidi uestimenta & alimoniam aliis promittant, & uicerosi medicos se iactent. Potius deceret tales uerbū illud Esaiæ 3. Non sum medicus, & in domo mea non est panis &c. ¶ Quarto cauendum est à promotione iuuenū, propter derisionem hominum. Derideri enim potest ecclesiā ab inimicis suis, cum ipsa senuerit, si nubat puero, & pro spōso habeat quæ deberet portare in gremio, & lactare lacte simplicis doctrinæ. Et potest ei dici illud, Pro patribus tuis nati sunt tibi filii. Quando enim debuit nubere illi qui pater posset esse, ipsa nubit illi cui opus est matre. ¶ Quinto cauendum est ecclesiæ à promotione talium: quia scandalizabitur populus de tali promotione subita. unde de super illud 1. ad Timo. 3. Nō

neophytum &c. dicit glossa. Heri in teatro, hodie in ecclesiā, uespere in circo: hodie in altari, dudum fautor histrionum, nunc constuprator est uirginum. Et quod legitur ibi: Cui opus est patrono, mihi parant defensionem: & cui opus est pædagogus, mihi instituit doctorem. ¶ Sexto cauendum esset ecclesiæ tali promotione: quia sicut senectus exornat quodammodo ecclesiasticas dignitates, sic pueritia quasi deturpat eas. Ad primum pertinet quod legitur Ecclesiā. 25. Quam speciosum canitie iudiciū, & presbyteris cognoscere cōsiliū. Quam speciosa ueternis sapiētia, & gloriosus intellectus, & consiliū. Corona senū multa peritia, & gloria illorū timor Dei. Ad secundum pertinet illud uerbū quod dicit quidam de Nerone. Nero quū quosdam ornare uellet, nō ipsos ornauit, sed ornamento deturpauit. Et in ueritate quū presbyter idē sit quod senior, ordo sacerdotalis ad senes uidetur pertinere: & quasi contraria de aliquo uidentur dici, quum dicitur esse iuuenis presbyter. Idē enim est ac si diceretur iuuenis senior. unde Daud in Psal. cathedrā seniorū attribuit, dicens: In cathedrā seniorū laudēt eū. ¶ Septimo cauendum esset ecclesiæ ab huiusmodi promotione, quia multis exemplis mouetur ad hoc. Primo exemplo domini, qui xx. anno incepit facere opera, quæ ad præ-

prælatos pertinent. Et Ezechiel describitur in x x x. anno fuisse quando uidit uisiones. Petro etiam & non Ioanni commenda ut Christus ecclesiam. Vna potuit causa esse, quia Ioannes erat adolescens. Apud Hebræos etiã prohibita est lectio principii Genesios, & finis Ezechielis, & Cantica Canticorum ante trigessimum annum. Et alia exempla ad idem possunt adduci. Sed forte aliquis obiiciet, quod Ieremias puer ad prædicandum missus sit. Et Timotheus adolescens episcopus ordinatus sit. Et Salomon ante trigessimum annum in regem promotus. Cui respondere potest, quod Ieremias antequam prædicaret, audiuit: Ego dedi te hodie in ciuitatem munitam, & in columnam ferream. ut legitur Ierem. i. Si dominus uirgam unã in unam magnam columnam commutaret, iam posset poni pro columna in edificio. Non tamen ex hoc sequitur, quod uirga simpliciter sit utilis ad hoc ut ex ea columna fiat. Sic licet Ieremias quasi miraculose sapiens & robustus factus ante ætatem solitam ad prædicandum sit missus, non tamen hoc ad consequentiam est trahendum. De Timotheo uero respondet beatus Bernardus: Da mihi talem Timotheum, & ego cibo si uis eum auro, & potu balamo. Pauci inueniuntur hodie similes Timotheo. De Salomone uero dici potest, quod forti-

tan ideo male accidit Salomoni, quia adeo iuuenis factus est rex. Diuitiæ enim & deliciae quasi infatuauerunt eum. Præterea spiritualis gratia est facta. Dedit enim ei dominus subito cor ita sapiens, quod nullus similis ei fuerit.

¶ *De libenter currentibus ad nummos horarios &c.*

SEQUITUR de ultimo signo auaritiæ, quod est concursus ad nummos horarios & ad processiones, & ad cætera loca in quibus solet offerri. Hoc signum auaritiæ in multis locis apparet in ecclesia Dei. Vidimus enim clericos concurrere ad horas illas, ad quas decantanda constituta est certa pecunia, sicut piscis concurrunt ad panem in aqua proiectum, de aliis uero horis non curat. Vnde in quibusdam ecclesiis uocatur à laicis horæ illæ in quibus nummi dantur, Horæ nummi. Quod satis indecens est. Similiter si aliquid sumus est in aliqua uilla, concurrunt illuc sacerdotes & clerici de circumiacentibus uillis, ut possit dici de illis, quod dicit dominus Matthei 14. Vbi cumq; fuerit corpus, ibi congregabuntur & aquilæ. Et Iob. 39. dicitur de aquila, Contemplatur escã, & oculi eius de longe prospiciunt. Et subditur: Vbi cumq; fuerit cadauer, statim adest. Pises escam non sentiunt, nisi ei proxima fuerit: sed tales funus sentiunt etiam si distat ab eis per unam

unam leucã, uel per duas, & statim concurrunt. Vnde similes sunt uulturibus: de quibus dicitur, quod existentes in regione una, sentiunt cadauera in alia.

De peccato indignè consciendi.

C A P. X I I.

¶ *Via Simonia & alia peccata, de quibus proximo loco dictum est, frequenter solent comitari peccatũ indignè consciendi. Ideo subiungemus hic tractatũ de peccato isto, & primo agemus de his quæ pertinet ad dignitatem consciendi: deinde agemus de his quæ faciunt ad detestationem huius peccati.* ¶ Ad hoc uero quod aliquis indignè consciat, Primo necessarium est ut probet se ipsum homo, & sic de pane illo edat & de calice bibat. Sicut ille qui uult infundere aliquem pretiosum liquorẽ alicui uasi, prius probat uel tentat utrum uas sit mundum uel immundum, sanum uel corruptum: sic debet uidere de se sacramentum altaris suscepturus. Ista probatio uocatur diudicatio in eodem capitulo, ubi dicit Apostolus: Si nosmetipsos diudicaremus, nõ utique iudicaremur. ¶ Secundo immunditia inuenta in se necesse est ut homo eam abluat. Manibus enim illotis accedere ad mensam Domini ualde indecens est: & in hoc peccant multum aliqui sacerdotes, qui cum singulis diebus manus corporis lauent ut ad mensam corporalem ac-

cedant: tamen ad mensam Domini in, qua Dominus præsens est, & cui angeli assunt, per unũ mensam uel duos accedunt manibus illotis: id est, operibus, non attendentes quod dicitur in Psalm. Secundum puritatem manuum mearum retribuet mihi. Non secundum pluralitatem misarum, sed secundum puritatem manuum retribuet Dominus sacerdotibus. Ad istam abluentionem manuum pertinet quod dicitur in Psalm. Lauabo inter innocentes manus meas &c. ¶ Tertio necessarium est lumen fidei: ad quod lumen sacerdos confideret uirtutem sacramenti: ut scilicet habeat fidem de effectu sacramenti illius qui est collatio uel augmentum gratiæ. Ad lumẽ etiam istud debet inspicere quæ latent sub specie panis & uini. Indecens est mensam talẽ esse sine lumine, & timere possunt qui habent ibi oculos obæcatos ne uideant ne illa mensa fiat illis in laqueum. Ideo dicitur in Psalm. Emitte lucẽ tuã & ueritatẽ tuam. Et post subditur, Et introibo ad altare Dei. ¶ Quarto necessaria est fames de percipiendo effectu istius sacramenti, quam famem sacerdos non habebit nisi per humilitatẽ, cogitãdo defectus suos, & se uacuum & pauperẽ inueniri. Fastidiosos & plenos non uult Dominus saturare, sed esurientes & sitiẽtes. Vnde Matth. 5. Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur.

tur. Et ista quatuor sunt ex parte ipsius qui debet conficere. ¶ Ex parte uero cibi qui sumendus est, necessaria est præparatio. Modus autem præparandi tangitur Exod. 12. ubi sic legitur de agno paschali: Non comedetis ex eo crudum quid, nec coctum aqua, sed asum tantum igni. Crudum comedit ille, in quo ignis charitatis non est. Coctum aqua comedit, qui in diuitiis uiuit. Assum uero ille comedit, qui passionem Dominicam, cuius figura est sacramentum illud, diligenter recolit, ita ut meditatione eius exardescat ignis. Sed sunt nonnulli qui in præparatione cibi corporalis quæ sumpturi sunt, uolunt quod laboretur à manè usque ad tertiã: sed præparatione huius cibi spiritualis nolent laborare per dimidiã horã. Secundo necessaria sunt azyma cū lactucis agrestibus, cum quibus agnus comedatur. Inconuetum enim est carnes crudas comedere. In lactucis agrestibus quæ amaræ sunt, dolor & amaritudo pro peccatis intelligitur, quæ debet esse inconficiente. Vnde Augu. Panis iste salus est agris, quæ lacrymæ faciunt dulciore. In azymis, intelliguntur opera, ut sunt elemosynæ, orationes, & simul aquæ debent præcedere sumptionem Domini corporis. ¶ Tertio necessaria est diiudicatio Domini corporis, ut cū magna reuerentia recipiatur. De quo tãgit Apost. 1. ad Cor. 11.

dicens: Qui manducat & bibit indignè, iudiciũ, id est, dñationem sibi manducat & bibit, nõ diiudicã corpus Dñi. ¶ Quarto necessaria est diligens custodia post susceptionem, & præcipue custodiendũ est in quo Dominicum corpus susceptum est. Si quis in pixide, ubi Domini corpus positum est, fatidum lutum poneret, infidelis iudicaretur. Qualis ergo iudicandus est ille qui os suum in quo corpus Domini recepit, detractiõ, uel ebrietate, uel alia spurcitiã, uel ebrietate, uel alia spurcitiã polluit, cū spurcitiã spiritualis longe maior sit immũditia corporali? Ad hoc pertinere potest quod legitur Prouerbio. uicemosephimo: Qui seruat fœdũ, comedet fructus eius: & qui custos est domini sui, gloriabitur. De diiudicatiõ & custodia similiter habetur Proverbior. uicemotertio, ubi sic legitur: Quãdo federis, ut comedas cū principe, diligenter attẽde quæ sunt posita ante faciem tuã. ecce diiudicatio. & subditur, Et statue cultrũ in gutture tuo. Hoc pertinet ad custodiam oris. In ore cultrum discretionis ponẽdum est, ut nõ admittat homo in ore suo unde ipsum possit inquinari. ¶ Ultimo necessariũ est, ut in confectiõne forma tradita obseruetur. De hoc habetur in gl. super illud 1. ad Corinthios 11. Quicumque manducauerit hunc panem, uel biberit calicem Domini in dignè, reus erit corporis

& sanguinis Domini, ubi sic dicitur, indignus est qui aliter celebrat, quã à Christo traditum sit: & qui non deuota mente accedit, uel in uoluntate peccãdi manens. In summa ergo colligi potest, quod ea quæ pertinent ad hoc quod aliquis dignè conficiat, uel pertinet ad ipsum conficientem, uel ad ipsum cibum qui sumendus est, uel ad formã conficiendi diuinitus traditam. Ille uero qui debet conficere uel etiam communicare, debet esse præparatus, quasi trãsiturus esse de mũdo isto ad patrem. Ad melfam enim Domini debet accedere, sicut & ille qui moriturus est, unde Exo. 12. præcipitur quod comedetis agnũ paschalem sine præparati ad eundem. ubi sic legitur: Renes uestros accingetis, & calciamẽta habebitis in pedibus uestris, tenẽtes baculos in manibus: hæc est forma hominis parati ad eundem. ¶ Præter ista leguntur quædam alia in sacra scriptura quæ ad dignitatem eius qui debet conficere uel communicare pertinere uidentur. Sicut illud quod legitur Gen. 14. de Melchisedech, quod protulerit panem & uinũ Abraham regibus deuictis. Post uictoriam enim peccatorum ad sacramentum altaris accedendũ est. Ad idem pertinet hoc quod, Exod. 12. præcipitur agnus paschalis tolli decima die. In quo figuratur quod uerus agnus post impletionem decalogi sumen-

us sit. Ea etiam quæ de sepultura Domini in Euangelis leguntur, indicat nobis qualiter corpus Dominicum sit sumendum. sepultus enim est in monumẽto in quo nondum quisquam positus fuerat. Nõ ponat ergo aliquis Dominum, ubi iam est diabolus: quia nulla cõuertiõ Christi ad Belial. 2. Cor. 6. Recipitur etiam in syndone mũda, id est, cordis puritate: sicut Ioseph legitur fecisse. Matt. penul. Adfuit etiã myrrha & aloẽ, quæ Nicodemus attulit: ut legitur Ioã. 19. Amaritudo contritiõis & mortificatio carnis adfuit: unguenta quæ mulieres præparauerunt: id est, opera quæ pertinent ad deuotionẽ Dei & cõpansionem proximi.

¶ Qualiter sit præparandus sacerdos ad sumendum corpus Christi.

VESTES etiam sacerdotales instruunt nos circa idẽ. Præparatio enim quam facit qui celebraturus est, sacras uestes induendo, significat qualiter præparatus esse debeat interior. Ad idem pertinet quod legitur Leuitici 16. ubi sic dicitur: Locutus est Dominus ad Moysen, & præcepit ei dicens: Loquere ad Aaron fratrem tuum, ne ingrediatur omni tẽpore sanctuariũ quod est intra uelum corã propitiatorio quo tegitur arca, ut non moriatur (quã in nube apparebo super oraculũ) nisi hæc ante fecerit. Et subditur: Tuni-

ca linea uestietur, feminalibus lineis uerenda celabit: accingetur zona linea, cidarim lineam imponet capiti. Nō loquitur de quolibet ingressu sacerdotis in sancta sanctorū, sed de ingressu quo intrabat cum sanguine: & ideo rectē significatur per hoc ingressus sacerdotis euangelici, ad confectiōnem Dominici corporis & sanguinis. Quod etiam uidetur per hoc quod ibi dicitur. In nube apparebo super oraculum. Quasi enim in quadā nube sacramēti, apparet Dominus super altare. Non intret ergo sacerdos ad altare, nisi tunicā habeat lineā innocētiae, ut sit absq; peccato odii. Et feminalia linea cōtinēt, ut sit absq; peccato carnis. Et zonam lineā per sobrietatē, ut sit absq; peccato ingluuiē uētris. Et cidarim lineam per puritatem intentionis, ut sit absq; peccato cupiditatis. Alioquin timere potest, ne morte moriatur. Ad dignitatem etiam conficiendi uel cōmunicandi pertinet quod legitur Exo. 12. ubi sic dicitur: Hęc est religio pharise, Omnis alienigena nō comedet ex eo. Omnis autem seruis emptitiis circumcidetur, & sic comedet. Aduena & mercenarius nō comedet ex eo. Alienigena est, qui filius diaboli est per imitationē qui scilicet est in certo peccato mortali. Vnde Ioan. 8. Vos ex patre diabolo estis. Peccator in hereditate diabolo, quasi patri, & Dominus

& hereditate. In nomine. Vnde Dominus dicit de Iuda, Vnus ex uobis diabolus est. In hereditate. Vnde Matt. 23. Discedite à me maledicti in ignem æternū qui paratus est diabolo & angelis eius. Seruus emptitiis est qui à certis mortalibus canet, qui sanguine Christi efficaciter redēptus esse uidetur. qui circūcidendus est, si agnum uerum uult sumere, ut linguam suam refrenet à uerbis illicitis, & sobrius cibo & potu utatur. Superbie etiam ornatus deponat. Non uidetur securū esse illi qui æquē superbus uult esse sicut prius, detrahor & gulosus sicut prius, accedere ad sacramentū altaris. Aduena est ille qui de nouo conuersus est, cui non est securum ad sacramentū altaris accedere. In quo non parum uidentur errare multi in ecclesia, qui illos qui manserūt in peccato carnis per totum annum usque ad Dominicam in Ramis palmarum, de quibus certum est eis, quod decem annis uel amplius post tertiam diem Paschæ, ad peccatum carnis redierūt, communicant in differenter: non attendentes quod hic dicitur, Aduena nō comedet ex eo. Interlin. illū ad uenā uocat, qui nuper uenit ad fidē, nec adhuc firmus est. Mercenarius uerō est qui pro incōtemporalibus Christo seruit, qui agnum uerū comedere non debet: quod ualde male obseruatur in ecclesia Dei.

105

¶ *Qua faciunt ad detestationem indignē conscientium.*

POST QUAM ostensum est in quibus dignitas conficiendi attendatur, subiungendæ sunt auctoritates & rationes, & exempla quæ ualent ad detestationem huius peccati. ¶ Et primo ualeat ad hoc illud Gregor. De quolibet indignē conficiente uel sumente corpus Christi, sicut de Iuda, dicit dominus: Veruntamen ecce manus tradētis mecum est in mensa. ¶ Sicut Iudas tradidit Christū persecutoribus: sic conficiens uel sumens corpus Christi indignē, tradit eum quantum in se est dæmonibus, dum ponit eum in loco qui est in potestate dæmonum. ¶ Secūdo facit ad hoc illud Augustin. Magis peccant qui tradūt Christū peccatoribus mēbris diaboli, quàm qui tradiderunt eum crucifixoribus Iudæis. ¶ Tertio facit ad hoc quod dicit Gloss. super uersum illum, Dederunt in escam meam sel: ubi sic habetur, Hoc adhuc facit cōtempstor sedentis in celo, & grauius peccat quàm qui crucifixerunt ambulātem in terra. Quod uerum est ad minus quod ad circumstantias multas. ¶ Prima est: quia indignē sumentes corpus Christi, scienter contumeliam Christo inferūt, quem uerum Deum esse credunt: detiores in hoc Iudæis, qui si cognouissent, nunquam dominum gloria crucifixissent. 1. Corint. 2. Vnde non potest Dominus ro-

gare pro indignē sumētibus, sicut pro Iudæis rogauit, dicens: Pater, ignosce illis, quia nesciūt quid faciunt. Lucæ 23. ¶ Secunda: quia contempstor Christum regnantem, quem Iudæi cōtempserūt mortalem. Maior autem contumelia est quæ inferitur alicui in statu honoris, quàm quæ inferitur ei in statu humilitatis. Sicut contumelia quæ inferitur alicui cū miles est, maior est, quàm quæ inferitur ei quum domesticus est. ¶ Tertia circumstantia est, quia contumelia crucifixionis tantū semel à Iudæis illata est: ab indignē uerō conficientibus uel sumētibus quotidie inferitur. ¶ Quarta, quia uilitas, & macula culpæ magis Deo displicet, quàm uilitas pœnæ quæcunque sit: sed indignē sumentes corpus Christi, faciunt quantum in se est ad hoc quod Christus polluat, sicut infra patebit. Ergo quantum in se est faciunt illi, ut uidetur, quod magis sibi displicet, quàm quod fecerūt ei Iudæi. ¶ Præterea quàm maiorem contumeliam potest quis inferre domino suo, quàm si eum capiat, & in carcerem inmundissimum proiciat? Non esset maior contumelia si eum occideret, licet maior dolor ibi esset. Contumelia uerō ista satis insinuat ad Hebr. 10. ubi cōculcatio uocatur. Sic enim legitur: Irritam quis faciens legem Moysi, sine ulla misericordia, quibus aut tribus testibus notatur: quanto magis

magis putatis deteriora mereri supplicia qui filium Dei conculcauerit? Vbi dicit Glof. Christum conculcat, qui liberè peccat absq; timore & pœnitentiâ. Et indignè eo participat. Idè insinuat nobis Ioannis 13. ubi dicitur: Qui manducat panem meum, leuabit super me calcaneum suum. Calcaneo conculcatio fit. Et ubi nos habemus in Psalm. Magnificauit super me supplantationem. Alia litera habet, Ampliauit super me calcaneum suum: id est, erexit pedem, ut me conculcetur. ¶ Ad detestationem huius peccati facit quod legitur 1. ad Corinthio. 11. Quicumque manducauerit hunc panem, & biberit calicem domini indignè, reus erit corporis & sanguinis domini. ubi dicit Glo. id est, reus erit acti Christum occideret. Si quis qui fidem haberet, sciret semel se Christum crucifixisse, ipse uellet nullis pedibus per totum mundum toto tempore uitæ suæ pœnitentiâ agere: quid ergo debent etiam facere illi qui toties commiserunt peccatum simile illi peccato? Item dicit Ambr. Qui indignè Christum sumit, idem est acti interficiat. Talis iterum Christum crucifigit: iuxta illud ad Heb. 6. Rursum crucifigentes filium Dei, & ostentui habentes. Ipsi quantum in se est, Christum iterum crucifigunt eum ostentui habentes: id est, derisioni. Illudunt enim eum simulans se eum adorare, què in ueritate inhonorat. Vnde

potest Christus dicere de eis, q̄ super dolorem uulnerum suorum ei addiderunt. Tales quantum in se est, corpus Christi pollunt. Vnde Malach. 1. Dicit Dominus exercituum: ad uos, ô sacerdotes, qui despiciatis nomen meum, & dixistis, In quo despeximus nomen tuum? Et subditur: Offeris super altare meum panem pollutum. Vbi dicit Glo. Panis id est, corpus Christi pollutum, qui indignus accedit ad altare, & ad mensam Domini. Talis fordidus, & excommunicatus corpus Christi osculatur. De excommunicatione eius 1. ad Corinth. ult. Si quis non amat dominum nostrum Iesum Christum, sit anathema. Ad aliud uerò pertinet quod dicit quidam sanctus indignè conficiet: Quomodo labiis illis oscularis filium Virginis, quibus osculatus es labia meretricis? ¶ Attendere deberet talis etiam formam uerborum, qua Christus admonet eum, ut aduertat hoc esse corpus suum quod sic contra. ¶ Hoc, inquit, est corpus meum, super quod os tuum factum aperis, quod quum sis fera pessima, deuorare præsumis. Et do. lothitum facis, quia cani uel porco apponis. In cuius faciem expuis, quâdo in lutum platearum proiicis. Ad primum potest referri quod legitur in Psalm. Os peccatoris, & os dolosi super me apertum est. Hoc uerè potest dicere Christus, quando indignè conficiet os aperit ad suscipiendum

dum eum. Ad secundum potest referri quod dicit Iacob Genes. 37. Fera pessima comedit eum. Tertio, de corpore Christi idolothitum facit, qui ex cupiditate celebrare præsumit. Cani uel porco apponit illud, qui illud assumit, quum porcus sit per luxuriam, imò porco immundior, uel canis per detractionem. Vnde uidetur dicere illud quod dicit Goliath ad David, 1. Regum 22. Veni, inquit, ad me, & dabo carnes tuas uolatilibus celi & bestis terræ: cum ipse sit uolatile celi per superbiam, & bestia terræ per cupiditatem & auaritiâ. Ad duo uerò ultima pertinet quod dicit quidam sanctus: Sacerdos luxuria inquinatus iuxta filium Virginis ponit idolum Veneris. Et dum sanctam faciem benedicit, qua in faciem eius spuit, dum sumit filium Dei, quasi in lutum platearum proiicit. Cùm de Sarracenis dicatur, Deus uenerunt gentes in hereditate tuam, &c. De indignè conficientibus potest amplius dici: scilicet quod polluerunt filium sanctum suum. Ad magnitudinem etiam contumeliam facit hoc, quod indignè conficientes Deo contumeliam inco. ferunt, quasi coram curia sua congregata. Adest enim ibi Deus, adstant homines & angeli. Vnde Gregor. Quis fidelium dubium possit habere in ipsa immolationis hora ad sacerdotis uocem cælos aperiri, atque in illo Iesu Christi mysterio angelorum cho-

ros adesse, summis ima sociari, terrena cælestibus iungi? Ad magnitudinem etiam contumeliam facit hoc, q̄ tales inferunt Deo contumeliam in propria domo eius. Vnde Ieremæ 11. Quid est quod dilectus meus in domo mea facit scelera multa? ¶ Præter prædicta sunt quatuor quæ faciunt ad detestationem huius peccati. ¶ Primum est, magna ingratitude quæ est ibi. Venit enim diuina maiestas uisitare hominè in sacramento altaris, & hoc cum plenitudine charismatum. Vnde Eucharistia uocatur sacramentum istud, & miser homo non timet contumeliâ ei inferre, quem pro posse suo debuit honorare. Satis admirari possumus in hac parte bonitatem diuinam & peruersitatem humanam. Quid est homo (ait David) quia magnificas eum: aut filius hominis, quia uisitas eum? Etiam latrones illis ad quorum mensam comederunt, seruant fidem: per annum indignè uerè conficiens uel communicans, in ipsa mensa ad quam cum Domino comedit, ei contumeliam facit. Vnde bene potest dici de domino illud Eccle. 25. Pasceat & potabit ingratos, & adhuc amara audiet. Ad magnitudinè ingritudinis facit hoc, quod in sacramento illo mors domini figuratur. Vnde 1. ad Corinth. 11. Quotiescūque manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem domini annuntiaueritis. Magna uerò ingrati-

do est, aliquam ei contumeliam inferre quem recordatur mortuum pro suo amore. ¶ Secundo facit ad detestationem huius peccati hoc, quod indignè conficiens uel communicans, infeliciores uidentur esse cæteris peccatoribus. Ipsum enim summum bonum eis est noxium, & ex ipsa uita moritur, & ex ipso antidoto incurrunt infirmitatem ad mortem. Quis locus curatio- ni, quando quod debuit curare hominem, ipsum interfecit? Vnde in libro Properi: Sacramentum summæ pietatis sibi in iudicium sumit indignus. Bene esse non potest male accipiēti quod bonum est. ¶ Tertio facit ad detestationem huius peccati, pœna quam dominus accipit etiam in præfenti de indignè sumentibus corpus Christi. Vnde 1. Corinth. 11. postquam dixit Aposto- lus: Qui manducat & bibit indignè, iudicium sibi manducat & bibit, subdidit: Ideo inter uos multi infirmi & imbecilles, & dormiunt multi. Et exponit Glo. Infirmi febribus, imbecilles longis ualetudinibus, & infirmitatibus, & dormiunt morte corporis. Legitur etiã in libro Paschæ, quod quicumq; indignè communicat, nisi bonitas Christi, cuius iudicio omnia pendent, gladium suspenderet, & tempora- lem iudicem, ut pœniteant remoueret, ab angelis ad hoc positis perimeretur. Nec mirum. Si enim pro morte Christi gens Iu-

dæorum destrui debuit, & peccatum indignè conficiens simile est peccato eorū, qui cruci- fixerūt Christū, sicut prius ostensum est: iustissimè possunt tales à domino interfici. ¶ Vltimò faciunt ad detestationem huius peccati diuersa exempla. Et de multis pauca ponamus. Ioannes Baptista in utero matris sanctificatus, à pueritia in eremo conuersatus, & inuitatus à domino, timuit tangere uerticem domini, ipsis angelis reuerendum & tremendum. Vnde cantat ecclesia de eo: Baptista contremuit, & non audet tangere sanctum Dei uerticem: sed clamat cum tremore, Sanctifica me Saluator, Quomodo ergo aliquis immunus non timet sumere totū corpus Christi iam glorificatū? Item beata Magdalena quæ tãto feruore dominum diligebat, & tam deuotè ei uiuio & mortuo ser- uiebat, non est permilla tangere pedes domini, eò quod nõ crederet Filiū æqualem esse Patri: Item beatus Marcus sibi abscidit pollicè, ut reprobus esset sacerdotio: tantū reuerabatur Domini corpus conficere. Et quidam senior inter eremitas, cum ab illis eligeretur in sacerdotem, & ab episcopo Aegypti ordinatus esset, ait: Ego licet sim sacerdos, in uita tamè mea non conficiam. Legitur etiam 1. Regum sexto, de Oza, quod cum bobus recalcitrantibus arca declinaretur, ipse extendit manum

sua

sua, & tenuit eam. Et iratus indignatione dominus cõtra Ozã percussit eum super temeritate, qui mortuus est ibi. Tradūt Hebræi, quod ea nocte dormierat cum uxore sua. Si Oza interfectus est à domino, quia præsumpsit tangere arcam quæ erat figura Domini corporis, cum ea nocte iacisset cū propria uxore: quid meretur ille qui iacuit cum sua concubina, & tamen ipsum uerū corpus Domini tenere uel sumere præsumit? Item legitur 1. Regum 6, quod Bethsāmita percussi sunt à Domino, eò quod uidissent arcam Domini: & percussi sunt 1. x. uiri, & quinque millia plebis. Si tot homines percussi sunt, quia attentauerunt circa arcam Domini, quod eis erat prohibitum, scilicet uidere arcam Domini nudam: quid merentur illi qui at- trectāt aliquid circa corpus Domini, quod eis prohibitum est? Præterea sancta Maria Aegyptiaca pœnitentiam agēs in deserto, semel tantum hoc sacramentum accepit à Zofyma eremita loci illius. Et licet singulis diebus fuerit lacrymata, tamen tunc amplius quasi usq; ad effusionem oculorū. Legitur etiam Matthæi 8. quod centurio dixit domino dicēti sibi, Ego ueniam & curabo puerum tuum. Domine, non sum dignus, ut intres sub testum meum. Et Lucæ quinto legitur, quod Petrus ait Domi- no, Exi à me, quia peccator sum.

Legitur etiã Exodi 3. quū dominus apparuisset in rubo Moyssi, quod dixit ei Dominus: Solue calciamentum de pede tuo: locus enim in quo stas, terra sancta est. Sic cum dominus adest in sacramento, omne morticinum remouendum est.

¶ De peccato eorum qui non curant communicare.

POST peccatum eorum qui indignè conficiunt uel commun- icant, dicendum est de duobus peccatis quæ uidentur esse annexa huic peccato, scilicet de peccato eorum qui nunquam curant communicare, & de peccato eorum, qui postquam Domi- num in sacramento altaris sum- pserunt, per peccatum mortale eum à se expellunt. ¶ Ad detestationem uerò primi peccati tri- plex testimonium scripturæ po- test adduci. ¶ Primum est in ue- teri lege, Numeri 9, ubi sic legi- tur: Homo qui fuerit immundus super anima, siue in uia procul, faciat phasè Domino mense se- cundo. Si autem mundus est, & in itinere non fuit, & tamen non fecit phasè, exterminabitur ani- ma illa de populis suis. Immun- dus super anima dicebatur ille, qui immundus erat ex contactu mortui. ¶ Secundum testimoniū est in noua lege, Ioan. 6. ubi di- cit dominus: Nisi manducaue- ritis carnè Filii hominis, & bibe- ritis eius sanguinem, non habe- bitis uitam in uobis. ¶ Tertium testi- moniū est, cõstitutio ecclesiæ,

quæ dicit, quod quislibet postquam ad annos discretionis per uenerit, saltem semel in anno confiteatur omnia peccata sua, & suscipiat reuerenter ad minus in pascha Eucharistiæ sacramentum: nisi forte de consilio proprii sacerdotis ob aliquâ rationabilē causam ad tempus ab eius perceptione duxerit abstinendum. Alioquin uiuens ab ingressu ecclesiæ arceatur, & moriēs Christiana careat sepultura. Multum autem dolere debet ille qui non cōmunicaret saltem semel in anno. ¶ Primo, debet esse causa doloris hoc, quod Dominum multum offendit. Non enim parum offenditur Deus, quādo à suis negatur ei hospitium semel in anno, in quibus deberet habere continuè hospitium. Quod autē Deus multū ex hoc offendatur, potest ostēdi ex hoc, quod legitur Luc. 10. de his qui non essent recepturi discipulos eius: Dico uobis quod Sodomis in die illa remissius erit, quā ille ciuitati quæ non receperit nos. Si tantum offenditur Deus, quando discipuli eius non suscipiuntur: quantum credendus est offendī, quando sibi ipsi hospitium negatur, & præcipiē quia à suis? Vnde Ioan. 1. In propria uenit, & sui eum non receperunt. Qui domino hospitium negant: timere possunt ne dicatur eis illud uerbum quod legitur Marthæ 25. Discedite à me maledicti in ignem æternum, qui para-

tus est diabolo & angelis eius. Et subditur causa: Hospes eram, & non collegistis me. Timere etiā possunt ne accidat eis sicut Sodomitis, qui inhospitales erant, quos ignis & sulphur succendit. Vnde Origenes, Doms hospitales ingressi sunt angeli: scilicet domum Abraham & Loth, Doms uerò hospitiibus clausis ignis & sulphur succendit. Talem uindictam uolebat Iacobus & Ioannes fumere de Samaritanis, qui nuntios Christi non susceperant: ut legitur Luc. 9. Vnde dixerunt domino, Vis dicamus ut ignis de cælo descendat, & consumat illos? Secundo debent dolere de indignitate sua. Sunt quidā qui sibi applaudunt, dicentes quod melius est corpus Christi non sumere, quā indignè sumere. Quibus dicimus, quod in hoc bene faciunt quod non indignè sumunt: quia non est bonum sumere indignè panem filiorum, imò panem angelorū, & dare canibus: tamen dolere debent, quia se canes inueniunt, qui filii Dei esse debent. Dolere etiam deberent de hoc, quod uident se esse uasa mortis & iræ, & receptacula immunditiæ, qui deberent esse receptacula gratiæ & uitæ. De homine qui indifferenter fordes peccatorum in se recipit, Deo uerò locum præparare negligit, potest dici illud uerbum quod legitur Osee 8. Israël factus est quasi immundum in nationibus. Israël est Christianus,

nis, qui per fidem Deum uidet. Verus Christianus deberet dicere illud uerbum Dauid: Si dederō somnum oculis meis, & palpebris meis dormitationem, donec inueniam locum domino: supple, male mihi accidat. ¶ Tertio, potest dolere qui saltem semel in anno non communicat, quia non facit quod dominus præcepit discipulis suis, quum recessurus erat ab eis, uolens illud insigi maximè memoriæ eorum. Hoc facite, inquit, in meam commemorationem. Hoc quasi signum sui amoris reliquit dominus ecclesiæ suæ. Et uæ illi qui non habet memoriale à tanto amico sibi relictum. ¶ Quarto dolere posset talis de diaboli præsentia. Vbi enim est Dei absentia, ad est diaboli præsentia. ¶ Quinto, dolere posset: quia fraudatur utilitate quæ cōsequitur ex aduētū domini in aliquod hospitium. Non enim est aduētus eius absq; magna utilitate. Vnde cum Zachæus dominū in hospitio suo recepisset, audiuit à domino: Hodie salus huic domui facta est: ut legitur Luc. 19. Raab etiā saluata est, quia suscepit nuntios domini: ut legitur Iosue 6. Et uiduæ quæ Eliam suscepit, nō defecit farina, & oleū non est diminutū: ut legitur 3. Regum 17. Si adeo utile fuit seruos Dei in hospitio recepisse, quā utile est credendū esse ipsum dominum in hospitio suo recepisse: non modica securitas est talē socium

habere. Vnde Dauid: Si ambulauero in medio umbræ mortis, nō timebo: quoniam tu mecum es. & iterum: Dominus protector uitæ meæ, à quo trepidabo: Et subditur: Si consistant aduersum me castra, non timebit cor meū. De illo uero qui dominum non suscipit, potest intelligi illud quod legitur Eccle. 4. Væ soli: quia si ceciderit, nō habet subleuantem se. Talis cum mensa altaris indignus sit, etiā est indignus mensa cælesti. Et cum domino hospitium negauerit, merito ianua cælestis regni ei clausa erit.

¶ De peccato illorum qui per mortale peccatum Deum à se expellunt.

H V I V S peccati magnitudo potest ostēdi multipliciter. ¶ Primo, per hoc, quod turpius hospes. Si enim peccatū tantum est domino negare hospitium, manifestū est magnū ualde esse peccatum iam susceptum expellere ab hospitio suo. ¶ Secundo potest ostēdi magnitudo huius peccati per hoc, quod talis similis est Iudæ, qui postquam ad mensam domini comederat, eū tradidit hostibus suis. Etiā latro nestiment contumeliam inferre eis ad quorum mensam comederūt. De tali potest intelligi illud quod legitur Eccle. 6. Est amicus socius mensæ, & non permanet in die necessitatis. Tales etiam similes sunt Iudæis, qui in die qui dicitur Dominica in Ramis palmarū, Christum

stum honorificè susceperunt, & post eum eiecerunt cum contumelia magna. Sunt aliqui qui septem septimanis Christo hospitium parant: postquã uerò susceperunt eum, nullam reuerentiã sibi exhibent, imò tot contumelias ei inferunt, q̃ eum oportet inde exire. Venturo magnam reuerentiam exhibet, presenti uerò nullam. Vnde Bern. admirans dicit: Quid minus presenti quã uenturo debetur? Quid minus reuerentia temporis Resurrectionis exigit, quã Passionis? Tales etiam ad modum Iudeorum Barrabam latronẽ filio Dei præponunt, dum filium Dei à se expellunt, & infernalem latronẽ introducunt. Expellunt eum qui eos protegebat, & introducunt eum qui eos iugulet. Vnde lo. 10. Fur non uenit nisi ut furetur, & mactet, & perdat. Quantum autẽ displiceat Deo tale peccatũ, innuit dominus in Psal. ubi dicit: Si inimicus meus maledixisset mihi, sustinuissem utiq; Tu uerò homo unanims dux meus & notus meus, qui simul mecum dulces capiebas cibos &c. Et subditur: Veniat mors super illos, & descendant in infernũ uiuentes. Et alibi: Homo pacis meæ in quo speraui, qui edebat panes meos &c. Et subditur: Domine, resuscita me, & retribuiam eis.

De uitio proprietatis in religiosis.

C A P. XIII.

AD huius peccati detestatio
nẽ possumus ponere X I I.

exempla. Primum est Gen. 19. ubi legitur, quòd uxor Loth post se respiciens, uersa est in statuã salis. Vir religiosus tunc post se respicit, quando diuitias huius mudi quas reliquit, concupiscit. Statua corpus est sine spiritu. Vnde claustralis tunc statua efficitur, quãdo solo corpore in claustro conuersatur, corde uerò in mundo. Statua similitudinẽ habet hominis, & nõ est homo: sic talis similitudinem monachi habet & monachus nõ est. Notabile enim est, q̃ uxor Loth uersa est in statuã salis, quia talis monachus exẽplo suo condidit alios, sed sibi utilis non est. Hoc exemplum reuocat dominus ad memoriam, Lucæ 16. dicẽs: Memores estote uxoris Loth. Ad idem pertinet illud Lucæ 9. Nemo mittens manum suam ad aratrum &c. Secundum exemplũ est Genesis 31. ubi legitur Rachel furatã fuisse idõla Laban. Laban, candidatio interpretatur, siue candidus: & significat mundũ qui habet quandam candorem exterius. Rachel uerò uirum contemplatiũ figurat. Rachel uerò idõla furatur Laban, quando claustralis diuitias huius mudi amplectitur amore. Notabile uerò est in hoc exemplo, q̃ Iacob tanta pœna iudicauit esse puniendũ qui hoc fecisset. Ait enim: apud quemcuq; inueneris deos tuos, necetur corã fratribus nostris. Notabiliter etiã diuitiã quas claustrales illicitè possident, idõla uocantur, & quia

quia inutiles sunt eis, sicut aurum & argentum idolorum inutilia idololatri: & quia fidem & spem & amorẽ quæ in solo Deo ponere deberent, in pecunia ponunt. Vnde nec uerã fidem, nec ueram spem, nec ueram charitatem habent. Primum patet ex eo quod ait August. Qui ueram fidem habet de Deo, non cupit in his miseris fieri diues. Nõ enim plus est mundus, quã Deus. De spe uerò idem potest ostendi: quia dicit Aug. q̃ de Deo desperare, est spem in creatoris posuisse. Proprietarius fiducia quã deberet habere in Deo, ponit in nummo, & dum in diuitiis suis confidit, fallunt eum diuitiæ, & ipse corruit in infernum. iuxta illud Prouerbiorum 11. Qui confidit in diuitiis, corruet. Amorem etiam qui in solo Deo ponendus est, ponunt proprietarii in pecunia: amant enim pecuniam plus quã Deum. Quod patet ex hoc, quòd cum ipsi non possint simul habere Deum & pecuniam, potius eligunt amittere Deum, quã pecuniam non habere. Sed illud deus est uniuscuiusque quod præ cæteris diligit, sicut superior ostensum est. Pecunia igitur proprietarii deus eius est. Vnde ipse idololatra est. Tertium exemplum est Exod. 16. ubi Deus qui prouisor erat filiorum Israẽl, noluit quòd aliquis eorum de manna in mane relinqueret. Qui non audierunt eum, sed reseruaerunt inde: &

quod reseruaerunt, computruit. Quartum exemplum est Iosue 7. ubi legitur quòd cum prohibuisset dominus ne quis acciperet sibi de anathemate Iericho, Achor tamen tulit inde chlamydem coccineam, regulam auream, & ducentos siclos argenti. Iericho, quod interpretatur luna, significat mundum istum qui mutabilis est ad modum lune, qui anathema debet esse uris claustralibus. Sed aliqui sunt qui anathema istud cum Anchor furantur, dum pecuniam sibi prohibita habere uolunt. In illis uerò tribus quæ furatus est Achor, tres species proprietatis figurantur. In regula aurea intelligitur proprietas interior: scilicet proprietas sensus & uoluntatis. In auro autem propter splendore, sapientia solet intelligi. Regula uerò quæ à regendo dicitur, bene pertinet ad uoluntatem quæ habet regimen & imperium in homine. In pallio uerò coccineo intelligitur conuersatio exterior habens peccatum. In coccineo enim peccatũ intelligitur, sicut & in principio Esaię, ubi dicitur, Si fuerint peccata uestra ut coccinum, quasi nix dealbabuntur. Pallium coccineum furatur claustralis, quando aliquid retinet de exteriori conuersatione seculari, uel in habitu, uel in tonsura, uel in aliquo tali. Notabiliter autem dicitur ibi pallium ualde bonum: multis enim claustralibus uidetur ualde bona conuer-

fatio secularis. Hoc est pallium illud de quo legitur Cant. 5. Tulerunt palliū meū custodes murorum. ¶ **Quing;** autem notabilia sunt in isto exēplo. ¶ **Primum** est hoc, q̄ dominus dixit filiis Israhel: Non ero, inquit, ultra uobiscum, donec cōteratis eū qui huius sceleris reus est. In quo innuitur, q̄ dominus cōtra totam unā abbatiam iratus est, quādoq; propter unum proprietariū quā tolerant. Vnde omnes qui sunt in aliqua tali religione, deberēt persequi illum quē sciunt proprietarium esse. ¶ **Secundū** uero ubi legitur: Anathema in medio tui Israhel est, non poteris stare coram hostibus tuis, donec deleatur ex te qui cōtaminatus est hoc scelere. In quo uerē innuitur, q̄ propter illud peccatū potestatem habet diabolus precipitādi claustrales in multa alia peccata. ¶ **Tertium** notabile est, q̄ ea quæ Achor furatus est, nō proficiunt illi: nullū lucrum inde habuit, nisi peccatū & pœnam peccati. In terra ea abscondit, & cū moriturus erat, ea manifestauit. Sic proprietariū sæpe aliud lucrum non habēt de pecunia sua, nisi q̄ custodes sunt dum uiuunt, & in morte manifestant eam. ¶ **Quartum** notabile etiam est quod legitur Iosue dixisse ibi: Quia turbasti nos, exturbet te dominus in die hac. In quo innuitur q̄ propter turbationē proprietariū non debet diminui quin ei propriū auferatur. ¶ **Quintum** notabile est quod subditur,

Lapidauitq; eum omnis Israhel, & cuncta quę illius erant igne consumpta sunt. In igne intelligitur magnus zelus quem debent habere claustrales cōtra illud uitiū. In lapidibus uerō intelliguntur increpationes quibus lapidandus est proprietarius. ¶ **Quintū** exemplum est de Iuda qui in congregatione domini loculos habuit qui figurā tenet proprietariū, Notabile uerō est in isto exēplo, q̄ amor lucri occasio fuit Iudæ tot: & tantorū malorum, & tamē paruam uel nullā utilitatem inde habuit. Pœnitentia enim ductus retulit xxx. argenteos. Matt. 22. nunquā comedit uel bibit inde. Sic proprietariū multamala committunt, ut pecuniam habeant, quandoq; nullā utilitatem inde consequuntur. ¶ **Sextum** exemplū est 1. Reg. 15. ubi legitur quod dominus prohibuit Saul, ne ex rebus Amalech aliquid concupisceret: & non obediuit Saul, imō reseruata sunt meliora de ouibus, & armētis, & adeo offensus est dominus, ut hac de causa regnū abstulerit Sauli. Septimum exemplū est 2. Machabæor. 12. ubi legitur quod Iudas Machabæus uenit quadam die ut tolleret corpora quorundam de suis qui prostrati fuerant in bello, uolens ponere ea in sepulchris paternis, & inuenerunt sub tunicis interfectorum denarios idolorum, a quibus lex prohibet ludæos, & omnibus manifestum factū est ob hanc causam corruisse

eos,

eos. Si enim in talibus qui professione non promiserant, Deus morte puniuit hos, quod acceperant denarios sibi à lege prohibitos: quanta pœna dignum est puniri peccatū tale in uiris perfectis? ¶ **Octauum** exemplū est, in Anania & Saphira uxore eius, qui fuerūt primi proprietariū in Nouo testamento: qui propter peccatum illud, morte subita interfecti sunt, ut legitur Actū 5. ¶ **Nonum** exemplū est, in Vitis patrum, de quodam hortulano, qui omnia dabat in eleemosynas quæ de suo labore acquirerebat, præter tenuē uictū. Tandem suggestū est in inspiratione spiritus maligni, ut colligeret aliquam pecuniā, quam cū senex esset uel egrotaret, possēt expendere, & fecit sic. Contigit autem eum infirmari in pede, & expedit quicquid habebat in medicos: & curari non potuit, & tandem unus de expertis medicis dixit eum non posse curari nisi per pedis abscissionē. Et cū die sequenti medicus allaturus esset instrumenta ad pedē abscindendum, nocte præcedēte hortulanus ille pœnituit de nummis collectis quod non dederat pauperibus. Et astitit ei statim angelus domini, dicens: Vbi sunt nummi quos collegisti, & ubi est spes quam tractasti? Qui cū pœniteret & misericordiam peteret, angelus domini tetigit pedem eius, & sanatus est. In mane uero medicus ueniēs, inuenit hor-

tulanum in agro sanatum atque operantem, & glorificauit Deū. ¶ **Decimum** exemplum est, de quodam fratre, qui renuntians seculo, & sua dans pauperibus, uenit ad abbatem Antonii, quendam tamen sibi retinuit. Quod cū comperisset Antonius, dixit: Si uis monachus esse, uade compara tibi carnes, & impone corpori tuo nudo, & ueni sic ad me. Qui cū hoc fecisset, tam canes quàm aues corpus suum propter carnem rapiēdam dentibus & unguibus dilacerauerunt, & sic dilaceratus uenit ad Antonium. Cui Antonius: Quicumq; renuntiauerit seculo, & uult adhuc habere pecuniam, sic à demonibus laceratur. ¶ **Vndecimū** exemplum est, de quodam fratre qui reseruauit sibi duos aureos. Et cū in infirmitate pœnitētia ductus manifestasset hoc Gregorio: tamen Gregorius noluit parcere ei, quin & infirmū & mortuum puniret. Subtraxit enim ei in infirmitate uisitationem fratris, & post mortē uoluit eum multis diebus carere Christiana sepultura: exēplo suo docens prælatos ecclesię quantum zelū debeant habere contra peccatum istud. ¶ **Duo decimum** exemplum est in Vitis patrum, de quodam qui erat eremita in Aegypto, cui diabolus ostendit magnum thesaurum sub terra, qui fuerat Pharaonis. Cui ipse respondit: Pecunia tua tecum sit in perditionem. In hoc quod diabolus

bolus

bolus thesaurum illum ostendebat eremitæ, satis apparet quantum diabolo placeat uiros perfectos habere diuitias, & per consequens quatum Deo displiceat.

¶ *De duodecim stultitijs religionis si proprietarij.*

S E C V N D O possunt ualere ad detestationem huius peccati, xii. stultitiæ, quibus ostenditur laborare proprietarius. ¶ Prima est, quod ipse est ualde factuosus mercator. Similis enim est homini negotiatori, quærenti bonas margaritas. Inuenta autem una pretiosa margarita, uendit omnia quæ habet, & emit eam. Deinde margaritam illam conculcat, & pro nihilo dat. Margarita ista Deus est, pro quo claustralis quidam mundum dedit totum, & etiã seipsum. Quam quasi pro nihilo dat, cum pro aliqua re temporali Deum amittit. Ad cumulum etiam huius stultitiæ accedit quod eandem margaritam quotidie non cessat emere, scilicet ieiunijs, uigilijs, & orationibus, cum tamen in tali statu nullo pretio possit eam emere. ¶ Secunda stultitia est, quod cum dominus eripuerit eum de naufragio huius seculi, & quasi collocauerit eum in loco tuto, scilicet in uari religionis, ipse fortitue aliquantulum de mari in nauem ponit, in quo ipse submergitur. Vnde accidit ei sicut barbari dixerunt accidisse Paulo, Actus 38. cum euasisset de naufragio, & adhæsisset uiperæ manui eius.

Vtique homicida est homo hic, dixerunt ipsi, qui cum euasisset de mari, ultio non finit eum uiuere. ¶ Tertia stultitia est, quod cum ipse iam mortuus sit, tamen timet fame mori. Et cum solam uitam æternam deberet quærere, à mortuis enim sola uita æterna quæritur, ipse tamen ad eum cupidus est, ut cupiditate acquirendi fur efficiatur. Si similis monstro est auaritia, sicut Seneca dicit, quid dicendum est de auaritia mortui? religiosi dicuntur mundo mortui. De morte ista legitur ad Coloss. 3. Mortui estis, & uita uestra abscondita est cum Christo in Deo. De morte etiam ista legitur in Vitis patris, quod cum quidam senator reliquisset abbati Arsenio magnam hereditatem, & delatum fuisset ad eum testamentum, ipse ait: Ego prius mortuus sum, quam ille. Ipse autem modo mortuus est, quomodo me fecit heredem? Et remisit testamentum nihil accipiens. ¶ Quarta stultitia est, quod ipse in loco saluationis sibi facit locum perditionis. Vnde quodam speciali modo potest dici filius perditionis, sicut Iudas. Vnde dominus: Nemo ex uobis perit nisi filius perditionis. Bene fuit Iudas filius perditionis, qui cum Salvatore & societate in qua soli saluandi erant, solus se perdidit. ¶ Quinta stultitia est, quod uidetur habere magnam uoluntatem quod furetur, & per consequens quod suspendatur,

qui

qui uendit sua, & dedit pauperibus, ut in monasterio furaretur aliena. ¶ Sexta stultitia est, quod ipse locum illum quem declinant homines scelerati ne scelera sua ibi committant, ipse intrat ut ibi malam uitam ducat. Et qui cauebat sibi à furto in seculo, non timet furari in loco sancto. De quo uidetur admirari dominus Ierem. 9. dicens: Quid est quod facit dilectus meus in domo mea scelera multa? ¶ Septima stultitia est, quod cum dominus ab eo remouerit iram suam, ipse tamē conatur ad hoc quod habeat aliquid de ipsa. Ira domini effusa est super abundantiam diuitiarum. Vnde legitur Apocalyp. 17. quod angelus effudit phialam suam in illud flumen magnum Euphratem. A qua ira liberatur qui mundo renuntiat. Sed proprietarius de ira ista uult habere, dum diuitias uult possidere. Vnde Iaco. ultimo dicitur de diuitibus: Thesaurizastis uobis iram in nouissimis diebus. Ibi dicit gloss. Nescit miser thesaurum iræ cum thesauro pecunie pariter cumulari. ¶ Octaua stultitia est, quod ipse aliena colligit, & propria negligit. De his quæ propria esse non possunt, uult facere sibi proprium, & iusto Dei iudicio amittit omne proprium. Aliena sunt nobis temporalia ista, sicut ostensum est prius. Quia secundum Ambros. non sunt hominis bona, quæ ferre seculum non ualet. Nec possunt esse

propria, cum sint separabilia, quæ dum proprietarius colligit, & ibi appropriare quærit, ipse omne proprium amittit. ¶ Primo amittit proprium Dei, cuius proprium est misereri & parcere: quia iuxta uerbum beati Bernar. monacho habenti proprium negabit dominus proprium suum. Nec est parua amissio ista, homini peccatori. ¶ Secundo amittit seipsum: quia sicut communiter dicitur, & uerum est, Monachus habens de proprio obolum, non ualet obolum. ¶ Tertio, amittit bona interiora, quæ proprie possunt dici nostra: sicut ostensum est prius. ¶ Quarto, amittit bona æterna, quæ proprie possunt dici nostra, quia non possunt homini auferri. ¶ Nona stultitia est, quod ipse sua facit pretiosiora seipso. Cum enim se Deo dederit, sua tamē dare non uult, cum tamen se dando de iure sua dederit. Vnde non debet se excusare per ignorantiam. Ius enim naturale uidetur dicere ei quod cum ipsum à se alienauerit, nihil proprium habere possit. Proprietarius quod plus est pro eo quod minus est amittit. Cum enim se ipsum Deo dederit, non est ista oblatio Deo accepta, pro illa modica pecunia quam retinet. ¶ Ex quo se Deo dedit, ipse deberet providentiam sui ei relinquere. ¶ Decima stultitia est, quod ipse de scala cæli facit scalam inferni. Imò cum iam multos gradus in scala cæli ascenderit, &

ipse

ipse uult precipitare se, & quasi saltare in infernū. Scala cæli est crux religionis, de qua scala legitur Genes. 28. quod Iacob uidit in somnis scalam stantem super terram, & cacumen eius tangens cælum. ¶ Undecima stultitia est, quod ipse de porta cæli facit sibi portam inferni. Porta cæli religio est, unde Genes. 28. Nō est hic aliud nisi domus Dei, & porta cæli. ¶ Duodecima stultitia est, quod ipse laqueum cupiditatis in quo tot homines ad infernale patibulum trahuntur, qui iam cōtritus erat, reparat, & molam afinariā à collo suo amotam iterum sibi alligat. Huius laquei figura fuit laqueus quo Iudas se suspēdit. Idem enim quo ad literam in Iuda accidit, qui dum situit lucrū, peruenit ad laqueum, & suspensus crepuit medius, & effusa sunt uiscera eius. Spiritualiter accidit in proprietario. Amor enim pecuniæ laqueus est, quo occasiōaliter suspendetur in inferno. Emisceratur quodammodo, dum proicit interiora bona, & dū per terrenorū sollicitudinē cor eius quasi exit ab eo, iuxta illud Eccl. 10. Proiecit enim in uita intima sua.

¶ *De multiplici peruersitate huius peccati proprietatis religiosorum.*

TERTIO potest ualere ad detestationē huius peccati multiplex peruersitas, quā facit peccatū hoc in ecclesia Dei. ¶ Prima peruersitas est, quia illā partem

ecclesiæ quæ deberet esse proxima cælo, facit hoc peccatū adhaerere terræ. Illū etiā qui deberet esse stella fixa in firmamento cæli, & lucere hominibus bono exēplo, facit hoc peccatū fixum in limo profundi. Astra cæli, uiri claustrales sunt. Vnde Iob 38. Cum me laudaret simul astra matutina, & iubilarent omnes filii Dei. Hæ stellæ cadūt de cælo in terrā per peccatū proprietatis, ut uideatur esse impletum illud Apocal. 6. Stellæ cæli ceciderunt super terrā. Hoc peccatū etiam facit ut in cælo ecclesiæ, quod est religio, in quo deberēt esse angeli Dei, sint talpæ, imō etiā diaboli. Diabolus est, qui malus est inter bonos. Ioan. 6. Ego uos elegi, & unus ex uobis diabolus est. Hoc etiam peccatum facit illos qui aues deberent esse, circa terrena ista reperere. unde etiā immundi sunt, iuxta illud Deuter. 14. Omne quod reptat & pennulas habet, immūdum erit. Proprietariū in claustris sunt uelut uestertiones inter aues. Et sicut uestertiones in ecclesiis habitant, sic & clerici. Non tamē ad idem: Clerici enim sicut ad Deum glorificandū, sed uestertiones sunt ibi ad oleum bibendum. Sic proprietariū licet sint cum eis qui Deum glorificāt, ipsi tamen Deum sua mala blasphemant uita. In illis impletur quod legitur Iob 1. quod quum assisterent filii Dei coram domino, affuit inter eos etiam satan. Propriet

prietarius inter bonos claustrales est uelut satā inter filios Dei.

¶ *De multiplici malo quod est in proprietario.*

QUARTO potest ualere ad detestationē huius peccati, si mala colligantur simul quæ sunt in proprietario. ¶ Notandum ergo est, quod proprietarius fur est. Vnde domus proprietariū plena iudicio scripturæ, est uelut spelunca latronū. Et de mera iustitia posset eos dominus omnes interficere subitanea morte, sicut Ananiā & Saphiram interfecit. Vel posset ignē mittere de cælo, qui omnes cōbureret. Nec solū fur est, sed etiā sepe sacrilegus: quia furtum suum sepe in loco sacro cōmittit, quia res pauperibus cōsecratas furatur, secundū Hieronymū, pars sacrilegii est, res pauperum non dare pauperibus. Eadem ratione res pauperum furari, sibi sacrilegium erit. Est etiā proprietarius proditor, & in Deum & in proximum. In Deum, quia eum peccando impugnat, quum expēsis eius uiuat. In proximum, quia fratres suos defraudat bonis illis quæ sibi appropriat. ¶ Quarto, proprietarius uoti transgressor est. Volūtaria enim paupertatē uouit, quāmodo à se repellit. ¶ Est etiā apostata. Si enim apostata iudicatur qui habitum deponit, quum paupertas uoluntaria magis sit de substantia religionis quā habitus, proprietarius potius iudicandus erit apostata, qui uoluntariā

paupertatem à se expellit. Iudicio etiā scripturæ homicida est: quia ea inutiliter custodit, quæ pauperum deberent esse, & quæ pauperes deberent comedere. Vnde Ecclesiast. 3. 4. Papis egentium uita pauperum, qui defraudat illum, homo sanguinis est. ¶ Est etiam proprietarius idololatra: ut ostensum est prius. Et est hypocrita. Sub habitu enim claustrali animum gerit secularem. Extrā uidetur aureus, intus autē luteus est. ¶ Est etiam mendax Spiritui sancto. Vnde Act. 5. dixit Petrus Ananiæ: Cur tentauit satanas cor tuum, mentiri te Spiritui sancto? Et subditur: Non es mentitus hominibus, sed Deo. Alia litera habet: Cur impleuit satanas cor tuum? Plenus enim fuit primus proprietarius satana. De iure etiā naturalī uidetur esse excōmunicatus. Quū enim ipse bona sua aliis non communicet, ipse indignus est communicare bonis aliorū. Est etiā maledictus iudicio scripturæ: iuxta illud Ios. 6. Maledictus uir corā Deo qui reādicauerit Iericho. Frequenter enim indignē conficit uel communicat proprietarius: quod quātum sit peccatum, satis ostensum est prius. Præterea proprietarius peccat in Patrem, peccat in Filium, peccat in Spiritum sanctū. In Patrem peccat, dum de sua potentia dubitare uidetur. Dum enim timet mori fame, si ea quæ uouit Deo seruauerit, uidetur factio dicere illud

Iud Pſal. Nunquid & panem poterit nobis dare, aut parare mensam in deserto? In Filiū peccat, dū sapientiā eius deridet. iuxta illud Prouerb. 15. Stultus deridet disciplinam patris sui. Sapientiā Christi fuit, paupertatem diuitiis præponere, & molestias delitiis. Vnde ad Hebræos 12. legitur de ipſo, quod proposito sibi gaudio sustinuit crucem. Super quem locum dicit Aug. Omnia terrena bona cōtempſit homo Christus, ut cōtempnēda mōstraret. Omnia mala terrena sustinuit quæ sustinenda præcipiebat, ut nec in illis quæreretur felicitas, nec in istis timeretur infelicitas. Et istam sapientiam deridet proprietarius. In Spiritum sanctum peccat, quia qui de bonitate Dei male sentit, dum credit quod si seruiert Deo ad eius uoluntatem, ipse debeat permittere eum mori fame. Aliter etiā peccat contra Spiritum sanctum: quia facit contra charitatem quæ Spiritum sanctum est, & quia mentitur Spiritui sancto, sicut offensum est prius.

¶ *Quod religio maximè persequi debeat hoc uitium.*

AD ultimum notandum est, quod religio maximè deberet persequi uitium istud. Primo quia detrahit fundamentum religionis, quod est paupertas. Hoc fundamentum posuit filius Dei, quando doctrinam à paupertate inchoauit, dicēs, Mat. 7. Beati pauperes, &c. matrē etiā religionis iugulat & suffocat, quæ similitur

est paupertas. Etiam pacem auferit, quæ totum bonum est religiosorum. ¶ Vnde super illud, Pax super Israël. dicit glossa, Vno uerbo omne bonum dixit. Seneca. Quietissimè uiuerent homines, si hæc duo pronomina tollerentur, meum & tuum.

De auaritia scientia.

C A P. XIII.

Vltimo loco inter species auaritiæ quæ pertinent ad ministros ecclesiæ Dei, dicendum est de auaritia scientiæ, quæ uidetur deterior esse quam auaritia pecuniæ. ¶ Duodecim uerò sunt per quæ potest ostēdi, quod ualde detestabilis sit auaritia ista. ¶ Primum est hoc, quod scriptura in multis locis monet, ut cōmunicemus scientiā nostram aliis, Prou. 7. sic legitur: Deriuetur fontes tui foras, & in plateis aquas tuas diuide. Ecclesiast. 11. Mane semina semen tuum, & in uespere non cesset manus tua. Et Ecclesiast. 29. Quod habes in manu, ci ba ceteros. In manu habet homo quæ opere implet, uel quæ habet ad manum, uel in promptu. Talis enim multo amplius proficeret in docēdo qui bene sciret ea quæ doceret, & qui ea opere impleret. ¶ Secundum est, quod etiā natura & consuetudo idem suadet nobis: quia sol & alia corpora luminosa lumen suum omnibus communicant, quantum uirtus eorum se extendit, nisi aliqua re interposita prohibeantur. Consuetudo etiam habetur

hominum

homines adinucem lumen gratiæ communicant. Inauditum est lumen exhiberi uenale. Et miser ualde reputaretur, qui lumē candle suæ candelis aliorū nollet communicare. Cui similis est ille qui lumē sapientiæ nō uult aliis cōmunicare. ¶ Tertium est, quod ille qui scientiam habet, potest esse largus de ea absque suo detrimento: qui diuitias terrenas habet, non est mirū si largus est de eis, quia eas largiri nō potest, nisi eas desinat possidere. Vnde Boët. in lib. Consol. O angustas inopēsque diuitias, quas nec habere totas pluribus licet, & ad quemlibet sine cæterorum paupertate non ueniunt. In hoc habent præminentiam spirituales diuitiæ, quod in largitate nō minuantur, quū corporales uel imminuantur, uel omnino desināt haberi. Hoc etiam unū est in quo atteditur similitudo spiritus nostri ad Deum: quia sicut ille bona sua largitur absque perditione uel detrimento, ita spiritus noster bona sua cōmunicat absque detrimento. Est etiam quoddam bonum spirituale, scilicet summum bonum, quod potest simul totum à multis haberi. Et quanto plus habetur, tanto ab eis melius habetur. ¶ Quartum est hoc, quod dum scientia datur, non solum nō amittitur, imò etiam augetur radicator, & melioratur. Vnde Sapiens: Scientia distributa recipit incrementum, & auarū designatur possessore: nisi publi-

cetur, elabatur. Et Aug. in lib. de doctrina Christi. Omnis res quæ dando non deficit, dum habetur & non datur, nondum habetur quomodo habēda est. ¶ Quintum est hoc, quod elemosyna de ipsa facta ualde pretiosa est, ualde necessaria Deo & proximo. Vnde sicut ualde miser reputandus esset ille qui in tempore in quo est magna carità & fames, haberet thesaurū, qui dimini non posset, sed ex largitione semper cresceret, si pauperes permitteret mori fame, & eis non subueniret: sic ualde miser est qui de scientia sua auarus est. Quam pretiosum donū sit scientia uel uerbum diuinum, innuitur Zach. 9. ubi dicitur, Quid est bonū eius, & quid est pulchrū eius, nisi frumentū electorum, & uinum geminās uirgines: Frumentū electorū dicitur frumentū uerbi diuini, quo electi ad regnū æternū uescuntur. Vnde quasi cibus regius est. Frumēto materiali amplius uescuntur reprobi, quam electi. Frumentū autem uocatur illa pars scripturæ quæ propter sui difficultatem fractione indiget: uinum autē germinans uirgines, dicitur uerbum diuinum, quod uirginales, & castas generat affectiones. Et dicitur hoc ad differentiam uini materialis, quod luxuriosas reddit mentes. Vnde Prouer. 20. Luxuriosa res est uinum. Quam utilis sit elemosyna ista proximo, insinuat Sen. dicēs: Non minus pium est docere

Pp animæ

animæ scientiam, quàm corpori dare escam. Et Aug. Non est magnum pascere ventres morituros: sed magnum est pascere animas in æternū uiuuras. Et Greg. Maius miraculum est uerbo consolationis peccatorē conuertere, quàm carnem mortuam suscitare. Deo etiā honorificū est. Vnde Tobia 12. Opera Dei reuelare honorificū est. ¶ Sextū est, quod ille qui largus est de sciētia, benedicitur ab hominibus. Vnde Eccl. 31. Splendidum in panibus benedicient labia iustorum. Et in futuro benedicetur à Deo, quū dicitur ei: Euge serue bone & fidelis, &c. Matt. 25. ¶ Septimū est hoc, quod scientia quæ est in homine auaro, est quasi perdita. Vnde Eccl. 41. Sapientia abscondita & thesaurus inuisus, quæ utilitas in utrisque: Et Hier. Bona abscondita in ore clauso, quasi oppositiones epularū circumpositæ sepulchro. Item abscondit stultitiā suam, quàm qui abscondit sapientiam suam. Vnde bene dicitur sapientiam melius esse perditā in auaro, quàm pecuniā: quia pecuniā potest auarus in morte pauperibus erogare, quod de scientia tunc fieri nō potest. ¶ Octauum est hoc, quod non solum inutilis est sciētia in homine auaro, imò etiā noxia est ei. Scaturit enim uermibus, sicut legitur Exod. 16. Vnus uermis procedēs ex scientia. Vnde Apostolus 1. ad Cor. 8. Scientia inflat. Aliis est inuidia,

aliis indignatio. Vnde Eccl. 1. In multa sapientia multa indignatio: & qui addit scientiam, addit dolorem. ¶ Nonum est, quod ad literā interdum auarus amittit in præsentem scientiam suam. Vnde Matth. 25. Omni habenti dabitur, & abundabit, & ei qui nō habet, & quod uidetur habere auferetur ab eo. Super quem loci, dicit Gl. Habenti studiū uerbi erogandi, dabitur gratia super gratiam. Et alia Gl. Multi naturaliter sapiētes & acuti, si sunt desides, perdunt bonū. Et in eod. cap. iubet Dominus talentum tolli, & dari ei qui habet x. talenta. ¶ Decimum est, quod talis odibilis est hominibus. Vnde Prou. 21. Qui abscondit frumenta in tempore necessitatis, maledicetur in populis: benedictio autē super caput uendentium. ¶ Undecimum est, quod iniurius est proximo. Vnde Bern. Rem profectō proximi retines, si donis scientiæ & eloquentiæ adornatus, uerbis bonū quod possit prodesse multis, inutili, imò damnabili silentio ligas. Certe maledictus, qui frumenta abscondit in populis. ¶ Duodecimū est, quod ipse est ualde danosus Deo. Quia sicut dicit beatus Bern. modica semēis detractio, nō modicū est meis detrimentū. Vnde sicuti agricolis facit maius damnū ille qui furatur semen eorū, quàm si aliam rem furaretur, quia non solum auferit eis semen, sed etiā & fructum qui debuit exire à semine sic

sic multū damnificat Deum, qui semē diuini uerbi quod seminari debuit, inutiliter abscondit.

¶ De predicatoribus sibi solum uiuere eligentibus.

ET nota, quod illi qui officio prædicationis idonei esse possunt, & tamen sibi solum uiuere eligunt, licet ex bona intentione faciant, & timore Dei, scilicet ut cum puriori cōscientia Deo uiuant, multum timēdum uidetur esse eò quod ille seruus qui pecuniam sibi commissam abscondit in sudario, uocatus est à Domino seruus nequam. In sudario puritas cōscientiæ intelligitur. In sudario ergo talentū abscondit, qui amore puritatis cōscientiæ, officii prædicationis deserit. Et dicit Glo. super illū locum, In sudario pecuniā reponit, qui ad prædicandum idoneus, officii prædicationis suscipere renuit, uel susceptū non bene gerit. Ad idem pertinet, quod dicit Gregor. Qui scientia & uirtute præditi recessam speculationis appetit, tot animarum rei sunt, quot animabus in publicū prodeundo prodesse potuerūt. Tales, ut quidam dixit, ligāt sibi pedes & manus, ne Deus possit ex eis se iuuare. Vnde timere possunt illud Matth. 23. Ligatis manibus & pedibus mitte eum in tenebras exteriores. Et Matt. 25. Inutilem seruum eicite in tenebras, &c. Iracundiam enim inutilis sustinebit, ut legitur Prouer. 14. Ista tamen ex illo intelliguntur

da non sunt, qui tantæ infirmitatis est, quod non uidet salutem suā in mundo. Ad quod uidetur pertinere illud quod dicit dominus: Quid prodest homini, si totum mundum lucretur, & detrimentum sui faciat? Marci 8.

De peccato lusorum, & de his quæ faciunt ad eius detestationem. CAP. xv.

Vltimo loco inter species auaritiæ dicemus de peccato lusorum, quia frequēter in lusoribus est peccatū cupiditatis uel auaritiæ. Et primo ponemus ea quæ possunt facere ad detestationem huius peccati, deinde aliquid tangemus de his qui miscent se lusoribus, & de his qui locant eis necessaria ad ludū, & de his qui permittunt eos ludere in domibus suis. ¶ Quinque uero sunt quæ possunt facere ad detestationem huius peccati.

De xv. peccatis quæ circa ludum accidere possunt.

PRIMO potest facere ad hoc multitudo & magnitudo peccatorū quæ in ludo accidit. Possunt uero ibi accidere xv. peccata. ¶ Primum est cupiditas quæ est radix omnium malorū. Nec est ibi quæcūque cupiditas, sed rapina. Vult enim spoliare proximū suū rebus ipsius. ¶ Secundum peccatum est proditio: uult enim spoliare illū cum quo comedit & bibit. ¶ Tertium est immisericordia. ¶ Vellet enim spoliare ipsum, si possit canis & brachis: quod non faceret

unus de latronibus illis, qui spoliant peregrinos in nemoribus. ¶ Quartum peccatum est, usura ualde magna: scilicet duo pro x i i. non in anno uel in mense, sed in eadē die. ¶ Quintū peccatum est, afflictio Dei patris: scilicet quem ibi crucifigit ille qui amittit, blasphemādo & laniando eum. ¶ Sextum peccatum est contemptus ecclesie, cuius præceptum contempnit. Ad ista duo peccata ultima potest referri illud quod legitur Proverbior, 19. Qui affligit patrem, & fugit matrem, ignominiosus erit & infelix. Ignominia ista uel infelicitas satis manifeste uidetur in lusoribus. Cōtra lufos in canonibus Apostolorum sic habetur: Episcopus autem presbyter & diaconus alex aut ebrietati deservies, aut desinat, aut certe damnetur. Subdiaconus, aut lector, aut cantor similia facies, aut desinat, aut communionē priuetur. Similiter & laicus. ¶ Septimum peccatum est, scandalum proximi. Corruptuntur autem multi qui ad ludum inficiendum conueniunt. ¶ Octauum est, omisio bonorū, quæ deberet facere lusor tempore illo. ¶ Nonum est, peccatū periurii. Sæpe enim iurat lusor, dicēs se lucratum fuisse, quum in ueritate perdiderit. ¶ Decimum peccatum est fraudis. Sæpe enim unus defraudat alium ibi. ¶ Undecimū est, peccatum iræ. ¶ Duodecimum peccatum est, cōuitiationis. ¶ Ter-

tium decimum peccatū est, uerberis. ¶ Decimum quartum peccatum est, fractio solennitatum. In præcipuis enim solennitatibus præcipue committunt lusores peccatum suum, non attendentes, quod legitur Numeri 15. de illo qui collegerat ligna in sabbato: Moriatur homo ille, ait Dominus: lapidibus obruat eum omnis turba. Cōstat quod peius est cum blasphemis, & periuriis ludere, quàm in sabbato ligna colligere. ¶ Decimum quintum est, homicidium. Interdum enim unus lusor pro obolo interficit alium. ¶ Decimum sextū est, idololatria. Lusor enim ludū Deum suum facit, cum ludum Deo in amore suo præponit. Hoc enim ab homine colitur quod præcæteris diligit: ut dicit Glossa, super illud Apostoli Philippens. 3. Quorum Deus uenter est. Præterea ipse subiicit se iurisdictioni taxillorum, ut quod illi dicūt ipse faciat. Et sicut Deus dedit x x i. literas cultoribus suis, quibus tota scriptura est scripta, per quam uoluntas Dei fidelibus indicatur: sic taxillus habet x x i. puncta quibus lusor cognoscit uoluntatem Dei sui. Diabolus enim quasi simia est domini.

¶ Quod transgressio totius Decalogi in ludo accidere possit.

P R A E T E R E A potest accidere in ludo transgressio omnium mandatorum decalogi. ¶ Primum mandatū lusor trans-

greditur, quando Deum negat & idololatrat. Primum enim mandatū est, Non habebis deos alienos coram me. ¶ Secundū mandatū transgreditur, quādo inuitiliter uel false iurat. Secundum enim mandatū est, Non assumes nomen Dei tui in uanum. Nomen Dei sui in uanum assumit, qui per nomē Dei iurat pro falso uel pro nihilo. ¶ Tertium mandatū est, Memento ut diem sabbati sanctifices: quod mandatū lusor transgreditur, dum diebus solennibus in ludo Deum blasphemat. ¶ Quomodo autem transgressio aliorum mandatorū ibi accidat, de facili potest uideri, excepto hoc, Non mœchaberis. Sed in ueritate illud mandatū spiritualiter lusor transgreditur, Deum dum negat. Infelicitas enim spiritualis, est fornicatio secundum iudiciū scripturæ. ¶ Secundo potest facere ad detestationem huius peccati, multiplex malum, quod ex ludo sequitur. Sequitur enim inde ira parentū ipsius lusoris, si ipse est filius familiæ. Si uerò est pater familiæ, sequitur inde ira uxoris & totius familiæ, & interdū etiā uerbera. Remanēt etiam quandoque odia inter lufos. Sequitur enim & quandoque exhereditatio & filiarum prostitutio. Sequitur etiam interdum furtū: qui enim calefactus est de ludo, furaretur etiam super altare si posset. Furtum uerò sequitur spendium quandoque.

¶ De duodecim stultitiis lusorum.

T E R T I O faciūt ad detestationē huius peccati, x i i. stultitiæ, quæ possunt assignari in lusoribus. ¶ Prima stultitia est, quod susor uilissimæ seruituti se subiicit, dum taxillum Domini suum constituit, ad hoc adstringēs se, ut faciat quod ipse iusserit. Si uideas, ait Seneca, murē uelle dominari alii muri, nunquid risum teneas? Quanto magis ridiculum est, quando os caninū, quod minoris ualoris est, cominus homini dominatur. ¶ Secunda stultitia est, quod ipse ad præceptū taxillorū largitur, quod non largiretur ad præceptum Dei. Ipse largior est ad præceptum taxillorum, quàm fuerit beatus Martinus ad præceptū domini. Ipse enim dat nō solum medietatem palli, sed etiam totum palliū, & interdum tunicam & camisiā, & nudus sequitur dominū suum nudū, scilicet diabolu. Etiam ea quæ non habet, dat ipse. Multa enim accipit ad usuras uel furtatur. ¶ Tertia stultitia est, quod postquam cognouit malitiā domini sui, quum ipse deberet abnegare ipsum & quæ illius sunt, ipse potius uerum Deum negat, qui nihil ei nocuit, sed omnia bona ei fecit, & se uindicare de eo qui absque culpa est. ¶ Quarta stultitia est, quod ipse uoluntariē iurisdictioni illius se subiicit, qui nunquam iuste iudicare nouit. Taxillus enim tribuit alteri illorum lusorum, quod eius nō est.

P p 3 ¶ Quia

¶ Quinta stultitia est, quod delectationem quæ est in contractione trium ostium caninorum diuinæ gloriæ proponit: quod non solum stultitia est, sed etiam insania uideretur esse. ¶ Sexta stultitia est, quod ipse ne otiosus sit, otiosa agit. Vnde Bernard. Pro utando otio otia sectari, ridiculum est. ¶ Septima stultitia lusoris est, quod ipse cõsentit, ut hostis ipsius furctur ei pretiosiorrem rem quam habet, uel unam de pretiosioribus, scilicet tempus. Furemur, aiunt lusores, tempus non attendentes temporis pretiositatẽ. Nihil enim pretiosius tempore: sicut dicit beatus Bernard. Donec hora prætereat, inquit, uerbum irreuocabile transit, tempus non reuocabile quod tibi concessum est ad impetrandum ueniã & gratiam, & ad agendam penitentiam & promerendam gloriam. Dominus enim dicit, quod si sciret pater familiars qua hora fur ueniret, uigilaret, &c. Sed lusor affectat, ut fur ueniat qui furetur ei uitam suã. ¶ Octaua stultitia est, quod ipse propriis manibus se consumit & perdit, quem Filius Dei manibus cruci affixis redemit. Vnde beatus Bernard. loquẽs in persona domini ad talem, dixit: Ego acquisiui te manibus cruci affixis, & tu cõsumis te manibus deliciis dedicatis. Et est magna ingratitude, q̃ homo impugnet eũ in ea parte corporis sui, in qua dominus pro amo-

re ipsius tantum dolorem sustinuit. ¶ Nota stultitia est, quod ipse ludit, & in curia cælestis iudicis lata est contra ipsum sententia mortis. Vnde Bernard. Ludebam ego foris in platea, & in secreto regalis cubiculi super me ferebatur iudicium mortis. ¶ Similis stultitia fuit in Ierosolymitanis qui in lætitia erant, non præuidentes mortem suam, cui adiudicati iam erãt propter peccata sua. Quam mortem Deus fleuit: ut legitur Lucæ decimo nono. Lusor ludendo currit ad mortem suam. Vnde Iob 21. Infantes eorum exultant iustibus. Et deinde subditur: Ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt. Secundum Augustin. nihil aliud est tempus præsentis uitæ, quam cursus ad mortem. In quo nemo uel paululum stare, uel tardius ire permittitur: sed omnes pari motu urgentur. ¶ Vnde quicumque ludit, ludendo ad mortem suã uadit, & diabolus de eo quasi de fatuo seruo ludum facit: & quicumque ibi perdat, diabolus ibi nõ perdit. ¶ Decima stultitia est, quod lusor quando possit facere aliquid ad propriam utilitatem & proximi ædificationem, & Dei honõrem, ipse facit quod est sibi damnosum, & proximo scandalosum, & Deo contumeliosum. Verè seruus nequã & male dictus, si cum uenerit dominus eius, inuenerit eum sic facientẽ. De tali seruo legitur Matth. 24.

Sj

Si dixerit malus ille seruus in corde suo, Moram facit dominus meus uenire, & cœperit percutere seruos suos, mauducet autem & bibat cum ebriosis, ueniet dominus serui illius in die qua nõ sperat, & in hora qua ignorat. Morte enim subitanea sæpe moriuntur tales. ¶ Undecima stultitia est, quod cum puer non sit, puerilibus tamen gaudet. Sene. Plerumque est cum pueritia: sed quod grauius est puerilitas remanet tibi, sed & hoc quidem peius est, quod auctoritatem habemus senum & uitia puerorum: nec puerorum tantũ, sed etiam infantium. Dubiũ non est puerilitatem magnam esse, exercitiũ militibus & peditibus ligneis fingere. Quæ puerilitas hodie in multis senibus reperitur, quod est quasi quædã infantia: ut ludere par impar, equitare in arundine longa, si quem delectat barbatũ, insania uexat. ¶ Duodecima stultitia est, q̃ nullum opus credũt habere aliquid iucunditatis, nisi tale sit q̃ nihil habeat utilitatis, quod magnæ corruptionis indicium est. Salomon Prouerbior. 15. Stultitia gaudium est stulto. Sene. Fundamentum bonæ mentis est non gaudere uanis. Ad summum peruenit, qui scit quo gaudeat. ¶ Nec solũ uanis gaudent multi homines, imò etiam in his quæ diabolica sunt, ut patet in his qui in aubus cæli ludunt, qui gaudent quando uident unam auiculam

ab alia capi uel interfici. Qui factis dissimiles sunt beato Martino: qui quum uidisset mergulos in quodã flumine captioni pisciũ intendentes, dixit: Forma ista dæmonum est. Et quum non posset hoc tolerare, iussit mergulos inde auolare. De beato Benedicto etiam dicitur, quod si ipse uidebat accipitrẽ insequi aliã auem, ipse faciebat signum crucis post auem, & capi nõ poterat. Idem faciebat quando uidebat canem insequi aliã feram: ipse habebat cor humanũ, non ferreum, sicut multi habent. ¶ Quarto, potest ualere ad detestationẽ huius peccati hoc, q̃ quocunq̃ uertat lusor oculos cordis, ipse potest inuenire quod sibi peccatum suum dissuadeat. Si ipse uertat oculos suos ad id q̃ supra se est, occurrat seueritas domini seruum inutilem æternaliter condemnans, unde Matt. 25. Inutilem seruum eiicite in tenebras exteriores. Quomodo ludere audeat seruus, qui tam seuerum dominũ habet? Occurrit etiam liberalitas domini seruos fideliter laborantes abundantissimẽ remunerans, qua si utraq; manu plena. Vnde Prouerbior. 3. Longitudo dierum in dextera eius, & in sinistra eius diuitiæ & gloria. Similiter si lusor uertat oculos suos ad ea quæ sunt contra se, scilicet ad uitia & dæmones, occurrat ei quod sibi ludũ dissuadet. Non enim locus ludẽdi est, quum gladium tenet hostis ut eum perimat. Vnde Se-

nec. Quum hostis à tergo instat, & mouere se iussus est miser, necessitas excutit quicquid pax otiosa collegit. Idem: Demens quasi merito uideretur, qui cum faxa in munimentum senes forminaeque congererent, quum inuentus intra portas armata expectaret, sederet otiosus. Similiter si lusor uertat oculos ad id quod est iuxta se, scilicet ad proximum, occurrunt ei multiplices miseriae quae ludum sibi dissuadent. Vnde Seneca: Quid lusoria compons? Non est iocandi locus: ad miseris aduocatus es, opem te latum naufragis, ægris, egentibus pollicitus es: quod diuertis? quid agis? succurre, omnes undique ad te manus tendunt, perditæ uitæ perituræque auxiliū implorant. Loquitur Seneca ad sapiētes, qui de lege naturalī stricti sunt ad subueniendum illis qui in periculo sunt, Specialiter tamē potest hoc uerbum dici illis qui curam animarum susceperunt. Illis enim naufragis auxilium promiserunt. Vnde mirum est quomodo non remordet eos conscientia, quum eis differunt subuenire. Si enim aliquis promississet se subuenturum alicui qui cecidisset in Rhodanum, & hac de causa conductus esset, multum remorderet eum conscientia sua, si ei differret subuenire, quem in tanto periculo sciret esse. Quomodo ergo non remordet eum conscientia, qui non subuenit ei quem scit

esse in periculo longe maioris? Similiter si lusor uertat oculos ad id quod est infra se, id est, ad inferiores creaturas, potest ei occurrere quod sibi dissuadet peccatum suum. Nullus eligit se minare agrum suum potius inutilibus quam utilibus: quanta ergo fatuitas est seipsum ferere inutilibus occupationibus, uel noxiis, quum tot occupationes inueniri possint utiles corpori & animæ? ¶ Quinto, potest facere ad detestationem huius peccati hoc, quod dominus etiam in presenti uindictam interdum accipit de lusoribus. Quandoque enim dum ipsi blasphemant præposterantur eis facies. Cuidā etiam militi, dum occasione ludi per oculos Dei iuraret, proprius oculus à capite exiit, & in alearium cecidit. Quidam etiam sagittarius quū ualde iratus esset ex hoc, quod in ludo perdidisset, sagittam direxit uersus cælum quasi uellet se uindicare de Deo. Sequenti uerò die quum idē sagittarius eadem hora sederet ad ludū, rediit sagitta, & super alearium cecidit sanguinolenta.

¶ *De his qui se lusoribus immiscet, & qui eis necessaria locant, & in quorum domibus luditur.*

N E C solum cauere debet aliquis ne ipse ludat, sed etiam ne ludentibus se immisceat. Sicut enim sedentes ad ignem calefiunt: sic qui stant ad ludū causa spectandi, de ludo calefiunt. Vnde

de legitur Tobiae 3. Nunquam cum ludentibus miscuime, nec cum his qui in leuitate ambulat participem me præbui. Cauere etiā debet homo ne locet taxillos, uel alia ad ludū necessaria. Sicut enim ualde malus reputaretur, qui alicui scelerato gladiū locaret, unde aliquem sanctū uirū interficere deberet: sic ualde malus reputatur qui locat taxillos, si credat eorū occasiōe Deū esse blasphemandū, & quasi cruciandū. ¶ Illi etiam nō uidentur omnino esse innocentes, qui in domibus propriis permittunt inferri domino suo contumelias infinitas, & non prohibent, cum tamen possint prohibere.

De his qui dant occasionem auaritia.

P A R S I I I.

D I C T O de speciebus auaritiæ, dicendū est de his quæ dāt occasiōe auaritiæ, quæ sunt sex. Primū est familiaritas cupidorū & auarorum. Sicut enim carbones uiui carbonem mortuum accendunt si eis immisceatur: sic diuites uerbis & exemplis igne cupiditatis igniti familiares suos inflāmant ad eam. unde Eccle. 13. Qui tetigerit picē, inquinabitur ab ea: & qui communicauerit superbo, induet superbiam. Et subditur: Ditori te ne socius fueris, ad idē facit quod dicit Sen. Vnū exemplum auaritiæ uel luxuriæ multum mali facit. Vicinus diues cupiditatem irritat. Secundū est, consideratio diuitiarum. Ideō dicitur Proverb. 23. Ne erigas ocu-

los ad opes quas habere non potes. Tertium, quod homo attendit in diuitiis illa solum per quæ possunt uideri pretiosa: ea uerò per quæ in ueritate contemptibiles sunt, non attendit: sicut fugacitatē earū, & similia. unde Greg. Ideō temporalia diligunt, quia quàm fugitiua sint nō attendūt. Quartū est, amor mundanæ gloriæ. unde talibus qui diuitias amat, quia uident gloriam mundanam eis annexam, primo prædicandū esset de contemptu mundanæ gloriæ, quàm de contemptu diuitiarū. Securus enim prædicatiōis ad radicem malitiæ ponenda est. Quintū est amor filiorū talibus qui diuitias amant. Propter amorem filiorum ostendendum esset in prædicatione, quod hoc non sit amare filiū, sed potius odire, diuitias ei male congregare. Ostendendū etiam esset in prædicatione quàm duri sint filii patribus defunctis. Ad ostendendum uerò quod non sit amor, sed potius odium filiis male congregata relinquere, potest induci tale exemplum. Erat quidam usurarius habens duos filios, quorū alter nolens succedere patri in male acquisitis, factus est eremita. Alius uerò uolens succedere patri suo, remāsit cū patre suo. Et mortuo patre, ei successit. Et post nō multum tempus ipse etiam decessit. Cū autem nuntiātū esset eremita de morte patris & fratris doluit ualde, credens eos damnatos esse. Et cū rogasset dominum

minum ut reuelaret ei statum eorum, raptus est, & in infernū ductus, & non inueniebat ibi eos. Sed ad ultimū exierunt de quodam puteo in flamma, primo patet, deinde filius mordentes se & litigantes adinuicem patre dicente filio, Maledictus sis tu, quia pro te usurarius fui. filius autem e contrario dicebat, Imò maledictus sis tu, quia nisi iniuste acquisiisses, ego non retinuissem iniuste, nec damnatus fuisset. Sextum est hoc, quod homo sibi logam uitam promittit. De qua promissione dicitur Eccle. 1.9. Repromissio nequissima multos perdidit. Talis erat ille cui dixit dominus: Stulte, hac nocte animam tuam repetent à te.

De remedijs contra Auaritiam.

P A R S IIII.

Disto de his quæ dant occasionē avaritiæ, dicendum est de remedijs cōtra auaritiam. De quibus sufficiat ponere octo. ¶ Primum est, mortis consideratio. Hoc remediū insinuat Hierony. in magno prologo Bibliæ, in fine, dicens: Facile contemnit omnia qui se semper cogitat esse moriturum. Sicut iumenta se defendūt ab importunitate muscarū cauda sua, & aues, & pisces cauda sua regunt se: sic homo cōsideratione finis, scilicet mortis, defendit se ab avaritia, & etiā à cæteris uitiijs, & regit se in mundo isto. Vnde Iob 12. Interrogauimenta, & docebunt te: & uoluntilia cæli, & indicabunt tibi. Mors

quasi ad oculū demonstrat contemptibilia esse quæcunq; queruntur in hoc mūdo, scilicet delicias, diuitias, & gloriam, & uanum esse laborem eorum quitalibus intendunt. Labor quærentium diuitias uanus ostenditur, quum homo nudus in terram reuertitur. Labor quærentium delicias uanus ostenditur, quando corpus nutritum in delicijs uermibus esca datur. Tunc enim apparet eos quasi coquos uermiū fuisse, qui delicate uixerunt: escam enim uermibus præparauerūt. Mira infamia. Erubesceret aliquis & indignaretur coquus esse unius comitis, & non dignatur esse coquus uermium. Labor etiam eorum qui querunt esse super alios, uanus ostenditur, quando ille qui uolebat esse super alios, sub terra ponitur, & à iumentis conculcatur. Ad hoc potest referri illud quod legitur Eccl. 11. Homo meminisse debet tenebrosi temporis, & dierum multorum: qui cum uenerit, uanitatis arguentur præterita. ¶ Secundum remediū est, consideratio Dominicæ paupertatis, unde Bern. Magna liquidè est, abusio & nimis magna, quod diues uelit fieri uermiculus uilis, pro quo Deus maiestatis & dominus sabaoth pauper fieri uoluit. & Thren. 3. Recordare paupertatis meæ, & transgressionis absynthii & fellis. ¶ Tertium remediū est, consideratio periculi, in quo sumus. Et insinuat nobis illud

remc

remediū Iob 26. ubi sic legitur: Quasi tumētes super me fluctus timui Deū, & pondus eius ferre non potui. ubi dicit Greg. Cum fluctus tumentes desuper eminent, tunc de nauī proiciūt, pro quibus longa naufragia sumpserunt. Ad idē potest referri illud quod legitur 1. Machab. 4. Non concupiscetis spolia, quia bellū contra nos est. Ad litera: quando periculosum bellū imminet, interdicatur exercitus ne spolijs intendat: & si spolijs iam oneratus est, iubetur ea deponere: sic periculum in quo sumus, debet cohibere nos ne diuitijs nos oneremus. Si uerò iā habemus eas, mouere debet nos ad hoc ut eas relinquamus. ¶ Quartū remediū est consideratio miseræ quæ anexa est delicijs, sicut diffuse ostēsum est prius. De qua miseria dicit beatus Bern. Si habes cor, si est tibi lumen oculorum tuorū, desine ea sequi, quæ assequi miserum est. ¶ Quintum remediū est, quod homo eloget se à cupidis & auaris, & familiaris sit illis qui terrena cōtēnunt. Vnde in Psal. Cum sancto sanctus eris &c. Sanctus in Græco dicitur agios, quasi sine terra: unde sensus est, id est, cum eo qui absq; terreneitate est, absq; terreneitate eris. Sic accidit ei qui conuersatur cum auaro, sicut dicitur accidisse cuidam paruulo qui à lupa nutritus est, qui alium modum gradienti addiscere ab ea non potuit quam ipsa habebat. unde duabus

manibus pro pedibus utebatur. Sic ille qui cū auaro cōuersatur, exemplo eius circa terrena ista repet. Ille uerò qui conuersatur cum illis qui terrena cōtēnunt, erectus incedet, contemptisque terrenis cælestia appetet. ¶ Sextum remediū est, consideratio æternarum diuitiarū, unde Greg. Vilescunt temporalia, cum desiderantur æterna. Et Prou. 1. Frustra iacitur rete ante oculos penatorum. ubi dicit interlin. Laqueū in terra facile euadit, qui oculos habet in cælis. Ad idem pertinet quod ait Sene. Non potest cōtemnere laquearia ebore fulgētia, deriuata in domos flumina, donec terrarū orbē superne despiciens sibi ipsi dixit, Hoc est punctū illud quod inter gentes ferro & igne diuiditur. Cum in corporibus sphaericis illud quod est in medio, se habeat uelut punctum respectu circumferētiæ: terra se habet uelut punctum respectu cæli. Ex quo patet fatuitas amatorum huius mundi, qui querunt in puncto latitudinem quæ in circumferētia quaerenda est. unde Augu. Noli pati angustias, euola in sublime in amplitudine cælorum. Cum terra centrum mundi sit, ex necessitate angusta est respectu circumferētiæ, unde dicit Sen. amatoribus huius mundi: punctum est illud in quo nauigatis, bellatis, regnatis. Idem: Ab ultimis litoribus Hispaniæ usque ad Indos, paucissimorum dierum spatium iacet, si nauem ferat

ferat uentus. At cælestis illa regio per triginta annos uelocissimo syderi uitam præstat. Ex angustia terre accidit pressura illa, de qua dicit Dominus Ioan. 15. In mundo pressuram habebitis. ¶ Septimum remedium est, quod homo fiducia suam in Deo ponat, quod Deus ei necessaria præbebit, si ipse ei seruerit, secundum quod dominus sciet ei expedire. Vnde Matt. 6. post illud uerbum, Non potestis Deo seruire & mammonæ, subiugit dominus: Ideo dico uobis, ne solliciti sitis animæ uestræ quid māducetis, neq; corpori uestro quid induamini. Deinde monet ad hoc ut in eo fiducia ponatur. Māmōna Syra lingua interpretatur dimitiæ. Dicitur etiā hoc nomē esse dæmonis qui præest diuitiis. ¶ Octauū & ultimū & summū remedium est, qd homo elemosynis & orationibus, & omnibus aliis modis quibus poterit gratiā Dei sibi impetret, quæ sola sufficit hominē liberare à laqueis cupiditatis & auaritiæ. Vnde Matt. 19. cum dixisset dominus, difficile diues intrabit in regnū cælōrū: & discipuli admiraretur, dicētes: Quis poterit saluus esse? Respōdit dominus, Apud homines impossibile est. Et supplet interlin. ut per se à cupiditatibus suis cōuertantur. Ideo ualde timendū est cupiditatis peccatum uel auaritiæ, quæ cum tanta difficultate hominem dimittit. Sicut terra quandā stabilitatē uidetur habere quam

nō habet aqua & aër, iuxta illud Eccles. 1. Terra in æternum stat. sic peccatum auaritiæ, quod est peccatum terrenū, diuturnius uidetur esse peccato uanitatis & uoluptatis. Et fortē propter hanc diuturnitatem dicit Isidorus de hoc peccato: Omni genere peccatorum peior est auaritiā.

De prodigalitate, quæ est uitium contrarium auaritiæ,
P A R S V. quæ habet
quatuor capitula.

De ordine dicendorum in ista parte. Et de distinctione prodigalitatē à liberalitate.

C A P. I.

Post remedia auaritiæ dicendū est de prodigalitate, quæ est uitium contrarium auaritiæ, de quo hoc ordine dicemus. Primo distinguemus prodigalitē à largitate. Secūdo ostendemus quæ mala ex prodigalitate procedunt. Tertio assignabimus quædam stultitias prodigi. Vltimo tangemus aliqd specialiter de prodigalitate clericorū. ¶ Quadrupliciter uerō possumus distinguere prodigalitē à largitate. ¶ Primò in hoc, quod prodigus sua non cōfert, sed uentus uanitatis ei aufert. Sicut aliquis non dicitur largus, si uentus palliū suū ei auferat. Nec arbores liberales dicuntur, si uentus ab eis fructum excutiat. Sic nec prodigus largus dicendus est, uel liberalis, cui inuito uel uolētī frequēter uentus aufert sua, eò qd stultas manus habeat, sicut accidit in illis

qui

qui ex frigore dicuntur stultas manus habere. ¶ Secūdo possumus in hoc prodigiū à largo distinguere: quia prodigus sua nō tribuit, se dperdit. In tribus casibus uidetur aliquis rem suū uelle perdere. Primo, cum liquorē uasi pleno superfundit. Secundo, cum in uase corrupto uel imundo ponit. Tertio, cum dat pro nihilo. Et his tribus modis possumus dicere qd perdit prodigus sua. Quasi enim ea pleno uasi infundit, quando dat ea diuitibus. Vnde Prosper in libro de uita Contemplatiua: Habentibus dare nihil aliud est, quàm perdere. ideo monet dominus Lucæ 14. ad dandū pauperibus, dicens: Cum facis conuiuū, uoca pauperes, debiles & claudos, &c. Item in eodem: Pauperes ac debiles, cæcos & claudos introduce huc. & Luc. 1. dicit beata Virgo, Dominum esurientes impluisse bonis. & Dauid etiam dicit in Psalm. Pauperes eius saturabo panibus. & 4. Reg. 4. legitur quod stetit oleū cum uasa plena essent. Sed quorundā oleū tunc solum fluit, quando uasa plena sunt: uasi autem uacuis stat, diuitibus autē parati sunt dare, pauperibus uerò non. Prodigus etiā quasi uasi corrupto sua infundit, quando dat ea histrionibus uel aliis inhonestis personis. Contra illud Eccle. 12. Benefac humili, & ne dederis impio. & iterū: Si bene feceris, scito cui bene feceris. In duobus casibus præcipuè non

est dandū impio: scilicet cum creditur quod propter hoc iustitiā debeat negligere, uel cum propter aliquod officiū inhonestum hoc querit, sicut faciunt histriones. Hieron. Paria sunt, dare histrionibus, & sacrificare dæmonibus. Prodigus etiā pro nihilo rem suā dat, quādo dat eam pro uana gloria quæ nihil est in ualore. unde Ioan. 8. Si ego glorificabo meipsum, gloria mea nihil est. ¶ Tertio potest distinguere prodigus à largo in hoc, qd largitio ipsius quædam est aucupatio. unde sicut aucupes non dicitur largi, nec liberales in aues, quam tuncunq; frumētī circa laqueos apponāt: nec aliquis dicitur liberalis in pisces uel mures quos capere uult, etsi escam delectabilē apponat in hamo uel mulcipula: Sic liberales dicēdi non sunt qui ideo sua largiuntur hominibus, ut eos capiat, ut pro eis sint si uenerit aliqua electio, unde Jerem. 5. Inuenti sunt in populo meo impii, insidiantes, quasi aucupes, laqueos ponētes & pedicæ ad capiēdos uiros. ¶ Quarto potest distinguere prodigus à largo: quia uerè largus, de suo largus est: prodigus uerò, de alieno frequēter. Sene. Magni animi nō est qui de alieno liberalis est. *De malis quæ sequuntur ex prodigalitate.*

C A P. II.

Mala uerò quæ sequuntur ex prodigalitate hæc sunt, scilicet licet paupertas usq; ad mēdicitatem. unde Luc. 15. de filio prodigo

go

go, qui cupiebat implere uentre suū de filiis quas porci mādu cabant, & nemo illi dabat. Sequitur etiā inde quod prodigus incidit in manus usurariorū, qui totū eum comedūt, ut uideatur incidisse in illam imprecationē Psal. Scrutetur fœnerator omnē substantiam eius. Quanta sit seruitus usurariorum, illi soli nouerunt, qui quandoq; in manibus eorum fuerunt. Sequitur etiā inde peccatum rapinæ. Frequēter enim aliena auferit qui prodigē confert. unde prodigus similis est araneæ quæ muscas deuorat, & texendo telas inutiles euiscerat se. Sequitur etiam inde contemptus bonorum spiritualium. Ille enim qui prodigus est, interdum dat omnia bona sua spiritualia pro X L. solidis, ex quibus conuiuium aliquod facit, similis Esau qui primogenita sua dedit pro lenticula, & abiit paruipendens quod primogenita sua uendidisset, ut legitur Gen. 25. unde Thren. 1. Dederunt queque pretiosa pro cibo ad refocillandam animā. Prodigus adeo spiritualia contemnit, ut magnum reputet uētres pascere, & opprobriū credat esse animas pascere, cum tamē dicat Aug. Non est magnū pascere uentres morientes: sed magnum est pascere animas in aternū uicturas. Prodigus honorem reputat pascere porcos: id est, homines gulosos & luxuriosos, qui iudicio scripturæ porci sunt, unde legitur de filio prodigi-

go. Adhæsit uni ciuium regionis illius, & misit illū in uillā suam, ut pasceret porcos suos. Magnū uerō dedecus reputat filios Dei pascere, in hoc absq; dubio filio Dei magnā faciens contumeliā, dum officiū illud contēnit quod filius Dei specialiter sibi assume re uoluit, unde in Psal. Ego autē constitutus sum rex ab eo super Sion montē sanctum eius, quod est cōtra illos praelatos qui deditur gnātur prædicare, quia comites sunt: licet enim essent reges, non tamen indignum esset eis officiū prædicationis, cum filius Dei specialiter ad prædicandū uenerit: ut haberi potest ex eo quod dicitur Marci 1. In uicos proximos eamus & ciuitates, ut ibi prædicemus. & Luca 1. Visitauit nos oriēs ex alto illuminare, &c. & Io. 18. Ego ad hoc natus sum, & ad hoc ueni in mundū, ut testimonium perhiberem ueritati.

De stultitijs prodigi.

CAP. III.

Prima stultitia prodigi, quod ipse sciēs & uolens partē suā facit deteriorē, quādoq; etiā nullam. Ideo maledictus est, unde Bern. Si maledictus est qui partē suā deteriorē facit: quid ille qui penitus se reddit experte? Expertem se reddit, qui de bonis suis nullā partē sibi reseruat. ¶ Secunda stultitia prodigi est, quod ipse rem illā quā super omnia amat facere, ita nō uult facere, quod diu facere nō possit. Hanc stultitiam ostendit nobis philosophus, di-

gens:

cens: De re familiari impartienti est, sed moderatē. Quid enim stultius, quā quod libenter facias, curare ut diu facere nō possis: ¶ Tertia stultitia prodigi est, q̄ ipse cōtra rationē de modico multū uult largiri, nō attendens quod legitur Tob. 4. Si multū tibi fuerit, abūdāter tribue: si exigū tibi fuerit, libētē impartiri sūde. Illud ordinatum est: ut qui modicū habet, modicū tribuat. Sed bona uolūtas suppleat modicitatem muneris. Greg. Nō est uacua manus à munere, si arca cordis plena sit bona uoluntate. Senec. Nō quid detur refert, sed qua mēte. Regum æquauit opes animo, qui exigū tribuit, sed libētē. ¶ Quarta stultitia prodigi est, quod ipse nō uidetur de diuitiis querere nisi peccata: peccat enim & in acquisitione earū, & in largitione, & alius habet inde utilitatē. Ipse similis est canali ex aqua retinētū farces & limositatē. Bern. Si recte sapis, conchā exhibebis, non canalē. ¶ Quinta stultitia prodigi est, quod ipse quodāmodo uult largior esse Deo, unde Bern. Nō Deo largior esse uelis. Cōcha imitetur fontē. Nō ire in riūū fons permittit, donec suis satientur aquis. Non pudeat conchā non esse fonte suo profusiorē. Prodigus uidetur plus diligere proximū, quā seipsum: cum tamē in ueritate, nec proximū, nec se diligat, licet ex stultitia sua effundat. Ipse quasi doliū est sine fundo: & ideo nō est mi-

rum si effundat quicquid acceperit. Et ut breuiter dicam, insipientior uidetur esse prodigus, quā avarus, quantū ad hoc quod avarus insipiens est quantū ad Deū solū: prodigus uerō quantum ad Deū, & quantū ad mundū. Prodigus deest sapientiæ fundamentū, quod est sibi ipsi sapientem esse, unde Bern. Nō sapiēs est qui sibi ipsi sapiēs non est. Et Prou. 9. Si sapiēs fueris, temetipsi eris. Iniquior etiā uidetur esse prodigus, quā avarus, quāntum ad hoc q̄ prodigus iniquus est in seipsum, sed avarus iniquus est in proximū. Vnde Ecc. 14. Qui nequā est, cui bonus est: Et iterum: Qui sibi inuidet, nihil est illo nequius.

De prodigalitate clericorum.

CAP. IIII.

Notandum quod sex cōsideranda sunt quæ deberent colubere clericos, ne de bonis ecclesiasticis prodigi essent. ¶ Primum est, quod bona ecclesiastica bona pauperū sunt, unde pauperibus eroganda sunt: sicut manifestū esse potest ex uerbis sanctorū quæ sequuntur. Hierony. Quicquid habent clerici, pauperum est, quod de bonis ecclesiasticis intelligimus. Bern. Facultates ecclesiarum patrocina sunt pauperū, & sacrilega crudelitate eis subripitur, quicquid sibi ministri & dispensatores nō utiq; domini & possessores ultra uisum & uestitū accipiunt. Idem: Res pauperum non pauperibus dare, crimen esse sacrilegii dignosc

gnoscitur. Hiero. Pars sacrilegii est, res pauperum non pauperibus dare. Idem: Accepisse pauperibus erogandum, & esurientibus plurimis cautum esse uel timidum, uel apertissimi sceleris est aliquid inde subtrahere, omnium prædonum crudelitatem superat. Idem: Maximè periculè est de patrimonio Christi non pauperibus dare. Item Bern. Clamant nudi, clamat famelici, & cõqueruntur. Et ponit uerba pauperum conuentuum de clericis: sic dicēs? Nobis fame & frigore laborantibus miserabiliter, quid conferunt mutatoria uel extensa in perticis uel plicatis in manticis? Nostitum est quod effunditis, nobis crudeliter subtrahitur quod inaniter expeditis, & nos Dei plasmario, & Christi nos sanguine redempti sumus. Vos ergo fratres mei uidete quale sit peccatum, de fraterna portione pascere oculos uestros, uita uestra cedit uobis in superfluas copias. Nostri necessitatibus detrahitur quicquid accedit uanitatibus uestris. Idem: O uanitas uanitatū, sed non uanior quàm insanior. Fulget ecclesia in parietibus, & in pauperibus eget. Lapidem suos induit aurum, & filios suos nudos deserit. De sumptibus egenorum seruit oculis diuitem. Inueniunt curiosi quo delectentur, & non inueniunt miseri quo sustententur. Et si de uotio in talibus possit Deo accepta esse, curiositas tamen uel superbia ex qua multi talia faciunt,

Deo detestabilis est. Item Bern. loquens de illo uerbo Esa. 26. In terra sanctorum iniqua gessit, & uidebit gloriā domini. Timeat, inquit, clerici, timeant ministri ecclesie, qui in terris quas possident tam iniqua gerunt, ut stipendiis quæ sufficere deberent, minime contenti, superflua quibus egeni sustentandi essent, impiè sacrilegèque retinent, & in usus superbiam atque luxuriam uictum pauperum consumere non uerentur. Duplici profecto iniquitate peccantes, quod & aliena diripiunt, & sacris in suis uanitatibus & turpitudinibus abutuntur.

¶ *Quod rapina talium est periculosa.*

VALDE enim periculosa est rapina quam tales faciunt tribus de causis. ¶ Primo quia non agnoscitur, unde accidit quod multi eam non cõfiteantur, tamè non proponunt abstinere à tali rapina. Et etiam aliqui simplices confessores non dicunt eis ut restituunt pauperibus ea quibus defraudauerunt eos, licet patrimonium habeant unde restituere possint. Mira cæcitas. Si quis dānicasset diuitem unum in quinque solidis, si ipse cõfiteretur & haberet propositum cauendi de cætero, restitueret sibi pro posse suo: aliter sciret non ualere pœnitentiam sibi. Ille uerò qui pauperes dānicauit in centum libris uel amplius, nihil tale facit, & tamè credit se agere ueram pœnitentiam. ¶ Secundo periculosa est, propter magnit

magnitudinem culpe quæ est in rapina tali. Quam ostendit glossa super Matth. 5, ubi dicit dominus Petro: Vade ad mare: & mitte hamum, & eum piscem qui primus ascenderit tolle: & aperto ore eius inuenies staterem. Glossa: Iudas quidem communia in loculis habebat: sed dominus res pauperum in suos usus conuertere nefas duxit, id ipsum dans exemplum nobis. ¶ Tertio periculosa est, quia multum impedit hominem à salute. Et si ille qui habet bona ecclesiarum, pauperibus fideliter portionem suam redderet, contentus usum & uestitu sibi necessarii, uix accideret quin ipse ad salutem perueniret. Quomodo enim misericordia Dei larga illi non esset, gratiam suam largiendo, qui sibi largus esset pauperibus subueniendo? Vnde Augu. Fluit fons non fluat, ex quo riuulus fluit. Vnde Ambr. super 1. ad Timot. 4, ubi sic legitur: Pietas ad omnia utilis est. Qui pietatem sequitur, si lubricum carnis patitur, uapulabit quidem, sed non peribit. Quod intelligendum non de illo qui confidens de elemosynis suis, ideo diutius & securius peccat. Talis enim utitur elemosynis ad Dei impugnationem: ideo non est dignus peccatorum suorum remissione, sed potius æternam damnationem. Sed de

illo intelligendum est hoc, qui uidentem incõtinentiã suam, elemosynas facit, ut misericordia Dei gratiam sibi conferat, per quam continere possit. Talis enim frequentius ad bonum finem uenit. Vnde Hiero. Non memini me mala morte uidisse mortuum, qui liberaliter ante duxerit uitam. De illis uerò qui de bonis ecclesiasticis pauperes defraudant, non est mirum si peccat & dānetur. Quomodo enim misericordia Dei dabit illis gratiam qua continere possint, quæ bona Dei potius uolunt prodigè expedere quàm Deo in pauperibus dare? Et cum hominibus non solum largi, sed etiã prodigi sint, tamè soli Deo sunt auari de bonis ipsius, quæ subtrahunt ori Dei ea quæ ponunt in ore porci, imò in ore diaboli: cum enim malus sit seruus diaboli, & os & cætera membra ipsius diaboli sunt. Præterea misericordiam Dei quomodo consequetur illi de quibus tot injuriarum pauperum à Deo postulat ut ipsi dānetur? Tales homines sunt oues diaboli, cum diabolus eos tōdeat singulis annis, uestes quas ipsi deponunt accipiendo in membris suis. Non solum periculosa est rapina ista, sed etiã ignominiosa. Ignominia enim magna est pauperibus rapere, uerbi gratia: si facta esset uniuersalis donatio pauperibus alicuius ciuitatis, ualde miser & uilis reputaretur ille qui pauperibus elemosynas eis datas auferret, licet etiã post expederet eas facièdo magna

Quæ

gna cōmūia. Sic ualde uiles sūt qui de bonis ecclesiasticis quæ bona pauperū sunt, cōmūia superflua faciūt. Tot enim pauperibus ea auferūt, quot inde habere poterūt: etiā ignominia magna erit in die iudicii, quādo pauperes cōquerētur uno dicēte, Iste mihi abstulit unū prandii. Alio dicēte, Iste mihi abstulit unū denariū, uel aliud. ¶ Secundū est hoc, quod bona clericorū frequēter à pauperibus sunt oblata, & sanguine Christi comparata, & sanguine Christi cōmūia diuitib⁹ facere. Accidit enim interdum quod in xx. solidis quos clericus prodigus expēdit in conuiuio uno, multi pauperes posuerūt quod proprio ori subtraxerunt, & talis posuit ibi unū obolū cui alius obolus non remāsit. Similiter ualde incongruū est, ea quæ sanguine Christi empta sunt, superflue expendere, unde super illud Iere. 22. Væ quæ facit laquearia cedrina, & pingit ea synopide. id est, Christi sanguine, dicit glos. ¶ Tertiuū est hoc, quod clerici debēt esse forma gregis, & bonū exēplū aliis dare: & ualde incongruum est quādo suis superfluis conuiuuis, illos corrūpunt quos sanare debuerūt, & alios maculant quos debuerūt emūdere & sanctificare, unde dicitur de illis in epist. Iudæ: Hi sunt in epulis suis maculæ cōmūiantes. Non solū sunt maculati, sed etiā maculæ sunt

alios maculātes suo malo exemplo, & materiā ministrādo suis superfluis cōmūiis gulositati & ebrietati, & multis aliis peccatis. ¶ Quarto deberet cohibere clericos à uitio prodigalitatē multitudine & magnitudine peccatorū quæ sequūtur in eis ex uitio isto. Ex prodigalitate accidit in multis, quod ipsi sunt raptores, simoniaci, oppressores pauperū, excoiatiōes subditorū. ¶ Quintum est hoc, quod uitii multū impedit eos ab officio suo. Nō possunt enim illi officio suo intendere debitis aggrauati. Et uisitatio eorū potius est subditorum corruptio propter nimias expēsas, quā eorū correctio. ¶ Sexto deberet cohibere dispētores bonorū ecclesiasticorum à prodigalitate, cōsideratio districti iudicii. Si enim ex isto uerbo, Esuriui, & nō dedistis mihi māducare: illaturus est dñs in iudicio, Ite ergo maledicti in ignē æternū: quid diciturus est prodigis dispētoribus, qui nō solū ipsi esuriēt, nō dederūt māducare, sed etiā ipsi esuriētī abstulerunt quod debuit manducare?

TRACTATVS V. de Acedia.

De his quæ ualere possunt ad detestationē Acediæ. P A R S I. quæ habet quatuor capitula.

De ordine dicēdorum in isto tractatu. Et de diuersis exemplis quæ ualere possunt ad detestationē Acediæ. C A P. I.

POST



OST peccatū auaritię, dicēdū est de peccato Acediæ: quia pigritia interdū ex auaritia sequitur. Vnde Luc. 12. dicit ille diues cuius ager fructus uberes attulit, Anima mea multa habes bona reposita in annos plurimos, requiesce, & comede, & hibe. dicimus autē hoc ordine & de uitio isto. ¶ Primo, ponemus ea quæ possunt ualere ad detestationē huius uitii. Secūdo tāgemus de diuersis generibus peccatorū quæ pertinet ad hoc uitii. Tertio, tāgemus aliq̄ de remedijs cōtra uitii istud. Quarto, de indiscreto feruore quæ acediæ uidetur esse cōtrarius. ¶ Ad detestationē uerō huius peccati possunt ualere diuersa exēpla. Et possumus primo sumere exēplum à rebus quæ nō habēt sensum, nec uitā, nec rationē, sicut à sole. Secūdo, ab his quæ uitā habent, & nō sensum: ut ab herbis, & arboribus, & huiusmodi. Tertio, ab his quæ habent uitam, & sensum, & nō rationē, ut à brutis animalibus. Quarto, ab his quæ habēt sensum, & rationē, & gratiā, ut à sanctis uiris. ¶ Et primo prosequemur de primo. Posuit dominus præceptū soli, ut de singulis diebus ab oriēte ueniat ad occidentē, & singulis noctibus reuertatur in oriēte, & nōquam præterit sol illud præceptū. Non pigritatur nec de die, nec de nocte, nec æstate, nec

hyeme, implere illud præceptū. Quantumcumq; laboret in uno die, nihilominus tamē summo mane surgit in sequēti die, & tamen nō expectat talem remunerationē laboris sui, nec talē pœnā negligētię suę, qualē homo. Ad hoc uidetur habuisse respectū Aug. cum dicit, Indecens est Christiano si radius solis eum inueniat in lecto: possit enim dicere sol si potestātē loquēdi haberet, Amplius laboraui heri, quā tu: & tamē cū iam surrexerim, tu adhuc dormis. ¶ Possūmus etiā accipere exēplū ad detestationē acediæ ab eis quæ ex terra nascūtur. Videmus enim herbas & arbores, quæ tam minimū habent inuitiū, crescēdo ad magnā quantitātē deuenire, habēt tamen tot aduersantia sibi, ut hyemē & aliā aëris intemperie, Singulis etiā annis aufertur eis labor florū, & fructuum, & frondium, & tamē nihilominus oportunitate inuenta operandi operantur: qui uideret nuditatē earum in hyeme, uix crederet quod tāta pulchritudine indui possent, nisi idē aliās uidisset. Qui uideret quā parua arbor sit nucis in inuitio sui, uix crederet, quod ad tantam magnitudinē peruenire deberet, nisi simile aliās uidisset. Non debet igitur pigritari homo, nec diffidere, etiā defectum bonorū in se uidet, uel si aliqua sibi resistat. Plus enim potest homo quā eredit. Tali exemplo uitur domi-

Q 9 2 nus

nus Matth. 6. dicens: Cōsiderate lilia agri quomodo crescunt. Et subditur: Dico autē uobis, quoniā nec Salomon in omni gloria sua coopertus est sicut unū ex istis. ¶ Tertio uero exemplo utitur Salomon. Prou. 6. dicens: Vade ad formicā, & piger, & cōsidera uias eius, & discē sapientiam: quā quū non habeat ducē nec praeceptorem, nec principē, parat aestate cibum sibi, & congregat in messe quod comedat. Et sunt quinq; attendēda in isto exemplo. ¶ Primo paruitas formicæ, quam Salomon proponit quasi magistrā homini. Multum enim potest cōfundi homo quando uidet se tam paruæ sciētiae, q̄ à tam paruo animali potest doceri. Vnde multū conari deberet ad addiscendum. Sicut accidit in scholis, quādo aliquis magnus à puero paruo docetur, ex quadam erubescētia deberet ardentius addiscere. Ad hoc potest referri qđ dicit Sene. Pudeat ab exiguis animalibus nos trahere mores. Erubescere potest homo, q̄ tam paruū animal melius morigeratum est q̄ ipse. ¶ Secundo attendēdū est quod dicit Salomon: Cōsidera uias eius, & nō uiam. Vias uocans discursus quos faciunt pro quærendo cibo. Pluries enim in die uadunt ad quærendum frumentum, unde satis possent erubescere illi homines qui semel in septimana grauantur uenire ad sermonem ad quærendū ani-

mæ suæ cibum. ¶ Tertio attendēdū est, quod formica in hoc opere non habet hominem ducem cuius exemplum sequatur, nec praeceptorem cuius uerbo ad hoc doceatur, nec principem à quo puniatur eius negligētia: homo tamen omnia ista habet. ¶ Quarto attendendum est, q̄ ipsa purum granum eligit ut de ipso pascatur. Vnde multū possent in hoc confundi illi, qui spurcitas & immunditias alienorum peccatorum eligunt, ut illis os suum pascant: iuxta illud Proverbio, 16. Os stultorum pascitur imperitia. ¶ Quinto attendēdum est in hoc exemplo, quod formica adeo se onerat frumēto, ut interdum uideatur minor esse suo onere. In quo possent satis confundi illi qui sermonem redeunt uacui, nec unum uerbum reportantes secū. ¶ Potest etiam ualere ad detestationem acediae, exemplū eorum qui amant mundū. Si enim respiciamur quot & quantis laboribus, quotidianis cruciatibus ipsi merentur cruciatū æternum, satis poterimus confundi, quod adeo sumus pigri laborare pro regno æterno, unde Aug. O si possemus excitare homines, & cum ipsis pariter excitari, ut tales essemus amatores uitæ permanētis, quales sunt homines amatores uitæ fugiētis, quis nō ut uiueret, cōtinuo perdere uolet unde uiueret, & potius eligeret uitā mendicantem, quam

quā celerem mortem? Cui dictum est, Nauiga, ne moriaris, & distulit? Cui dictum est, Labora, ne moriaris, & piger fuit? Leuia iubet Deus, ut in æternum uiuamus, & obedire negligimus. Ad idē potest adduci quod legitur in Vitis patrū de quodam sancto patre, qui quum uidisset ornatum cuiusdā mulieris, fletus inquit, Ignosce mihi omnipotens Deus, quia tuius diei meretricis huius ornatus, superauit totius uitæ meæ industriæ ornamenta. Et abbas Pambo uidens mulierem in Alexādia ad quā descendērat de eremo, fleuit. Et interrogantibus causam sui fletus, ait: Duæ res me mouerunt. Vna de illius perditōe: alia quoniam habeo tale studiū placēdi Deo, quale studiū habet ista ut hominibus placeat. ¶ Ad detestationem etiā acediae possunt ualere exempla bonorū uirorū. Et de multis pauca ponem⁹. Ait Dauid, pauper sum ego, & in laboribus à iuuentute mea. Et de sapiente muliere legitur in fine Proverb. q̄ panem otiosa non comedit. Et Apostolus dicit de se: Plus omnibus laboraui. De Christo legitur Io. 4. q̄ ipse fatigatus ex itinere, sedit sup fontē. Et in multis aliis locis in Euāgelio legitur de labore ipsius. Vnde Ber. Quādiu uixero, memoro ero laborum quos Christus sustinuit predicando, fatigatum in discurrendo, tentationū in ieiunando, uigiliarū in oran-

do, lacrymarum in compatiendo. Recordabor etiam dolorum, conuitorum, sputorum, colaphorum, subsannationum, exprobrationum, clauorum, horumque similitum. Alioquin requireretur à me sanguis iustus qui effusus est super terram. Legitur etiam, q̄ beatus Arsenius primo Palatinus, postea eremita maximus, quarentibus à se in quo cōfideret: Respondit, in hoc, quod homines fugi, aliquādiu tacui, fleui. Potissimē in hoc gaudeo, quod manibus laboraui. Et quædam uidua moriens recubabat sepeliri in camisia sibi data, dicens: Sepeliar in camisia elaborata propriis manibus, & nō alienis. Et de beata Virgine legitur Lucæ 1. quod abiit in montana cum festinatione. Legitur etiam Genes. 18. Festinauit Abraham in tabernaculū ad Sarā, dixitq; ei, Accelera, tria sata similia cōmiseris, & fac subcinericios panes. Ipse uero ad armentū cucurrit, & tulit inde uitalū tenerimū & optimum, deditq; puero, qui festinauit &c. De quo uerbo loquens Origen, ait: Senex currit, Sara accelerat, puer festinat, nullus piger inuenitur in domo sapiens.

De uerbis Sacrae scripturae quae laborem suadent, & otium, uel pigritiam dissuadent. CAP. II.

AD detestationem etiam acediae possunt ualere illa uerba Sacrae scripturae quae suadent laborem uel dissuadent

otium uel pigritiam. unde Eccl. ult. Verba sapientum quasi stimuli, & quasi clauis in altum defixi. Stimulus ualet contra tarditatem iumentorum: sic uerba sapientum contra pigritiam hominū. Et notandum quod homo laborat quasi contrarius uitae. Est enim lentus ad bonum, & praecipuus ad malum. Sed uerba sapientū sunt uelut stimuli, quando excitant hominem ad bonū. Et sunt uelut clauis in altū defixi: dum retinent hominem ne se praecipitet in malis. De multis uero uerbis quibus suadet nobis labor & distuadet nobis pigritia, pauca ponemus. Ait Hieronymus super illud Ezechie. 16. Hæc fuit iniquitas Sodomæ sororis tuæ, Superbia, saturitas panis & abundantia, & otium ipsius & filiarū eius. Semper, inquit, est aliquid agendū, ne ager nostrī pectoris manu cessante malarum cogitationū sentibus occupetur. Eccl. 7. Nō oderis laboriosa opera, & rusticationem à Deo creatam. Rusticationem Deus creauit, quando Adæ dixit Gen. 3. In sudore uultus tui uesceris pane tuo, uel quomodo posuit hominem in paradiso uoluptatis ut operaretur, ut legitur Genesis 2. & Ecclesiast. 14. Non defrauderis à die bono, & pericula diei boni non te praeterant. Et ibidem: Ante obtutum tuū operare iustitiam, quia non est apud inferos inuenire cibum. Hoc manifestum

est in diuite epulone, qui apud inferos guttam aquæ non potuit inuenire, quam digito Lazari qui leprosus fuerat petiit. Tunc non erat ipse ita indignantis naturæ, sicut in seculo isto fuerat. Adhuc non impetravit ille guttam illam aquæ, & tamen plusquam mille anni transierunt ante quos petiit. Item Ecclesiast. 9. Quodcunque potest facere manus tua, instanter operare: quia nec opus, nec ratio, nec scientia, nec sapientia apud inferos est, quod tu properas. Apud inferos non est opus, sed merces operis. Nec ratio, quia nihil profunt ibi artis argutia. Nec sapientia, nec scientia sunt ibi ad excusationem uel defensionem, sed potius ad accusationem. Seruus enim sciens uoluntatem domini sui & non faciens, uapulabit plagis multis. Item Ecclesiast. 11. Mane semina semen tuum, & uespere non cesser manus tua. Et Apostolus 2. ad Timoth. 4. In omnibus labora, opus fac Euangelista. Item 2. Thessalo. 3. Si quis non uult operari, non manducet. Ideo dedit dominus diuersa membra homini, ut ex omnibus ei seruiret, unde quandoque debet homo seruire Deo ore, cātando: quandoque manu, scribendo, & sic de cæteris membris. Item ad Galatas 6. Bonum facientes, non deficiamus: tempore enim suo metemus non deficientes. Ergo dum tempus habemus, opere-

mur

mur bonum ad omnes. Et Ecc. 6. Ne acedieris in uinculis eius. & loquitur de sapientia. Vincula sapientia sunt diuina præcepta quibus ligatus est homo, qui ex mortu pomī prohibiti quasi ueneniati incidit in spiritualē inflammationem. Cuius inflammatione sunt hæc signa, & mētē quasi aliena loquitur, fatua cogitando, & gaudet inde unde flendum esset. unde Prou. 20. Stultitia est gaudium stulto. Et Aug. dicit super Io. R. 1. sum talium, risum esse phreneticorum. Signum etiā huius inflammatione est hoc, quod homines exquirunt pericula quibus se perimat. Unde Prou. 27. Cor iniqui exquirunt mala. Sicut occultos latrones uisuræ uel simoniae quibus se perimat. Item in Psalm. Labores manuum tuarum quia manducabis &c.

Quantum peccatum acediae Deo displiceat. CAP. III.

Tertio potest ualere ad detestationē acediae, si ostendatur quantum hoc peccatū Deo displiceat, diabolo placet, & hominibus nocet. Quantum Deo displiceat, potest ostendi primo ex illo uerbo Apoc. 3. Utinā frigidus esses aut calidus: sed quia tepidus es, & nec frigidus nec calidus, incipiam te euomere ex est ad bonū. Frigidus est, qui simpliciter desinit à bono. Tepidus uero est, qui medio modo se habet. Et dixit glō. interlin. quod maior spes est de frigidis quam

de tepidis. Cuius rei hæc est causa, quod tepidi quandam fiduciam & securitatem accipiunt de hoc, quod aliquid boni agunt, & ideo se non corrigunt. Tepidus uero de ore Dei euomitur, qui prædicatores in quibus Deus loquitur, de confortio sanctorum remouet per excommunicationem: uel tūc tepidus euomitur, quando in deteriora præcipitatur, uel quādo impoenitēs moritur. De hac tepiditate dicit Hieronymus: Tepiditas sola est, quæ solet Deo uomitum pronocare. ¶ Quod autē acedia multum Deo displiceat, potest iterum ostendi per hoc, quod legitur Luc. 15. ubi sic habetur: Dico uobis, quod maius gaudiū erit in celo super uno peccatore penitentiam agente, quam super nonagintanovem iustis qui non indigent penitentia. quod exponit Gregorius, de iustis illis qui desideriose se habent, & de peccatore feruente ad penitentiam. unde dominus feruentē peccatorē nonagintanouē iustis acediosis præponit. Sicut dux in prelio plus eum militē diligit, qui post fugam reuersus hostē fortiter premit, quam eū qui nunquā fugit, nec unquam fortiter egit. Plus amatur ager qui post spinas & tribulos fructus uberes reddit, quam ille qui spinas & tribulos nunquam tulit, & semper sterilis extitit. Ad idem ostendendum induci potest, quod legitur Lucæ 13. de siculnea frum-

Q 9 4 cum

ctum non faciente, Succide illam. Vt quid etiam terram occupat? Et quod dicitur Matt. 15. Tollite ab eo talentū. & loquitur de seruo pigro. Et subditur: Et inuilem seruum illū eicite in tenebras exteriores. Et Matt. 3. Omnis arbor quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur.

¶ *Quod peccatum acedia multum placet diabolo.*

Q U O D autē hoc peccatum multum placet diabolo, potest ostēdi ex hoc, quod legitur Iob 40. Circūdant eum salices torrentis. Per torrētem cuius aquæ citō deficiunt, intelligitur uoluptas præsens quæ citō finietur. In qua diuites huius seculi plantati sunt uelut salices, quæ sunt arbores infructuosæ, & huiusmodi salices circūdant diabolū quasi faciendo ei umbram. In hoc uerō, quod homines qui nihil faciunt, salices uocantur, insinuatur quāta sit fatuitas eorū qui se meliores aliis iudicāt, & honorabiliores, quia nihil faciunt. Similis enim fatuitas est, ac si aliquis diceret. Salices amygdalinis arboribus præualere, eō quod steriles sunt. Ad ostendendum etiam quātum hoc peccatum placeat diabolo, potest adduci, quod legitur Iudic. 1. de Adonibezech, qui amputauerat 1. xx. regibus manuum ac pedū summitates. Adonibezech interpretatur, dominus fulguris, qui amputat illis qui habent regere a-

lios summitates manuum ac pedum, dum procurat ut tales ad opera utilia sint quasi impotentes. qui habet summitates manuum ac pedū amputatas, inutilis est quo ad usum membrorum istorū, etsi membra ista habeat. Sic multi ad utilia opera sunt impotentes, sed ad inutilia uel noxia potētiam habent. Ad idem ostēdendū ualet, quod legitur Mat. 12. de immūdo spiritu, quod inueniēs domū à qua exierat uacantem, uadit & assumit septem alios spiritus nequiores se, & intrantes habitant ibi. & eiusdem 8. legitur de demonibus, quod dixerūt domino. Si eiciis nos hinc, in gregē porcorū mitte nos. Porci sunt qui nihil faciunt, nisi quod uoluptati corporis deseruiūt, qui sunt quasi proprium hospitium dæmonum. In acediosis habet diabolus quasi hospitium quietis. unde Iob 40. dicitur dormire in secreto calami. Calamus qui uacuus est, figurat hominem uacantem & otiosum, in quo diabolus quiescit & dormit.

¶ *Quantum acedia noceat proprio subiecto, & quod ipsa repleat hominem malis pœnæ.*

S E Q U I T V R uidere qualiter noceat peccatū acedie homini. Noceat autē ei mala inferendo tā pœnæ quā culpæ, & plurima bona auferēdo, & primo ostendemus quomodo hominē repleat malis pœnæ: mala uerō

uero pœnæ tria sunt, paupertas, uilitas, & afflictio siue dolor. Quod paupertas peccatū acedie sequatur, manifestū potest esse ex his uerbis scripturæ quæ sequuntur. Prou. 20. Propter frigus piger arare noluit: mendicabit ergo æstate, & nō dabitur ei. Item Prou. 10. Egestatem sibi operata est manus remissa: manus autē fortū diuitias parat. Et 28. Qui operatur terrā suam, saturabitur panibus: qui uerō sedabitur otīū, replebitur egestate. & 23. Vestietur pannis dormitatio. & 24. Usquequo piger dormies? usquequo de somno confurges? Parum inquam dormies, modicū dormitabis, paululū cōferes manus, ut quiescas: & ueniet tibi quasi cursor egestas tua, & mendicitas quasi uir armatus. Paupertas modo quasi inermis est, & quasi lentē incedit, ideo multi fugiūt eā, uel resistūt ei, sed in futuro erit quasi armata, ut homo nō possit ei resistere, & ueniet quasi cursor ut homo nō possit eā effugere. & Prou. 21. Cogitationes robusti semper in abundātia: omnis autē piger semper in egestate est. & Eccl. 10. In pigritus humiliabitur cōtignatio, & in infirmitate manuum perstullabit domus. Tigna uocantur ligna illa quæ uulgariter dicūtur caprones, eō quod se mutuo capiūt, unde domorū contignatio, est coniunctio quæ fit in superiori parte tecti, quæ pignū ex pigritia per-

mittunt humiliari. Hoc enim proprium est pigri non subuenire periculis tempore opportuno. ¶ Quod uerō uilitas sequatur peccatū acedie, manifestū potest esse ex his uerbis scripturæ quæ sequuntur. Eccl. 22. In lapide luteo lapidabitur piger, & omnes loquētur super aspernationem ipsius. Itē in eodē: De stercore boum lapidāus est piger, & omnis, qui tetigerit eū, excutiet manus. Tūc piger lapide luteo lapidat, quādo in preparatione dura & conuitiis plena increpatur. Omnis, qui eū tetigerit, manus excutiet, quia onerosus est hominibus, & libenter homines se expediūt ab eo. Itē Prou. 10. Qui cōgregat in messe, filius sapiēs est: qui autē sterterit æstate, filius cōfusionis est. Messis in qua colligēdus est cibus spiritualis, est doctrina. Unde Prou. 24. In doctrina replebuntur cellaria uniuersa substantia pretiosa atque pulcherrima. Vel messis potest intelligi præfens uita, in qua merita colligenda sunt. ¶ Quod autē afflictio sequatur peccatū acedie, potest ostēdi primo ex hoc, quod acediosus est quasi totus famelicus. Eō enim, quod uacat & uacuus est, quasi totus esuriens est. Omnes sensus eius esuriunt, ut aures eius esuriunt rumores, uisus uanitates, tactus & gustus uoluptates carnales. Unde Prou. 27. De sideria occidit pigrum. Noluerunt enim quicquā manus eius operari,

rari, tota die cōcupiscit & desiderat. Acediosus laborat paralytici spūali, unde nō est mirū si affigatur, & est figurat^o per paralyticū illū de quo dicit Cęsurio Mat. 8. Puer me^o iacet in domo paralytic^o, & male torquet. Qui torquetur laborando, bene torquetur, quia utiliter torquetur. Sed qui torquetur quiescendo, male torquetur, quia inutiliter. Acediosus est in tēdio uite. Vnde habet quandam tristitiā quæ ad modum uermis corrodit cor eius, unde Prou. 25. Sicut tineæ uestimento, & uermis ligno: sic tristitia nocet cordi. Seneca: Traditione bonarū artium occupandi sumus, quoties male habet inertia impatiens sui.

¶ *Quomodo acedia repleat hominem malis culpa.*

SE QVITVR uidere quomodo acedia repleat hominem malis culpa. Hoc autem primo potest ostēdi ex illo uerbo Prouer. 24. Per agrum pigri hominis transiui, & per uineam uiri stulti: & ecce totam repleuerant urtica, operuerant superficiem eius spinæ, & maceria lapidum destructa erat: quia cum uissem, posui in corde meo, & exemplo didici disciplinā. Sicut ager spinas profert & tribulos, & cetera inutilia, nisi utilibus seminatus fuerit, sic homo spinas & tribulos germinabit uitiorū, nisi utilibus occupationibus se repleuerit. Vnde Ber. Hec maledictio Adæ, & in terra laboris nostri, &

in agro cordis & corporis nostri, ut noxia uel inuitia gratuito passim proueniant: utilia uero uel necessaria eū labore. Potest etiam idem ostēdi multis aliis exemplis. Corripitur enim aqua quiete, unde Poëta: Et capiunt uitium, ni moueatur aquæ. Vinum ex se etiam fæces generat: & nisi à fæcibus illis mudeatur, totum corrumpitur. Idē accidit in homine, unde Iere. 48. dicitur de Moab: Requieuit in fæcibus suis, nec trāsfulus est de uase in uas, & in transmigratioe non abiit. Idcirco permansit gustus eius in eo, & odor eius non est immutatus. Sapor corruptus & odor prauus nō recedit à uino, si supra fæces remanserit, imo interdū totaliter corrumpitur. Idē accidit de acedioso, qui totus quasi acidus & acerosus efficitur. Ad eodē enim corrumpitur, ut bona ei displiceant, quæ debeant sibi placere. Homo in præsentī uita est similis illi qui est in flumine impetuoso, qui in uno loco stare nō potest, & nisi ad summam conet, ad imalabitur. Eodē enim quod omnis homo ex nihilo est, ad nihilū tendit, & ad nihilū culpa, & etiam ad mortem. Vnde nisi conetur progredi & proficere, regreditur & deficit, unde Ber. In uia uitæ nō progredi, regredi est, qui nihil adhuc in eodē statu permaneat. Homo similis est caluro plurium dominorū, inter quos ille, qui remissior est, totū amittit,

uit, alius enim paulatim aufert ei ius suum. Si spiritus remissus fuerit, caro quæ aduersus eum cōcupiscit quotidie aliquid acquirit super spiritū, unde Prou. 12. Manus fortium dominabitur: quæ autē remissa est, tributis seruiet. Pānus candidissimus quasi imperceptibiliter niger efficitur, unde frequenter ablutione indiget. Manus etiam corporis quasi insensibiliter post ablutionem sordida efficiuntur, unde frequenter in die lauari oportet. Sic nisi homo frequenter se lauet à sordibus spiritualibus, illis repletur. Negligētia igitur & acedia hominem replent malis culpa. Homo ad modum uinæ putatione indiget, & non semel tantum, sed frequenter: sicut ostendit Bern. super illud Cant. 2. Tempus putationis aduenit, dicens: Quis ita ad unguē omnia à se superflua resercauit, ut nihil se habere putet putatione dignum? Credite mihi, & putata repullulant, & effugata redeunt, & reaccendūt extracta, & sopita denud excitantur. Parum est ergo semel putasse. Sæpe putandū est, imo si fieri possit semper: quia semper, quæ putari oportet, si non dissimulas inuenis, quantūcunque in hoc corpore manens profeceris. Eras si uitia putas emortua, & nō magis cōpressa, uelis nolis inter fines tuos habitat Iebusæus. Subingari potest, sed non exterminari, unde in tanto discrimi-

ne consilium est obseruare diligenter, & mox ut renascentium uitiorum capita apparebunt, promotā seueritate succidere.

¶ *Quomodo acedia auferat homini bona gloria, gratia & naturæ.*

AD hoc ostendendum adduci potest, quæ legitur Matt. 25. de seruo pigro: Tollite ab eo talentum, & date ei qui habet decem talenta. Omni enim habenti dabitur, & abundabit, & qui non habet, etiam quod uidetur habere, auferetur ab eo. Et qui non habet studiū uel uoluntatem operandi, sæpe aufertur facultas. Iusto enim Dei iudicio fit, ut ille qui non uult bene operari quū possit, postea non possit quū uelit. Et Luc. 19. dicitur similiter de seruo pigro: Auferte ab illo mniam. Et subditur: Dico uobis quia omni habenti dabitur, & abundabit: ab eo autē qui non habet (supple, uoluntatem operandi) & quod habet auferetur ab eo, scilicet facultas. ¶ Aufert autem acedia homini & bona gloria, bona gratiæ, & bona naturæ. Bona gloriæ aufert, quia illa promittuntur solis strenuis & uigilantibus. Vnde Luc. 12. Beati serui illi quos quū uenerit dominus, inuenierit uigilantes. Amen dico uobis, quod præcinget se, & faciet illos discubere, & transiens ministrabit illis. Et Matt. 11. Regnū cælorū uim patitur, & uiolenti rapiūt illud. Ecce trario acediosi

& pigri amittunt illud. Super quod uerbum dicit gl. Grandis uolētia est in terra nasci, & cælū capere, & habere per uirtutē quod per naturam non possumus. Non est uerisimile quod acediosus talem uolentiam cælo faciat. Acediosus ad eō lentē incedit quod in cælo locum suū amittit. Aufert etiā acedia bona gloriæ. unde Gregor. Nemo in huius uitæ itinere torpeat, ne in patria locum perdat. Idē: Iustus ut cælestia capiat, cauet ne inanis dies eat. ¶ Quod autē acedia bona gratiæ auferat, potest ostēdi ex hoc, quod gratia Spiritus sancti est sicut ignis, qui nō potest esse otiosus. Desinit enim esse, si desinit agere. Sic gratia Dei quandoque amittitur, quia homo ex ea nō operatur, unde super illud Ioā. 13. Qui nō diligit me, sermōnē meū nō seruat. dicit Greg. Nūquā est Dei amor otiosus. Operatur enim magna, si est: si autē operari renuit, amor nō est. unde Apostolus 1. Corin. 15. Gratia Dei in me uacua non fuit. Nec solū gratiā aufert homini acedia, sed etiā fructū qui à gratia deberet procedere: & sic aufert totam utilitatē huius uitæ, quod nō est paruum damnum. unde Bern. Quā mitius me priuare, ò amara mors, uite usū, quā fructu: nam uita sine fructu, grauior mors. Denique duplex dānū paratur ligno in fructuoso, securis, & ignis. ¶ Aufert etiam acedia bona naturæ.

Naturale enim ingenium & cetera bona naturalia deteriorat. Est nullū aliud dānū faceret acedia homini nisi de amissōe tēporis, non parū dānificaret hominem.

¶ De octo que ualere possunt ad ad temporis conseruationē.

S E D multi sunt qui damnū istud non reputāt. Ideo agemus hic de his quæ deberent mouere homines ad temporis cōseruationē. ¶ Et sunt octo quæ ualere possunt ad hoc. ¶ Primo possunt ualere ad hoc uerba scripturæ, quibus monemur ad tēporis cōseruationē. Sicut est illud Eccl. 4. Fili cōserua tēpus, & declina à malo. Et illud Prou. 5. Fili, ne des alienis honorē tuū & annos tuos crudeli. Fatuus est qui rē ita pretiosam sicut est tēpus dat hosti suo crudeli, expēdēdo illud in seruitiū dāmonū. ¶ Secūdo possunt ualere ad hoc exēpla creaturarū, quæ quodāmodo uidentur tempus cōsiderare quantum possunt. Accepta enim opportunitate operandi operātur, nec permittūt tempus uacuum transire. Vnde Eccl. 3. Omnia tempus habēt. ¶ Tertio debet mouere hominem ad tēporis conseruationem ipsa natura tēporis. Tēpus enim breue est, & uelociter trāsīt: & postquā transferit, recuperari nō potest. Ad primū pertinet quod legitur Iob. 14. Breues dies hominis sunt. Et debemus intelligere breuitatem istā respectu uitæ æternæ, cui debemus prouidere tēpore

pore isto. De breuitate etiā ista tēgitur in Psal. ubi dicitur: Mille anni ante oculos tuos tanquam dies hesternæ quæ præterit. De hac etiā breuitate dicit Senec. Si multū ætatis esset, parē dispēsandum erat ut sufficeret necessariis. Nunc quæ demētia est supuacua discere in tēporis egestate? De uelocitate uerō legitur Iob 7. Dies mei uelocius trāsērūt. Et Seneca: Infinita est uelocitas temporis. Punctum est quod uiuimus & puncto minus. Item Iob 9. Dies mei uelociore cursore fuerunt. De irreuocatione temporis, dicit beatus Bernard. Non parū estimes tempus quod in factis uel in dictis expēditur otiosis. Volat enim irreuocabile uerbū, uolat tēpus irreuocabile, nec aduertit in sapiens qd amittat. ¶ Quarto potest ualere ad hoc pretiositas tēporis. De qua Bernar. Nihil pretiosius tempore: sed heu nihil hodie uilius reputatur. Ostenditur autē pretiositas temporis tripliciter. Primo, per hoc quod possessio tēporis ualde rara est, quantum ad hoc quod unicū tēpus est semper, sicut de phœnice dicitur, quod est phœnix unica semper auis. unde quom omne rarū pretiosum sit, ualde pretiosum debet esse tempus. Secūdo ostēditur ex hoc, quod aliquis locus est in quo plus amaretur una hora tēporis ad agendum pœnitentiā, quā tanta massa auri quantus est totus mūdus, Locus ille in-

fernus est. Tertio ostenditur ex hoc quod in una hora temporis potest homo promereri dimissionem pœnæ æternæ, & peccatorum suorum remissionē, Dei gratiam & æternam gloriam. ¶ Quinto potest ualere ad hoc, si cōsideramus nos debitores esse totius temporis nostri. Nec debemus etiam illud soli credituri, sed pluribus. Fatuus enim est, qui multis debitis obligatus est, si prodigē expendit. Debita nostra ostendit nobis beatus Bernard. dicens: O si cognouisses quā multa & quā multis debeas, uideres quod nihil est quod facis. Primo, Christo debes omnē uitam tuā, quia ipse pro tua posuit suam. Secūdo exigunt præterita peccata mea futuram uitā meam, ut faciam fructus dignos pœnitentiæ, & recogitē omnes annos meos in amaritudine animæ meæ. Quid si tertium debitorem ostendam, qui eam uendit tibi? Puto quod desideres gloriam quā oculus nō uidit. Nonne ad hanc emendam, totum te & quodcūq; poteris dare oportebit? Et cum omnia compleueris, non sunt condignæ passionēs huius temporis ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis. ad Rom. 8. Quarto debitori debes totum quod es, à quo totum habes, qui te fecit & benefecit: & cuncta ministrat cui horū proponis reddere quod debes. ¶ Sexto deberet hominem mouere ad conseruationem tēporis

poris hoc, quod oportebit districte ratione de eo reddere coram Deo. Omne enim tempus tibi impensum requiretur a te qualiter sit expensum, sicut dicit beatus Bern. Et sicut capillus non peribit de capite: ita nec momentum de tempore peribit. Unde Psal. Cum accepero tempus, ego iustitias iudicabo. Et Thre. 1. Vocauit aduersum me tempus, ut conterat electos meos. Beneficium temporis multum erit aduersus homines, etiam aduersus eos qui boni uidentur esse. Valde enim ingrati apparent illi, quibus Dominus tantum beneficium dabat singulis momentis, quantum est beneficium temporis, qui tanto beneficio non cessauerunt ab impugnatione ipsius. ¶ Septimo deberet homines mouere ad idem hoc, quod tempus quodam speciali modo est nostra possessio. unde Sene. Reliqua a nobis aliena sunt, tempus tantum nostrum est. Tali modo tempus nostrum est: quod si tempus amittimus, quodammodo nosmetipsos amittimus: qui medietatem sui temporis amisit, quodammodo dimidium se amisit. ¶ Octauo debet mouere nos ad temporis obseruationem hoc, quod temporis amissio quaedam mors est. Est enim amissio uitae. unde Sene. Quae mihi dabis qui aliquod pretium tempori ponat, qui intelligat se quotidie mori? Idem: Quotidie morimur, quotidie enim demitur aliqua pars

uitae, Et tunc quoque cum crescimus, uita decrefcit: quaedam modum clepsidra non extremum stillitidum exhaurit, sed quicquid ante defluxit: sic ultima hora qua esse disimus, non solum mortem facit, sed sola consummat. Et conseruatio temporis in hoc attenditur, ut in Dei seruitio expeditur: & sic ex tempore quodammodo summato aeternitas in futuro colligatur. Illi uero qui prodigum tempus expedit, frequenter accidit, quod citius tempus amittat. Viri enim impii non dimidiabunt dies suos. Et implebitur in eo illud Eccl. 29. In tempore redditionis postulabit tempus. *De alijs sex quae ualere possunt ad detestationem acediae.*

C A P . I I I .

PRaeter praedicta sunt sex alia quae possunt ualere ad detestationem acediae. ¶ Primum est hoc, quod ipsa inquinat pulchriorem partem ecclesiae, scilicet uiros contemplatiuos. Et est mirum quod illi sunt magis acediosi, quam minus esse debuerunt. Viri enim contemplatiui, quorum esset non solum currere, sed uolare (aues enim spirituales sunt) ad modum testudinum lentissime incedunt. unde iam non potest dici de illis illud uerbum Esa. 40. Qui sunt isti qui ut nubes uolant, sed uelut mortui immobiles stant. Unde necesse habent frequenter orare, exemplo Dauid, ut in uia Domini uiuificentur, & ut pennae colubae eis dentur, ut uolare

pos

possint & requiescant. ¶ Secundo potest ualere ad detestationem acediae hoc, quod ille qui hoc uitio a diabolo capitur, ignominiosus capitur ceteris peccatoribus. sola enim ignaua capit eum, & quadoque solus timor, unde Prover. 18. Pigri deicit timor, & animae effeminatorum esuriunt. Multum potest erubescere ille quem solus timor deiecit de equo uirtutum, cum timor non sit nisi quaedam pictura terribilium. Praeterea cum timor sit de malo futuro, ille quem timor uincit, quodammodo uincitur ab hoste qui nondum est, sed futurus, & quandoque etiam futurus non est. unde Sene. Illud tibi praecipio, ne sis miser ante tempus. Illa quae uelut imminetia expauiisti, fortassis nunquam uentura sunt. ¶ Tertio potest ualere ad detestationem acediae hoc, quod homo acediosus ualde ignominiose detinetur captus. Non enim ligatus est uinculis ferreis, imo nec stupeis, sed potius nullis. Sola enim desidia detinetur: nec habet aliquem carcerem quo claudatur, uel custodes quibus custodiatur, nisi prout summat. unde Prover. 15. Iter pigrorum quasi sepes spinarum. Homini pigro uidetur quod uix sibi spinis clausa sint, & quod nullo modo fugere possit de manibus diaboli. Videtur sibi quod si conuertatur ad Dominum, statim debeat mori. unde Genes. 4. dicit Cain: Ois

qui inuenit me, occidet me. Idem legitur Prou. 22. Dicit piger, Leo est foris, in medio platearum occidendus sum. Et 26. Dicit piger, Leo est in uia, in itineribus leaena. Mirum est quare ita timet pigri conuerti ad Dominum, cum uideant eos qui ad Dominum conuertuntur, diutius uiuere, & pulchriores esse. ¶ Quarto potest facere ad detestationem acediae hoc, quod uitium istud solum uel maxime homines infestat & impugnat, quando sunt in seruitio Dei. unde parte Dei nititur ei auferre, nec parum deteriorat eam: quandoque enim efficit ut psalterium unum cum fastidio & acedia dictum minus sit gratum Deo, quam psalmus unus cum deuotione & hilaritate dictus. unde Hierony. Malo psalmum unum cum hilaritate mentis decantare, quam totum psalterium cum fastidio & torpore & acedia. ¶ Quinto potest ualere ad detestationem acediae hoc, quod acedia est ualde grauis infirmitas. Tria autem faciunt ad grauitatem istam. Primum est hoc quod illi qui laborant hac infirmitate, nesciunt se infirmos esse: unde se sapientes esse reputant, & alios indicant. Ideo dicitur Prou. 26. Sapientior sibi uidetur piger, septem uiris loquentibus sententias. Periculosa uero solet esse infirmitas quae non agnoscitur, quia eius remedium non quaeritur. unde Bern. Scio longius a salute abstinere membrum quod obstupuit, & aegrum sese non sentientem

pene

periculosius laborare. Secundo facit ad grauitatem huius infirmitatis eius prolixitas. Est enim acedia uelut febris laffa. Vnde de illa potest intelligi quod dicitur Eccl. 10. Langor prolixior grauat medicū. Tertio facit ad grauitatem huius infirmitatis hoc, quod reddit hominem impotentem ad operandum. unde significatur per paralyfism Matth. 3. & Matth. 9. per ariditatem manus. Matt. 12. ubi legitur sic, Et ecce homo habens manū aridā &c. Acediosus manū dexteram aridam habet, sed nō sinistra: quia impotens est ad bene operandum, sed non ad male operandum, unde Zach. 11. dicitur de malo pastore: Brachium eius ariditate siccatibitur, & oculus eius dexter tenebrosus obscurabitur. Tunc oculus dexter obscuratur, quando pastor ad spiritalia cæcus efficitur. Acedia est uelut febris illa quæ dicitur ethica, quæ prouenit ex consumptione naturalis humiditatis. Sic acedia ex defectu humoris gratiæ. Sexto potest ualere ad detestationem acediæ hoc, quod acediosus iniquus est in Deū: quia defraudat eum in lucro talenti quod ei comisit. Iniquus est in proximū, & quia eum scandalizat, & quia defraudat eū in hoc quod uult comedere & bibere sicut & ipse, & tamē nō uult laborare sicut ipse. In seipsum etiam iniquus est quia hostes suos nutrit à quibus perimatur, scilicet uitia.

De diuersis generibus peccatorum quæ ad hoc uitium pertinent, PARS II. quæ habet xvii. capitula.

De tepiditate & malis quæ in homine tepiditas facit. CAP. I.

Distinctio de his quæ faciunt ad detestationem acediæ, consequenter dicendum est de diuersis speciebus uitiorum, quæ ad acediam pertinent. Videntur autem ista xvi. uitia ad acediam pertinere, Tepiditas, mollities, somnolentia, otiositas, dilatio, tarditas, negligentia, imperfectio siue imperfectio, remissio, dissolutio, incuria, ignauia, in deuotio, tristitia, tardium uitæ, desperatio. ¶ Tepiditas est paruus amor boni. Et uidetur esse tepiditas prima radix in peccato acediæ, & ex hac uidetur nasci cætera uitia enumerata. Facit autem tepiditas multa mala in homine. ¶ Primo Deo uocatus uocat, ut prius ostensum est. Tunc tepidus à Deo euomitur, quoniam in deteriora labi permittitur, uel impoenitēs moritur. ¶ Secundo fiducia terendi & accedendi diabolo præstat. De multis enim uitiis tentat diabolus hominē tepidū, de quibus non auderet tentare hominem feruētē, unde dicitur autoritas, Ollē feruenti muscæ non insident. Tertio reddit hominem quasi impotentē & contra tractum: ut patet in illis quicum ualde fortes sint, nō possunt se ipsam partem poenitentię facere quam

quam fecit uetula una, quod accidit propter tepiditatem, scilicet quia paruū habent desiderium agendi poenitentiam, unde Bern. Forſitan ideo non possumus, quia non multū uolumus. Tepiditas etiam facit ut homo petat, & nō accipiat. Accidit enim quod aliquis xx. annis non accipit quod in oratione petit, quia petit tepidē, quod alius qui feruenter peteret, una die impetraret, unde August. Seruat tibi Deus quod nō uult cito dare, ut & tu discas magna magnē desiderare. Tepiditas etiam facit in homo semper pugnet nec unquam uincat, nec illā sublimem promissionē pinctum unquam accipiat, quæ habetur Apoca. 2. Vincenti, inquit, dabo manā absconditū. Tepidus autem a deo remisse agit, quod nunquam peruenit ad retributionem, quæ est in custodia mandatorū. Quæ tanta est quod nō potest dici sicut dicitur gl. super illud, In custodiēdis illis retributio multa. Tepidus similis est homini auaro, de quo dicitur uulgariter, quod tantum expendit quantum largus, & tamē non habet inde gratiā, nec mercedē, quia pro modico multā perdit. Tepidus semper seminat in præſenti uita, & nunquam metit, quia ad pacē animi nō pugnat. Ideo dicit beatus Bern. contra tepiditatem istā: Si incipis, incipe perfecte, si imperfectus es, hoc iam perfecte agere perfectiōis aliquid attigisti, seipsum in temetipso metire.

De mollitie. CAP. II.
Simpatientia rei duræ. De qua legitur Prouerb. 18. Qui mollis est & dissolutus in opere suo, frater est sua opera dissipantis. Mollis est ille qui cedit duris: id est, tribulationibus succumbit. Vnde quando in opere inchoato aliquid durum occurrit, ipse ab opere desistit, & talis frater est sua opera dissipantis. Idē enim est acti ea dissiparet, Mollities ista est uelut quædam culicula, in qua diabolus in homine quiescit, Homo etiā mollis est uelut homo uiuēs, qui ad ignem tribulationis quasi liquefit, & ad nihilum redigitur. Ad quantam miseriam deuēturi sunt qui molles sunt, insinuatur Deut. 28. ubi sic legitur: Homo delicatæ uitæ & luxuriosus ualde inuidebit fratri suo, & uxori quæ cubat in sinu suo, ne de eis det carnibus filiorū suorum quos comedet, eod quod nihil habeat aliud. & paulo post: Tenebra autē mulier & delicata, quæ super terrā ingredi non ualebat, nec pedis uestigium figere, propter mollietatem & teneritudinē nimiam inuidebit uiro suo, quæ cubat in sinu suo super filium & filiam carnibus. Summū remediū contra mollietatem istā est ignis Spiritus sancti, qui lutea consolidat, ualet etiam contra istā mollietate assuetudo durorum. unde Bern. Rusticus duos habet neruos, fortes laqueos. Exercitatio hoc fecit, sed

R r cura

cum corpore mollescit. Dissoluitus potest uocari in uerbo proposito qui mollis est, & qui nullo amore ligatus est ad opus bonum, uel qui paralyticus est. Paralyticus enim dissolutione sonat. *De somnolentia, ubi ponuntur duo exempla quae ualent contra eos qui nomine contemplationis palliant pigritiam suam.* CAP. III.

Sequitur de peccato somnolentiae, quod ad accediam pertinet. Quia sicut legitur Prover. 19. Pigredo immittit soporem, quod potest intelligi de sopore contemplationis, & de sopore corporis. Somnum contemplationis pigredo immittit in illos qui nomine contemplationis palliant pigritiam suam, nolentes operari aliquid. Contra quos possunt ualere haec duo exempla quae subiungimus. ¶ Legitur in Vita patrum, quod quidam peregrinus uenit ad abbatem Syluanum in monte Sina. Et cum uideret fratres operantes, dixit: Quare operamini cibum qui perit? Maria enim optimam partem elegit &c. Tunc senex fecit ei dari codicem ut legeret, includens eum in cellula. Cum igitur transisset hora nona circumspiciebat ille utrum quis uocaret illum ad cibum: & ueniens ad fenestram interrogauit utrum fratres comedissent. Cui respondit fenex: Tu homo spiritalis es, & non necesse habes hanc escam. Nos autem tanquam carnales comedimus, & ideo operamur. Quod

cum audisset, cepit poenitere. Cui abbas: Ergo necessaria est Martha Mariae. Item abbas Iohannes dicebat fratri suo maiori: Velle semper esse securus sicut angeli securi sunt, nihil operantes, sed sine intermissione Deum collaudantes. Et proiecto pallio suo intrauit in eremum. Et post septimanam reuersus est, & pulsauit ad hostium fratris sui, quaeque fuit, Quis es tu? Et ille respondit, Ego sum Iohannes. Et frater dixit: Iohannes angelus factus est, & ultra inter homines non est. Ille autem pulsabat, dicens: quia ego sum, & non aperuit, sed dimittit eum affligi. Tandem aperuit ei, dicens, Si homo es, iterum habes necesse operari, ut uiuas. Si autem angelus, quid quaeris intrare in cellam? Et ille statim poenitentiam egit.

¶ De somno corporis.

DE somno uero corporis factis planum est, quia pigredo immittit eum. Multi enim ex pigredine conantur ad dormiendum, cum tamen dormire non possint. ¶ De somno uero corporis ad praesens tria ostendimus. ¶ Primo, ostendimus ea quae sunt reprehensibilia circa somnum. ¶ Secundo, ea quae deberent homines cohibere a nimietate somni. ¶ Tertio, quae sint necessaria ad hoc quod aliquis dormiat prout debet. ¶ Quinto, reprehensibilia sunt circa somnum corporis.

QUINQUE uero reprehensibilia sunt circa somnum. ¶ Primo, nimietas somni: ad quam pertinet

tinet illud Prover. 33. Vigila: quomodo piger dormis? ¶ Secundo, reprehensibilis est circa somnum brutalitas: uidelicet quando aliquis dormit ut porcus. unde Bernardus Carnalis somnus & brutalis: & sicut dicitur Ietheus abominandus est seruo Dei. Idem: Causa in quantum potes serue Dei, ne sit somnus tuus ut reges laesi, sed sepultura corporis suffocati. ¶ Tertio, reprehensibilis est tristitia in surgendo a somno. unde Ecc. 32. Hora surgendi non te tristat. ¶ Quarto, reprehensibilis est pigritia in surgendo a somno. unde legitur Ecc. 29. Sicut ostium uertitur in cardine suo, ita piger in lecto suo. ¶ Quinto reprehensibilis est circa somnum inopportunitas somni: ut quando aliquis dormit quando non esset dormiendum, ut in tempore orationis. Contra illud 1. Pet. 4. Estote prudentes, & uigilate in orationibus. uel cum aliquis dormit in sermone, uel lectione: iuxta illud Ecc. 22. Cum dormiente loquitur qui narrat stulto sapientiam. Si stultus non habuisset uoluntatem dormiendi per duos dies: tamen tempore lectionis uel sermonis dormiret. Tempus etiam in quo dormiendum non est, tempus matutinum est. Illud enim tempus non est somno occupandum: quia ualde utile est & studio, & orationi, & diuinae laudi, & Dei consolatio frequentius tempore illo recipitur. ¶ Ad primum pertinet quod dicitur in Psal. Mane astabo tibi &c. Et ad secundum pertinet quod

legitur Iob 8. Si diluculo consurrexeris ad Deum, & omnipotentem fueris deprecatus, statim euigilabit ad te, & pacatum reddet habitaculum tuum. Et Sap. 16. Oportet praeuire solem ad benedictionem tuam, & ad ortum solis te adorare. Primo pauperi qui eis occurrerit, consueuerunt diuites dare: sic dominus libenter eos exaudit, & mane ualde orant eum. Ad hoc autem quod matutina hora sit idonea ad laudandum Deum, pertinet illud quod legitur Iob 38. Cum me laudarent simul astra matutina, & iubilaret omnes filii Dei. Astra matutina sunt uiri ceteri platiui, qui horis matutinis praecipue laudant Deum. Ad hoc uero quod consolatio Dei matutinis horis praecipue recipiatur, pertinet illud Iob 7. Visitas eum diluculo. & illud Esa. 26. De mane uigilabo ad te. Et Exod. 16. Filii Israel colligebant manna hora matutina. Ad significandum, quod tunc dulcedo Spiritus sancti colligenda est. Sicut corporum amatores stabiliunt corpus aliquod in mane gustando: sic dulcedine Spiritus sancti in mane stabiliscendus est spiritus. Unde ad Heb. 13. Optimus est gratia stabilire cor. ¶ De tribus quae debent homines cohibere a nimietate somni.

TRIA autem sunt quae deberent homines cohibere a nimietate somni. Primo exemplum, ad quod pertinet illud uerbum Augustini prius positum: indecens est Christiano, si radius solis inueniat eum in lecto.

R r 2 10.

cto. Secūdo hoc, q̄ somnus absq; necessitate, est tēporis amissio. unde Bern. Quantū ad debitū cōtinui profectus, nihil ita deperit de uita nostra, quā quod somno deputatur. In ueritate somn^o est quasi quedā species uel imago mortis, Tertio deberet cohibere homines à nimietate somni multiplex malū q̄ in scripturis legitur ex somno accidisse. Et de hoc sufficiat ponere quinq; exēpla. Primū exēplū est Iudi. 4. de Sisara, qui cūm bibisset lac, obdormiuit, & interfectus est à Iahel, clauo in cerebro eius defixo. Secūdū exemplum est Iudic. 16. de Sampson, quem Dalila fecit obdormire super genua sua, & rasis septē crinib⁹, captus est & exoculatus, Tertiu⁹ exēplū est in Iudith 13. de Holoferne, qui dormiens à muliere Hebræa interfectus est. Quartū exēplū est Mat. 26. ubi Apostoli somnolēti legūtur Christi amississe. Quintū exēplū est Act. 20. de quodā adolescente, nomine Eutycho, qui cū disputate Paulo, graui emergeretur somno, cecidit de tertio cōpaculo deorsum, & sublatus est mortuus. ¶ De tribus necessarijs homini ut debito modo dormiat.

T R I A autē necessaria sunt homini ad hoc q̄ debito modo dormiat. Primo, necessarium est ei ut uigilādo laboret. unde Eccl. 5. Dulcis est somnus operati siue parū, siue multū comedat. Homo otiosus affligitur nō so-

lū dormiendo, sed etiā uigilādo. Secūdo, necessariū est ei ut sobriē potu & cibo utatur. Tertio, ut sensus suos sobrios custodiat. unde Ber. Sobriū cibū, sobrium sensum, sobrius sequitur somnus. *De otiositate, & quod stultus sit otiosus.* CAP. IIII.

Circa hoc peccatū, primo ostendemus quā stultus sit qui otiiū diligit. Secūdo ostēdemus, q̄ otiosi licet semper reprehensibiles sint, præcipue tamen tempore gratiæ reprehensibiles sunt. Tertio tangemus ea quæ attendenda sunt alicui in occupatiōe quā uult eligere. Quā stultus uerō ille sit qui otium diligit, ostēditur Prou. 11. ubi sic legitur: Qui operatur terrā suam, satiabitur panibus: qui autē sectatur otiiū, stultissimus est. Non solum stultus est talis uel stultior, sed etiam stultissimus.

¶ De tribus gradibus stultitiæ.

P R I M V S gradus stultitiæ est, uitā suā negligere, ei necessaria quærendo. ¶ Secūdus gradus est, uitam suā hostibus indefensam exponere. ¶ Tertius gradus est, hostes qui eū interimant pascere. Hos tres gradus stultitiæ habet qui sectatur otiiū. Vitæ enim æternæ quæ futura est nō prouidet: hostibus etiā suis, scilicet uitis & demonibus se exponit, ut iam ostendetur. Hostes etiam suos nutrit, quia otio uitia nutriuntur, & impinguntur: sicut & anseres & etiam equi solent otio impinguari.

¶ De

¶ De xii. stultitjs hominis otios.

E T possumus assignare xii. stultitias quæ sunt in homine otioso. ¶ Prima stultitia est, quod ipse diabolo locū facit. Contra illud Apostoli ad Eph. 4. Nolite diabolo locū dare, unde uidetur diaboli societate amare. Apud hominē occupatū nō habet diabolus ubi possit esse: quæ res perfecte occupata nō est capax alterius rei. Ideo dicit Hiero. Semper aliquid boni operis facito, ut te diabolus inueniat occupatum. Ex hoc uerō q̄ aliquis in se diabolo locum facit, ita est indignus omni loco præterquam inferno, unde primus locus otiosi est infernus, sicut & diaboli. Quod sic potest ostendi. Constat q̄ otiosus cælo non recipietur. Cælum enim merces erit tantum eorum qui operari fuerint. unde Matthæ. 20. Voca operarios, & redde illis mercedem. In paradiso etiam terrestri nō recipietur. Vnde Gen. 2. Tulit dominus Deus hominem, & posuit eum in paradiso uoluptatis ut operaretur. In purgatorio etiam non recipietur. unde Psal. In labore hominum nō sunt, & cum hominibus non flagellabuntur. Otiosi nō laborāt cum hominibus, & ideo nō flagellabuntur cum hominibus in purgatorio, sed cum demonibus in inferno. Otiosus etiā indignus est esse in mundo isto. unde Luc. 13. de ficulnea sterili. Succide eam, ut quid terrā etiā

occupat? Relinquitur ergo q̄ solū in inferno digni sunt otiosi. ¶ Secunda stultitia est, q̄ otiosus in tali statu se ponit q̄ brutis animalibus inferior est, quod ad hoc quod brutis animalibus licitū est comedere: homini uerō otioso prohibet hoc. Apostolus 2. ad Thef. 3. dicens: Si quis non uult operari, nec manducet. homo otiosus est uelut homo mortuus. unde Sen. Otiiū sine literis, mors est, & uiui hominis sepultura. Et Eccl. 9. Melior est canis uiuus leone mortuo. Leo mortuus est aliq; magnus otiosus, cui præualet canis uiuus: id est, aliquis nilis sternue operās. imō etiam homo otiosus est plusquam mortuus, unde in epist. Iudæ dicitur de quibusdam, q̄ sint arbores autumnales infructuosæ, bis mortuæ. Arbor in autūno plantata quando fructū facit, sero facit illū. Sic aliqui dum sani sunt, otiosi uolunt esse: sed in articulo mortis tunc primo uolūt fructū pœnitentiæ facere. Ideo frequenter accidit q̄ absq; fructu decedūt. Et tales homines infructuosi quasi bis mortui sunt: quia nō solū mortis tēporalis, sed etiam æternæ sunt debitorum. In quo deterioris cōditionis sunt quām bruta animalia. Illa enim solum mortē temporale debēt.

¶ Tertia stultitia est, quod ex negligentia excolendi se, fructum superfluum amittit. Si quis uineam haberet in qua mille asinatæ uini posset colligere, ualde re-

R r 3 puta

putaretur fatuus & infelix ab omnibus, si ex negligentia excolendi eam, fructum illū amitteret. Fructus quē quis in se colligeret, si se diligenter excoleret, praevaleret uino regni uni^o. Quā fatuus est ergo qui ex negligentia tantū fructum amittit, quē in se colligere posset? Multum deberet cōfundi talis. Ideo dicit Sene. Turpissima iactura est, quae per negligentiam fit. Turpissimam ideo uocat eam, quia est erubescētia plena. Nemo est ita pauper qui de fructu oris sui ita dixari non posset, si bene excoleret illud. unde Pro- uer. 12. De fructu oris sui unuf- quisque replebitur bonis.

¶ De octo fructibus oris.

EX ore suo possit homo colligere octo genera fructuū ualde pretiosorū, non solū per annum uel per mēsem, sed etiā singulis diebus, si quis bene excoleret os suū. ¶ Primus fructus est Dei laudatio. ¶ Secundus est gratiarū actio: pretiositas uerō horum fructuum ex hoc manifesta est, quod caelestes arbores tales fructus ferūt. Ibi enim sonat gratiarum actio & uox laudis. Iuxta uerbum prophetae. Tercius fructus est oratio. Cuius fructus pretiositas manifesta est, ex hoc quod ab angelis in caelis defertur, unde Tobiae 12. dicit angelus: Quando orabas cū lacrymis, & sepeliebas mortuos, ego obtuli orationem tuam domino. Nō est uile xenium uel donū quod

à tantis nuntiis Deo praesentat. Ex uirtute etiam orationis manifesta est pretiositas huius fructus. De qua dicit Greg. Magna uirtus orationis quae effusa in terris celo operatur. ¶ Quartus fructus est confessio. Cuius fructus pretiositas patet ex hoc, quod Deus uult fructum istū semper ante se habere. unde in Psal. Cōfessio & pulchritudo in conspectu eius. Cōsueuerūt diuites quādo diuersi fructus portantur ante eos, illū retinere ante se, quē praeter ceteris amat. Ideo autē dominus amat confessionē, quia confessio efficit & custodit pulchritudinē. Pretiositas etiam huius fructus ex hoc patet, quod nullus Deo ad eō displicet, qui non placeat ei, si fructū humilis confessionis ei offerat, uel etiā offerre proponat. unde Psal. Dixi, cōfitebor aduersum me iniustitiam meā domino &c. Latro dū in cruce humilem cōfessionem Deo obtulit, à patibulo inferni se absoluit, & regnū aeternū meruit. ¶ Quintus fructus est modestia quae in hoc attenditur, ut homo modum ponat in uerbis suis, quo ad quantitatem, & ut loquatur qualia debet loqui, scilicet uera, & quae ad Dei uirtutem & proximi utilitatem, & ut loquatur qualiter debet loqui, scilicet nō clamose. Pretiositas huius fructus patet ex hoc, quod legitur Prou. 17. Qui moderat sermones suos prudentissimus est. ¶ Sextus fructus est abstinentia,

tia,

cuius fructus pretiositas patet ex hoc, quod tanta uirtus est abstinentiae, quod uitā hominis proleget. unde Ecc. 37. Qui abstinentens est, adiiciet uitam. Talis uirtus dicitur fuisse fructus arboris solis & lunae. De quibus legitur in historia Alexandri. Sacerdotes enim solis & lunae fructibus illis uelcētes, referuntur uixisse annis x l. absque laesione. ¶ Septimus fructus est, fraterna eruditio. Fructū istū specialiter ferre uoluit ipsum lignū uitae: scilicet ipse filius Dei. Mar. 1. Eamus in ciuitates & uicos proximos, ut ibi praedicem, ad hoc enim ueni. ¶ Octauus fructus est, fidelis reclamatio, quādo homo uidet iniurias inferri Deo uel proximo. Pretiositas uerō huius fructus manifesta est ex eius raritate. Pauci enim inueniuntur qui istum fructū habeant. Unde Prouer. 20. Multi misericordes uocantur: uirū autem fidelē quis inueniet? Videmus quotidiē fratres nostros à canibus dilacerari, & nō est qui reclamet. id est, à detractoribus. Imō, quod plus est, uidemus ipsum Deū à lusoribus crucifigi, & nō est, qui inde loquatur. Illi qui solo uerbo possent Dei has contumelias impedire, nō curāt de hoc loqui. ¶ Quartus stultitia otiosi est, quod ipse exponit se absque defensione hostibus suis. Otiosus est, sicut signū ad sagittā. Potest enim à daemonibus undiq; sagittari. Unde potest dicere illud Thre. 3. Teten-

dit arcum suum, & posuit me quasi signum ad sagittā. Occupatio uelut quidam clypeus est contra sagittas diaboli. unde Poeta: Otia si tollas, periere Cupidinis arcus. Est etiā otiosus uelut castrum absque muro. Unde Ezech. 38. Ascendā ad terrā sine muro. Verbum est diaboli, Veniā ad quiescētes habitantesque; securē. Homo uerō occupatus est uelut castrum bene clausum. unde Aug. Nō facile capitur à tēto- re, qui bono uacat exercitio. Homo otiosus non tantū uni hosti expositus est, sed etiā pluribus. Unde habetur in Vitis patrū, quod dixerūt seniores operantē monachum daemone uno pulsari, otiosum uerō innumeris spiritibus deuastari. ¶ Quinta stultitia est, quod cum ipse ualde pauper sit, & nihil lucretur, tā largē expendit res ualde pretiosas, scilicet tempus suū, & bona sua naturalia: unde in hoc negotio nihil est deterius otio, quod non solum nona nō acquirit, sed etiā parta cōsumit. ¶ Sexta stultitia otiosi est, quod ipse facit quasi receptaculum omnium sordium. unde Ber. Omnium tentanonū & cogitationum malarū & inutilium sentina est otium. In sentina sordes recipiuntur in nauibus marinis: Sic cor otiosi quasi omnes sordes recipit uitiorū. Licet autem otium origo possit esse omnium peccatorum, spiritualiter tamē occasio est istorū peccatorū, scilicet luxuria, uerbositate, nug-

R r 4 rum,

rum, & curiositatis, & superbia. De peccato luxuriæ habemus exemplum Dauid, qui dum occupatus fuit bellis, cōtinens fuit, postea uerò tēpore otii adulterium cōmisit: ut legitur 2. Reg. 11. Salomō etiā dum occupatus fuit circa templū & alia edificia, nō ita infatuus fuit in amore mulierū, ut postea quādo factus est otiosus. Poëta etiā dicit: *Quæritur Aegisthus quare sit factus adulter. In prōptu causa est, desidiosus erat. & Ezech. 16. Hæc fuit iniquitas Sodomæ fororis tuæ superbia, saturitas panis, abundantia & otii. De uerbositate & curiositate legitur 1. ad Tim. 5. Adolefcentiores uiduas deuota. Et subditur, Discūt enim circuire domos, non solū otiosæ, sed etiā uerbosæ, & curiosæ, loquētes quæ nō oportet. De nugis uerò dicit beatus Ber. Otiositas est mater nugarū, nouerca uirtutum. De superbia uerò dicitur in Psal. In labore hominū non sunt, & cū hominib. nō flagellabuntur: ideo tenent eos superbia. ¶ Septima stultitia otiosus est, q̄ ipse secū uult habere qui eum de malitia instruat: unde si sapiēs sit, nō faciet mala. Otiositas quāsi quædā magistra malitiæ est. unde Ecc. 33. Seruo maleuolo tortura & cōpedes: mitte eum in operationem ne uacet. Multam enim malitiam docuit otiositas. ¶ Octaua stultitia otiosus est, q̄ quum ipse sit submersus in profundo stultitiæ,*

sine malitia nō uult tamen porrigere manum ad laborē, licet aliter euadere non possit. Vnde Senec. A stultitia nemo emergit, nisi manū porrigat ad laborem. Homo otiosus, qui nō uult se occupare ut à peccato possit exire, tali stultitia laborat quæ laboraret ille, qui cecidisset in aquā profundā, & pigritaretur manum porrigere ad arborem sibi proximū: quū tamen aliter nō posset à naufragio liberari, occupatio bona lignū uitæ est, his qui apprehenderint eam. Et frustra laborat otiosus ad exeundum à peccatis, nisi se occupet. ¶ Nona stultitia otiosus est, q̄ ipse quiescit quādo laborandum esset, scilicet in præsentī: & ideo laborabit quādo esset quiescendum, scilicet in futuro. In quo similis est illi qui dicit Esa. 14. Se deo in monte testamēti, in lateribus aquilonis. Cui dicit beatus Bern. O impudēs & imprudens, milla milliū ministrant ei, & decies centena milliā assidebant ei, & tu sedere præsumis. Mundus iste locus laboris est. Vnde Iob 5. Homo nascitur ad laborem, & auis ad uolādū. Vnde dictum est ad Adam quando erat eiciendus à paradiso, & ponendus in terra ista: In sudore uultus tui uesceris pane tuo. ¶ Decima stultitia otiosus est, q̄ ipse uult Deum quodammodo præire, dū solus uult quiescere, & non laborare, cum dominus sex diebus operatus sit, & in se-

pumo

ptimo requieuerit. Vnde Gene. 2. Compleuitq; Deus die septimo opus suum, quod fecerat, & requieuit ab omni opere quod patrarat. ¶ Undecima stultitia otiosus est, q̄ ipse refugit illud, quod est iocūditas & sanitas tā animæ q̄ corporis, scilicet moderatum laborē. ¶ Duodecima stultitia otiosus est, q̄ ipse diligit illud unde Dei maledictionem incurrit, & inde in uniuersitatē uitiorum incidit. Ad primū pertinet, quod legitur Mathæi uicesimo primo de ficulnea, quam dominus maledixit, ideo quod esset sine fructu. Ad secundum pertinet illud uerbum Bernardi, Summa mentis malitia est, otium iners.

¶ *Quam reprehensibiles sint otiosi tempore gratiæ.*

SEQUITVR uidere quare potius reprehensibiles sint qui tempore gratiæ sunt otiosi: quam qui fuerūt ante otiosi. Quod patet ex hoc qd̄ legitur Matt. 20. Quid hic statis tota die otiosi? illos reprehendit paterfamiliās quos otiosos inuenit undecima hora. Per quos significantur illi qui sunt otiosi in tempore gratiæ. ¶ Et possunt super hoc quatuor causæ assignari. ¶ Prima causa est hæc, q̄ dominus dedit nobis formam iam laborādī & exemplum. Vnde ad Phil. 2. Exinaniuit semetipsum formā serui accipiens. Magna superbia esset, si uellet quiescere seruus, & quo laborat dominus. Vnde

Mathæi 10. Non est discipulus super magistrum, nec seruus super dominum suum. ¶ Secunda causa est, quia tempore gratiæ sumus serui emptiui: & ideo magis ad laborem tenemur. Vnde Apostolus 1. ad Corin. 6. Empti estis pretio magno. ¶ Tertia causa est, quia melior merces nobis promittit. Iudæis enim promittebat terra, nobis uerò promittitur cælū. Vnde Mat. 3. Penitentiam agite, appropinquauit enim regnū cælorum. ¶ Quarta causa est, quia estis spiritualibus, qui erāt in ueteri lege promitteretur regnū cælorum sub figura terræ promissionis, tamē illa multū illis differebatur. Nō em̄ acceperūt mercedē suā usq; post passionem Christi. Nimis erat sōga uia in paradysum, quādo oportebat ire per infernum: sed modo in momento uno lucratur aliquis paradysum, ut cū post uerū baptismū decedit, uel cum post tantā contritionē quæ sufficiat ad deletionem culpæ & poenæ. Vnde Ber. in persona ecclesiæ: Labor meus uix est unius horæ: & si amplius, præ amore nō sentio. Vnde Lu. 14. Misit dominus seruū suū hora cœnæ dicere inuitatis ut uenirent, quia iā parata sunt omnia. Hora cœnæ est tēpus gratiæ, in quo oīa sunt parata: quia nihil amplius necesse est ad hoc, q̄ aliquis ad æternam cœnam introducatur, nisi q̄ manus suas lauerit: id est, purgatus perfectē fuerit.

R r s ¶ Quod

¶ *Quòd tria sint attendenda circa occupationem.*

SE QVITVR uidere quid attendendum sit in occupatione quam aliquis eligit. Tria autem attendenda sunt circa eam, scilicet quod occupetur. Vnde Hieronymus: Semper aliquid boni facito, ut te diabolus inueniat occupatum. Et ut tedium remoueat, iuxta illud uerbum Senecæ, Occupatione bonarum artium occupandi sumus, quoties male habet inertia impatiens sui. Et ut utilitatem habeat. Pro uitando enim otio, otiosa sectari ridiculum est, ut dicitur Ber. Idem: Non tantummodo agendum est, ut cum aliqua delectatione uel sine grandi nausea dies transigatur: sed ut etiam de perfecta dieta ad perfectum mentis semper aliquid in conscientia residueat: aliquid in thesaurum cordis quotidie congeratur. Magis attendendum est etiam in occupatione, quod occupet animum, quam quod occupet corpus. Item secundum Ber. Meliora sunt exercitia spiritualia, quam corporalia. Et inter corporalia melius est, quod similitus est spiritualibus, ut scribere. Et notandum, quod quidam nolunt operari: quia hoc sibi dedecus reputant. Credunt enim honorabiliores burgenses esse illos qui nihil agunt, nisi quod comedunt & bibunt, & aliis deliciis intendunt. Sed eadem ratione porcos possunt præferre equis & cæteris animalibus, qui nihil

agunt, nisi quod comedunt & bibunt. Et in ueritate tales homines per porcos etiam significauerunt Matt. 3. ubi dicunt demones domino: Si eicis nos hinc, mitte nos in gregem porcorum. *De uitio dilationis. Et primo de dilatione conuersionis. CAP. V.*

Sequitur de uitio dilationis, quo uitio multum laborat genus humanum. unde Seneca: Nemo quicquam habet facti. In futurum enim nostra distulimus. Et nocet hoc uitium multum homini. Vnde uersus: Et nocet, & nocuit semper differre paratis. Item: Qui non est, hodie, cras minus apus erit. Duæ autem sunt species dilationis, quæ multum nocent hominibus: scilicet dilatio conuersionis, & dilatio confessionis, de quibus modo prosequemur. De prima legitur Ecclesiast. 5. Non tardes conuerti ad Dominum, & ne differas de die in diem. Subito enim ueniet ira illius, & in tempore uindictæ disperdet te. Et eundem 17. Ne demoreris in errore impiorum. & 21. Fili, peccasti, non adicias iterum: sed de pristinis deprecare Dominum, ut tibi dimittantur. Ad eandem dilationem potest ferri illud Esaiæ 28. Erit eis uerbum Domini, Manda remanda, manda remanda, expecta reexpecta, expecta reexpecta, modicum tibi, modicum tibi: ut uadant, & cadant retro

retrosum, & conterantur. Verbum Domini multis est occasio huiusmodi derisionis: multi enim quando admonentur de sua conuersione, respondent Domino, ad minus facio sic, Manda remanda &c. Hoc procurat diabolus, ut dum differunt uenire ad Deum, uadant ad infernum, & cadant retrosum, id est, improuise moriantur & conterantur, id est, irrecuperabiliter damnentur. Ad eandem dilationem pertinet illud uerbum Augustini loquentis ad Romanum, Non erat quod tibi responderet dicenti mihi, Surge & dormis: nisi uerba somnolenta & leta modo, ecce modo, sine paululum. Sed illud modo non habebat modum, & illud paululum ibat in longum. Item Augustinus de eadem dilatio: Differabam de die in diem uiuere in te, & non differabam in memetipso mori. Et illud Senecæ: Quidam tunc uiuere incipiunt, cum desinendum est. Quidam autem deserunt, antequam inciperent. Et illud Sophonix 2. Vox cantatis in fenestra, & coruus in superliminari. Dominus stat ad ostium domus peccatoris, & pulsat. Vñ Apoc. 3. Ecce ego sto ad ostium, & pulso: si quis audierit uocem meam, & aperuerit mihi ianuam, introibo ad illum.

¶ *De duobus que impediunt, ne Deus intret ad cor peccatoris. Et de repromissione eius qui differt conuerti.*

DVO uero sunt quæ impe-

diunt ne Dominus intret ad peccatorem. Primum est hoc, quod peccator habet oculos ad prospera & læta, cum potius deberet habere ad trista, scilicet pericula quæ sibi imminet. Vnde Eccl. 7. Cor sapientium ubi tristitia est, & cor stultorum ubi lætitia est. Et ista cogitatio dicitur in prædicto uerbo Sophonix 2. Vox cantatis in fenestra. Et impedit ne Dominus ad peccatorem intret. Exemplum habemus de hoc in ciuitate Ierusalém, quæ oculos habebat ad læta, unde gaudebat, cum fleret dominus pro ea. unde Luc. 19. Videns Iesus ciuitatem, fleuit super eam, dicens: Quia si cognouisses, & tu: & quidem in hac die tua, quæ ad pacem tibi. Secundum quod impedit ne Dominus intret ad peccatorem, est procrastinatio. Et ista procrastinatio est uelut coruus in superliminari, dicens domino pullanti ad ostium, Cras, cras. Prouenit autem ista procrastinatio ex hoc, quod peccator repromittit sibi longam uitam. Vnde Ecc. 29. Repromissio nequissima multos perdidit. Repromissio qua peccator sibi repromittit longam uitam, non solum nequam est, sed etiam nequior, & nequissima. Nequã est ideo, quæ sibi usurpat peccator hoc quod proprium Dei est, scilicet de futuro tempore disponere. unde Act. 1. Non est uestrum nosse tempora uel momenta, quæ pater possit in sua potestate. Et Bernardus

dus dicit ei qui de futuro tempore disponendo præsumit: Quid de futuro miser tā temerariē disponere præsumis, tanquam pater tempora & momenta in tua, & nō magis in sua posuerit potestate? Nequior uerō est repromissio ista: quia cū tēpus infiniti ualoris sibi à Domino datū fatuē expēderit, adhuc tamē præsumit quōd Deus multum tēporis sibi sit daturus. Tali fatuitate laborās qua laboraret ille qui thesaurum magnum sibi à patre deditū ad negotiandum fatuē expendisset, & adhuc largē expendere uellet, dicens: Bene possum expendere, pater meus satis adhuc mihi dabit. Cui responderi posset: Verū est: quia ita bene custodisti quę tibi iam dedit. Tales deberent aduertere hoc quōd Dominus tēpore Noë recidit de tēpore pœnitentię hominibus promisso, secūdū Strabū uiginti annos, eō quod uidebat quōd homines pœnitere nolebant. Si uerō Dominus tempus promissum nolētibus pœnitere abstulit: quid faciet de his, quibus nullum tempus promissū? Nequissima uerō est repromissio ista: quia talis non tantum tempus sibi datum perdidit, imō etiam in cōtumentiam ipsius largitoris expendit, & futurum tempus in contumentiam eius expēdere disponit. Quia frōte ergo præsumit quōd Deus qui ista nouit, debeat sibi longā uitam dare? Ad hęc dilationem

potest etiam referri quod legitur Prouerb. 3. Ne dicas amico tuo, Vade, & cras reuertere, cū statim possis dare.

¶ De octo qua mouere deberent ad accelerationem conuersionis.

O C T O uerō sunt quę deberēt hominē mouere ad accelerandam cōuersionem. ¶ Primū est, mortis incertitudo. Vnde Luca 12. Estote parati, quia qua hora nō putatis, Filius hominis ueniet. Et Matth. 19. Veniet dominus serui illius in die qua non sperat, & hora qua ignorat. Et iterū Luc. 12. dicitur illi qui dicebat animę suę: Anima mea, multa bona habes reposita in annos plurimos, requiesce, comedere &c. Stulte, hac nocte reptent animam tuam à te: quę autem parasti, cuius erūt? Et Ecclesiast. 9. Nescit homo finē suum: sed sicut pisces hamo, & sicut aues comprehenduntur laqueo: sic capiuntur homines in tempore malo. Et Sene. Nescis quo loco te mors expectet: ideo tu eā omni loco expecta. Quum nesciat homo quo loco mors debeat ei occurrere, nesciat homo quo loco eā magis debeat expectare, in omni loco expectanda est. Vnde Sene. Iuuenes mortē habēt à tergo: senes ante oculos. Licet illud non uideatur quod à tergo est, nihilominus tamen nocere potest, & etiam amplius quā quod est ante oculos. Sic mors iuuenibus timenda esset: ut senibus, licet illi non aduertant,

tū. Et hoc est unum quod multum deberet homines mouere ad accelerationem cōuersionis, quōd tot homines defuncti sunt qui bene proponebant se quādoque facturos pœnitentiā, & preoccupati morte nō fecerūt, nec de cætero unquam facient. Nimius est thesaurus quē fatuus homo tanto discrimini subiicit, dum differt cōuersionem suam. ¶ Secūdo deberet homines mouere ad accelerationem cōuersionis multiplex bonum quod prouenit inde. De quo bono legitur Thren. 3. Bonum est uiro quum portauerit iugum Domini ab adolescentia sua.

¶ De octo bonis qua sequuntur accelerationem conuersionis.

O C T O uerō bona sunt quę sequuntur ex hac acceleratione. ¶ Primum est, quōd bonitas altius & profundius insigitur, eō quōd inuenit subiectum magis tenerum. unde uersus: Quo semel est imbuta recens, seruabit odore Testa diu. ¶ Secūdū est, quōd homini iocundū est bene uiuere, unde Sapiens: Optima forma uiuendi eligēda est, quā iocundā reddet assuetudo. Ante assuetudinem molestum est equis ambulare, adeo ut oporteat uincula poni in pedibus eorum: postquā uerō consueti fuerint, facile est eis. Similiter pueris in principio molestū est ad discere, adeo quōd uerberibus oporteat eos ad hoc compelli: postquā uerō cōsueuerint, amō

re literarum patriam suā relinquunt, & multas paupertates & molestias sustinent, ut addiscere possint. Sic bene uiuere quod primo hominem molestat, per assuetudinem fit homini iocundum. ¶ Tertium bonū est, quōd homo securē uiuit. Vnde Seneca. Pulchrum est ante mortem cōsummare uia, deinde expectare securē reliquam temporis partem. De hac securitate legitur Prou. 17. Secura mens quasi iuge conuiuū. ¶ Quartum bonū est, quōd homo Deo diutius seruit & diutius bene uiuit. Vnde August. Quid differs in crastinum? Longa uita bona erit, si ipsa uita sit. Vtique si longa erit, melius bona erit. In ueritate quāto habiturus es longiorem uitā, tanto amplius desiderare debes ut bona sit. Sicut aliquis quāto amplius habet de uino, tanto amplius desiderare debet ut bonū habeat, & amplius displicet sibi si corrūpatur. ¶ Quintū bonum est, quod gratius est seruitiū eorum Deo qui cito ad eū cōuertitur. Illi enim de puro & optimo uitę suę, & quasi de flore & uigore Deo offerunt: qui autē tardē uolūt conuerti, quasi fęces Deo referuāt. Qui timere possunt ne de facibus calicis irę Domini bibant: iuxta illud Psal. Fex eius nō est exinanita, bibēt oēs peccatores terrę. Isti de uita sua primo offerunt quod pulchrius est & melius in ea diabolo uel mūdo, tāquā domino: reliquias uerō

nd uolunt Domino offerre, illud scilicet de quo mundus non curat: cum tamen ea optima & electa debeant esse. Vnde Ecclesiast. 13. Fili si habes, benefac tecum, & dignas Deo oblationes offer. Et in libro Numerorum 18. Omnia quae offertis de decimis, & in donario Domini separabitis, optima & electa erunt. De illo qui quod deterius est, Deo offert, dicit Dominus Malach. 1. Offer illud duci tuo si placuerit ei, ac susceperit faciem tuam, dicit dominus exercituum. Et iterum ibidem: Maledictus qui habet in grege suo masculum, & uotum faciens immolat debile Domino, qui rex magnus est, dicit Dominus exercituum. Praecipue placet Deo seruitium iuuenum. Vnde Dominus Matth. 19. Sinite paruulos uenire ad me, & nolite prohibere eos. Et 21. Nunquam legistis: quia ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem? Sextum bonum est, quod homo moritur certus certitudine spei de salute sua. Ecce contrario incertus moritur, qui in fine poenitet. Vnde Augustin. Si quis postus in ultima necessitate uoluerit accipere poenitentiam, & accipit, & hinc uadit, fateor uobis non ei negamus quod petit, sed non praesumimus. Poenitentiam dare possumus, securitatem uero non. Non dico danabitur, sed nec dico liberabitur. Vis ergo a dubio liberari? Age poenitentiam, dum sa-

nus es. Si sic agis, ego dico tibi quod es securus: quia poenitentiam egisti eo tempore quo peccare potuisti. Si uis agere poenitentiam quando peccare non potes, peccata te dimiserunt, non tu illa. Item Augustinus: Duae res sunt, aut ignoscitur, aut non ignoscitur: quid horum futurum sit tibi, nescio: tene certum, & dimitte incertum. Septimum bonum est, quod ignis purgatorii euitatur. Licet ille qui tarde conuertitur, saluetur: sic tamen saluus erit quasi per ignem, 1. ad Corinthios 3. Octauum bonum est, quod maius praemium recipit. Habet enim Deus unde melius remuneret eos qui sibi diutius seruiuerunt. Et licet saluetur qui tarde conuertitur, si uerè, sicut ille qui cito conuertitur: tamen in domo Patris caelestis mansiones multae sunt.

De periculis mala consuetudinis.

TERTIO deberet homines mouere ad accelerationem conuersionis magnum periculum malae consuetudinis. Quod periculum manifestari potest ex diuersis testimoniis scripturarum quae subiungentur. Legitur Iob 20. Ossa eius implentur uitiis adolescentiae eius, & cum eo in puluere dormient. Vitia adolescentiae si homo in his perseueret, sunt similia guttae quae ossa subintrat quae uix curatur. unde talia uicia non relinquunt hominem dum uiuit. unde Prover.

Prover

Proverbiū est, Adolefcens iuxta uiam suam, etiā cum senuerit, non recedet ab ea. Vnde narrat historia Graecorum, quod Alexander Magnus carere non potuit moribus & incesso Leonidis pedagoga sui, & uitiis quibus paruus fuerat infectus. Et Iere. 13. Si mutare potest Aethiops pelle suam, aut pardus uarietates suas, & uos poteritis bene facere, dum didiceritis malū. A medicis etiā dicitur quod consuetudo sit altera natura. De natura autē dictum est, Naturā expellas furca tamē usque recurret. Et secū dū Aug. Dū consuetudini non resistitur, sit necessitas. Quātum sit periculū malae consuetudinis, ostēdit nobis glossa super Matt. 26. ubi Petrus in prima negatiōe dicit, Nescio quid dicis. In secūda cū iuramento negat. In tertia detestatur, & iurat quod non nouerit hominē. Personae in peccato, ut dicit glossa, dat incrementū scelerū: & qui minima spernit, cadit in maiora. Ad ostēdēdū etiā pericula malae consuetudinis, ualere possunt quae de Lazaro leguntur Ioa. 11. Lazarus enim figurā tenet eorū qui sunt in peccato malae consuetudinis: de quo dicit Martha, Domine, iam foetet. Lapis etiā erat superpositus. Ligatus etiā erat manus & pedes infixis, & facies eius erat uelata sudario. Et ista quatuor spiritualiter reperiuntur in homine, qui est in peccato malae consuetudinis. Natura enim ipsius quasi corrupta

est. adeo ut ei sapiat quae debuerunt ei desipere, & ea desipiant quae debuerunt ei sapere. Vnde foetidi sunt corā Deo & angelis eius, sicut corpora corrupta hominibus foetent. Vnde in Psal. Corrupti sunt, & abominabiles facti sunt in iniquitatibus suis. Nimis tardē adhibetur sal uel myrrha poenitentiae hominibus, qui in peccatis consueti sunt: sicut carnes tardē sale conduntur, quae iam scaturiūt uermibus. Homo etiā qui est in peccato malae consuetudinis habet uelut magnum lapidē supra seipsum positū, scilicet ipsam malā consuetudinē. Vnde super Ioa. 11. dicit glossa, quod Dominus fremuit, lacrymatus est, & clamauit: quia difficile surgit quae moles malae consuetudinis premit. Homo qui in peccato malae consuetudinis est, similis est illi qui in puteū cecidit: super cuius os magnus lapis est positus. unde in Psal. Non demergat te pestas aquae, neque absorbeat te profundū, neque urgeat super te puteus os suū. Te pestas aquae hominē demergit in consensu peccati mortalis. Profundū absorbet quū peccatū peccato additur. Puteus urget os suū, quādo homo in seruitutē malae consuetudinis redigitur. Manus uerō & pedes habet talis ligatos infixis, propter magnā difficultatē ad bene operandū quae in eo est. Vnde Aug. Ligatus erā, non ferro alieno, sed mea ferrea uoluntate. Faciē etiā

habet

habet uelata sudario , q̄a ex hoc quod diu in tenebris peccatorū fuit , spirituale uisum amisit . Homo peccatis affuetus , est uelut equus effrenis qui est in cursu , nec de facili potest retineri , unde iere . 8 . Nullus est qui penitentiā agat sup peccato suo , dicens : Quid feci : sed oēs conuersi sunt ad cursum suū , quasi equus impetu uadēs ad praeliū . In quanto periculo sit talis homo , ostēditur Psal . 34 . Viā illorū tenebræ & lubricū : & angelus Dñi persequēs eos . Mirū est si nō cadat , qui per uia tenebrosā & precipitē & lubricā uadit , & incessanter impellitur à forti tēratore , cum ipse sit debilis . Verē potest dicere illud , Dñe , uim patior . Et trahi uidetur ab ipsa cōsuetudine ad interitum . unde Prou . 24 . Et qui trahitur ad interitū , liberare ne cessēs . Peccatū ante cōsuetudinē est ut funiculus , imō ut filiū stupeū respectu status , in quo est post cōsuetudinē . unde Esa . 5 . Vē qui trahitis iniquitatē in funiculis uanitatis , & quasi uinculum plaustrī peccatū . Peccatum cōsuetudinis est uelut uinculū plaustrī , quod decē boues , id est , decē prædicatores , uix rūpere possunt . Vnde dicit glo . super illū locū , Meritō iniquitas in funiculis uanitatis trahitur : q̄a peccata peccatis cōnectuntur , & inania sunt ut fila aranearū . Sed si exire uolumus , tāquā uinculis soli dissimis tene mur . Peccatū etiā cōsuetudinis

est uelut lāguor inueteratus , qui difficile curatur . unde Ecclesiast . 10 . Lāguor plixior grauat medicum , sed breuem languorem præcidit medicus . Item Ecclesia . 18 . Ante lāguorem adhibe medicinam . Et Sene . Minus negotii haberet medicus , si ad recēs uulnus aut uitum adhiberetur : sequerentur teneri & rudes tēta monstrantē . Nemo difficulter ad naturā reducitur , nisi qui ab illa defecerit . & Matt . 9 . legitur , quod discipuli nō poterūt expellere malignum spiritum à quodā in quo fuerat ab infantia . & Basilius Magnus dicit , q̄ sicut nō potest aliquis dediscere maternam linguā : sic uix longam peccati cōsuetudinē . Tāta est uis cōsuetudinis , ut quod homo consueuit facere uigilās , quandoq̄ facit dormiēs : & quādo consueuit facere uiuens , interdū faciat moriēs : unde refertur de quodam medico , cui debebātur XIII . librę ad tres annos soluēdæ , quod quum laboraret in extremis , & admoneretur , ut cōfiteretur , & Eucharistiam sumeret , nihil aliud ab eo poterāt extrahere nisi XI I I . libras ad tres annos soluendas . Et sic loquens expirauit .

¶ *De conuersione dilata . Et de XII . que faciunt ad hoc quod conuersio dilata sit difficilior .*

¶ *Q̄uarta debet mone re homines ad accelerationem cōuersionis hoc , quod cōuersio dil*

dilata difficilior est , accelerata uerō facilior . Vnde Beda super Lucam : Diabolus quāto diutius possidet , tanto difficilior dimittit . Et iterū : Quanto citius , tanto facilius diaboli dominiū euitatur . Sicut optimus modus occidendi serpentē materialē est per contritiōē capitis : sic optimus modus uincendi serpentē infernale est per cōtritiōē capitis ipsius . Tunc caput eius conteritur , cum in principio confictus ipse deuincitur . Vnde dominus dicit ad serpentē de muliere , Ipsa conteret caput tuū . & Hiero . Lubricus est antiquus serpens , & nisi capite teneatur , statim illabitur . & Eccl . 25 . Nō est caput nequius super caput colubri . & Cantic . 2 . lubet dominus capi utipeculas . & 1 . Regū 17 . legitur Dauid percussisse Gohā in frōte , & sic eum interfecisse . In fronte diabolus percutit , qui in principio uitæ suæ eum deuincit . Sed uelut in calcaneo uult eū percutere , qui in fine uitæ suæ quærit eum uincere . Pharao autē populum Iudeorū in morte primogenitorū dimisit : ut legitur Exodi 2 . per alias plagas non dimisit eum : nec diabolus populū Christianū perfectē dimittet , donec ecclesia studeat correctioni paruulorū , & labore ad interficiendū peccata , dum recentia sunt .

¶ *Duodecim uerō sunt que faciunt ad hoc quod conuersio dilata sit difficilior .*

¶ *PRIMUM est induratio . Pue*

rilis enim ætas tenera est , & susceptibilis impressiois : senilis uerō dura est . Vnde Ecclesia . 30 . Curua cervicē filii tui in iuuetute , & tunde latera eius dum infans est , ne fortē induret , & ne credat tibi . Virgula dum tenera est , potest ad rectitudinē adduci , si curua est . Trabē uerō postquā desiccata est , si curua sit , impossibile est ad rectitudinē reduci . Sic paruuli corrigi possent , si diligentia debita adhiberetur . De senibus uerō in malitia sua induratis non multum sperandum est . Omnis malus animus priusquā indurescat , malitia eius moliri potest : sed postquā indurauerit , desperandum : id est , non multum sperandum . ¶ *Secundum faciēs ad difficultatē conuersionis est hoc , quod contrariū gratiæ Dei iam occupauit hominē : ideo Dei gratia difficilior in eo recipitur , sicut materia quæ habet aquā difficilior accipit ignē , quia ignem inuenit ibi quod sibi repugnet , sicut est manifestū in candela madefacta . De facili capitur castrū in quo nullus repugnat , & de facili uestis rectam formā suscipit , quæ nondū uitiam suscepit . In paruulis uitia nondum sunt : uel si sunt , parua sunt . Ideo de facili possunt extirpari . Ideo dicitur in Psal . Beatus qui tenebit & allidet paruulos suos ad petrā . ¶ Tertio facit ad hanc difficultatem hoc , quod ille qui diu distulit conuerti distipauit in se bona naturæ . Virtus*

tes enim naturales quas habebat in pueritia, amisit: scilicet uirginitatem, innocentiam, humilitatem. Propter quas uirtutes dicit dominus Matt. 19. Sinite paruulos uenire ad me, & nolite prohibere. Talium enim est regnum cælorum. scilicet illorum qui habent per gratiam, ea quæ habent paruuli per naturam. Facilius est aliquem ditari quantum ad diuitias huius seculi, qui habet multa bona sibi dimissa à parètib; quam illi qui bona paterna iam consumpsit. Sic paruulus qui bona naturæ habet, facilius ditari potest diuitiis spiritualibus, quam ille qui peccando bona naturæ consumpsit. ¶ Quarto facit ad difficultatē hanc hoc, quod ille qui differt cōuerti, habet uas minus idoneū, cui dominus libenter infundat balsamū gratiæ suæ. Verisimile enim est, quod uas cordis quod diutius immunditiam peccati cōtinuit, ad gratiā suscipiendam minus sit idoneū. Nihil libenter infundit balsamum uasi quod diu continuit lutum. ¶ Quinto facit ad difficultatem istam hoc, quod quanto aliquis diutius in peccato manet, tanto amplius oneratur peccatis: quia peccatū quod per pœnitentiam nō diluitur, suo pōdere ad aliud trahit. Vnde onus & pœnæ, & culpa crescit in peccatore: & ideo minus semper potest surgere à peccato, præcipue cum ipse semper debilior fiat. Et hoc est unū, unde multū apparet, quam stulti

sunt illi qui differunt cōuerti. Ille enim qui nō potest leuare onus peccatorum quando minus est, quomodo leuabit illud quando maius erit? Vnde legitur in uitis patrum, quod beatus Arsenius, qui habitauit in eremo Scythiæ, tale uidit uisionē. Venit ad eum uox, dicens: Egredere, & ostendā tibi opera hominū: & egressus uidit Aethiopē nigrū cum securi cadentē ligna, & facientē gradem sarcinā, & tētabat leuare eam, & præ magnitudine nō poterat: & iterum cædebat alia ligna, & addebat sarcinā. Expo sunt ergo ei hanc uisionē, dicens: Qui cædebat ligna, & adhuc super sarcinā addebat, homo est, qui est oneratus multis peccatis, & semper addit alia peccata, quō oportet ea deponere & demere. Tali fatuitate laborat qui differt agere pœnitentiā usque ad senectutē, quasi laboraret ille qui haberet quatuor iumēta & onera eis sufficiētia, & imponeret onera quatuor iumētorū debiliori ex illis. Sic homines senio, quod est debilissima pars uitæ hominis, totum onus uitæ uolūt imponere. ¶ Sexto facit ad difficultatē conuersionis hoc, quod quanto aliquis in peccato diutius moratur, tanto amplius à Deo elongatur. Non est uerisimile, quod ille qui non cessat se elongare à Deo, per x. annos posset de facili in octo uel quindecim diebus in quibus durat infirmitas, ad Deū redire. Licet hoc pōsit accide-

re,

re, & interdum accidat quando uetus Spiritu sancti placuerit afflare alicui. Sed raro accidit, ideo scriptum est: Qui elongant se à te, peribunt. Et Esa. 55. Inuocate eum, dum prope est. Solet dici quod tantū est à sancto Dionysio usque ad urbem Parisiensem, quantum ab urbe Parisiensi usque ad sanctum Dionysium. Sic qui longo tempore se à Deo elongauit, nō nisi longo tempore ad Deū redit, nisi Deus ualde magnā gratiam ei facere uoluerit. ¶ Septimo facit ad difficultatē conuersionis hoc, quod homo circa mortē multa habet impedimenta: scilicet infirmitatē & sollicitudinem de dispositione domus suæ, quæ non permittunt hominē cogitare de anima sua. Vnde Hierony. Dum infirmitate opprimeris, nihil aliud potes cogitare, quam sentis. & Aug. Mors urget, peccata terrent, uxor & filii quos amauit ad se uocant. ¶ Octauo difficile conuertitur talis: quia iustum est, ut à Deo cōtempnatur moriens ille qui eum cōtempnit uiuēs. Vnde Esa. 33. Væ qui spernis, nōne & ipse sperneris: & Ioan. Chrysostom. Hac animaduersione percutitur impius, ut moriēs obliuiscatur sui, qui dum uiuierit oblitus est Dei. ¶ Nono difficile conuertitur homo, qui differt conuerti usque ad mortem: quia tunc magis diabolus impugnat hominem sciens, quia si tunc hominē amiserit, de cætero eum nō recuperabit. Vnde

Gen. 3. dicitur serpenti: Tu insidiaberis calcaneo eius. In calcaneo, qui est extrema pars hominis, intelligitur finis uitæ, cui diabolus maxime insidiatur. Tunc enim summum studium & laborem apponit, ut hominē deuincat. Interdum x. annis prouidet diabolus ante mortem, unde hominem in morte detineat. Faciet enim hominē aliquid iniuste acquirere, quod in morte nō uult restituere. Vnde magna est fatuitas eorum qui ita præsumunt, quod in morte cōuertantur, & quod tunc diabolus deuincant, quādo ipse melius præparatus est ad prælium. Similes uidentur esse illi qui ludens ad schachos & parū de ludo sciens cogitaret apud se, ego permittā mihi familiam auferri, deinde in fine mactabo illum cum quo ludo in angulo, cum tamen sciret illum cum quo ludit peritissimū esse lusorē. Velut imperitus lusor est peccator, qui semper in tentationibus succumbit, qui familiam uirtutū amisit. Velut peritissimus lusor est diabolus, qui ab initio mundi exercitatus est in ludo tentationum. Qua præsumptione ergo confidit peccator, quod in angulo debeat eum mactare, idem in fine uitæ suæ uincere, præcipue cum sine Deo nihil possit facere, & Dei auxilio adeo indignū se fecerit, ut non solum non sit dignus à Deo adiuuari, sed irrideri. Vnde Prou. 1. Vocauit, & renuistis, & subiungit

tur: Ego quoque in interitu uestro ridebo. ¶ Decimum faciens ad hoc, quod ille cum difficultate conuertatur qui cōstueuit peccare, est amaritudo quam inuenit cum attētat bonū operari: ex diuturna enim infirmitate in qua fuit amaritudinē inuenit, ubi debuit inuenire dulcedinē. Vnde Augu. Palato ægro pœna est panis, qui sano est suauis. Et oculis ægris odiosa est lux, quæ sanis est amabilis. Inuenta autē amaritudine in bono opere quod attentat, statim dimittit illud peccator ad modū simiæ, quæ gustata exteriori amaritudine nucis, tam citō eam proicit, & ideo ad dulcedinē nuclei non peruenit. Sic peccator ad dulcedinem præmii uel spiritaliū consolationū nō peruenit, quia dimittit bene operari, quādo inuenit aliquā difficultatem in bono opere. Amaritudo ista significata est per amaritudinē illarū aquarum quas inuenerunt filii Israël de Aegypto reuertentes, ut legitur Exod. 15. quæ dulcoratæ fuerunt, cum lignum misissent in eas. In quo ligno significata est memoria Dominicæ crucis, quæ ualet ad dulcorandum pœnitentibus amaritudinē quam sustinēt: iuxta illud Greg. Si passio domini ad memoriā reuocetur, nihil adeo durū quod nō æquo animo tolleretur. Propter difficultatē quā habet aliquis in bono opere post peccatum, dictum est Heuæ postquam peccauerat, Gen. 3. In

dolore paries. ¶ Undecimū faciens ad difficultatē conuersionis est tristitia quā inuenit peccator, quādo cogitat se separari à uita in qua diu fuit. Et hæc est causa quare ista memoria mortis amara est diuitibus, quia nō possunt sustinere etiam qd cogitēt se separari à diuitiis quas amauerūt. Vnde Eccl. 41. O mors, q̄ amara est memoria tua homini iniusto, & pacē habēti in substantiis suis. ¶ Duodecimū faciens ad difficultatē conuersionis, est quidam magnus timor, qui est in peccatore de inexperiētia bonæ uitæ: quia omnis peccator ad modū Cain habet caput tremulū, trepidans ubi timendū nō esset. Credit enim q̄ mori debeat, si Deo seruiat: iuxta illud Prouerb. 22. Dicit piger: Leo est foris, in medio platearum occidendus sum. ¶ Quod ille qui differt conuerti sit iniquus in Deum.

Q V I N T O debet mouere hominē ad accelerationē conuersionis hoc, q̄ ille qui differt conuerti, iniquus est in Deū, in angelū, in seipsum, in proximū, & etiā in inferiores creaturas. ¶ In Deum sex modis iniquē agit. ¶ Primo, quia quasi apponit fel in escā eius: iuxta illud Psal. Dederunt in escā meam fel. Velut esca domini est bonū opus: quia in eo dominus delectatur: iuxta illud Cantic. 2. Qui pascitur inter lilia: id est, inter mūda opera. Escæ ergo domini apponit fel, qui bonis operibus quæ agit

amarit

amaritudinem peccati admiscet. Valde peruersus esset coquus alienius principis, si in esca domini sui absynthiū poneret. ¶ Secūdo iniquē agit in Deū, quia illud offert ante oculos eius quod maximē Deo displicet: scilicet peccatū. Quod peccatū maximē displicet Deo, ostensum est in principio tractatus. ¶ Tertio iniquē agit in Deū: quia cōtēnit eū se misericorditer uocātē, & æterno regno uolētē pacē eius emere, cum ipse meruerit mortem æternā. Vnde Esa. 31. Audiēt aures tuæ uerbū post tergū monētis, scilicet domini. Et ad Rom. 2. An diuitias bonitatis Dei, & patientiæ, & longanimitatis cōtēnis? Greg. Debemus Dei misericordiā saltē erubescere: si nolumus eius iustitiā formidare, qui tanto ampliori improbitate cōtēnitur, quāto cōtēptus uocare nō dignatur. ¶ Quarto iniquē agit in Deū: quia Deum qui eū expectat ut pius pater, quantū in se est affigit tarditate sua. Ad quod possumus referre illud Tob. 9. Scis quoniā dies cōputat pater meus, & si tardauero una die plus, cōtribabitur anima eius: uerba sunt minoris Tobæ ad angelum. ¶ Quinto iniquē agit in Deum: quia deteriorē partem uitæ suæ Deo reseruat, meliorē partē diabolo immolans. ¶ Sexto iniquē agit in Deū: quia ex misericordia Dei iram sibi prouocat: & ex hoc unde debuit sumere occasionē domino seruendū, sumit

occasionē Deum impugnandū. Ex eo enim quod sperat, quod Deus eum misericorditer debeat expectare, proponit diutius eum offendere. Vnde Apostolus ad Rom. 2. Ignoras quoniā bonitas Dei ad pœnitentiā te adduxit: secundū autem duritiam tuā, & cor impœnitēs, thesaurizas tibi iram in die iræ, & reuelationis iusti iudicii Dei. Talis de bonitate domini malitiā colligit.

¶ Quomodo differens conuerti sit iniquus in angelum.

I N angelū etiā peccat tripliciter. ¶ Primo, quia quantū in se est eum affigit, in expectatione gaudii de conuersione ipsius, ut dicitur Prou. 13. Spes enim quæ differtur, affligit animā. De gaudio uerō, legitur Luc. 15. Gaudiū est angelis Dei super uno peccatore pœnitentiā agētē, &c. ¶ Secundo, quia frustratur angelus fructu laboris sui, cum peccator cui deputatus est ad custodiā ad eius admonitionē se non corrigat. ¶ Tertio uerō quia angelo sibi deputato reuerentiā debitam nō exhibet, dum ante eum abominations suas cōmittere non ueretur, uel in ipsis iam cōmissis manere. Cōtra quod dixit Bern. Quouis angulo, quouis diuersorio reuerentiā habe angelo tuo. Nec audeas illo præsentē facere, qd me uidēte nō auderes.

¶ Quomodo differens conuerti sit iniquus in seipsum.

I N I Q V E etiā agit in seipsum, dum se potius nult habere ma-

lum quam bonum, infirmum quam sanum, mortuum quam uiuum, seruum pessimum: quam liberum, in statu latronis quam in statu regis, nihil habentem quam omnium bonorum ecclesie participem, inutilem quam multum ualentem. Quod ille qui differt conuerti potius amet se malum quam bonum, manifestum est ex hoc; quod nullis admonitionibus malitiam uult relinquere, & bonitatem recipere, in quo se ipsum uiliorem habet omnibus rebus suis. Omnes enim res suas potius uult habere bonas quam malas. Vnde Augustinus dicit ei qui talis est, Bona uis habere, & malus uis esse. Quod talis malet se infirmum quam sanum, patet ex hoc, quod peccatum mortale infirmitas est ad mortem. Quod etiam potius se amet mortuum quam uiuum, patet ex hoc uerbo Augustini prius posito: Differere, inquit, uiuere in te, & non differere in memetipso mori. Quod etiam talis potius se amet seruum quam liberum, patet ex hoc, quod peccatum est pessimum seruitus. Vnde qui facit peccatum, est seruus peccati. *Ber.* An non seruus cui dominatur iniquitas? Ita, & maxime nisi indignus forte iudicet hominem tibi quam uitium dominari. In statu etiam latronis plus se amat quam in statu regis: quia qui est in peccato mortali, ad modum latronis adiudicatus est partibus inferni: qui uero est in statu gratie, ad regnum eternum inunctus est. Item qui est in mortali, nihil habet, imo

etiam nihil est: iuxta illud 1. ad Cor. 13. Si habuero omnem fidem ita ut montes transferam, charitatem autem non habeam, nihil sum. Qui uero est in statu gratie, particeps est omnium bonorum ecclesie: unde Dauid: Particeps sum ego omnium timendum te. Itē qui in mortali est, inutilis est. Vnde Psal. Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt. Qui uero in statu gratie est, multum ualoris est. unde Eccl. 16. Melior est timens Deum, quam mille filii impii. *¶ Quod differens conuerti sit iniquus in proximum.*

IN proximum etiam iniquus agit qui differt conuerti, tripliciter. *¶ Primo*, quia corrumpit eum suo malo exemplo. unde Matt. 18. Si peccauerit in te frater tuus &c. dicitur aliquis peccare in eum, quo sciente peccat: quia eum suo malo exemplo corrumpit. *¶ Secundo*, peccat talis in proximum quia debito auxilio eum defraudat. Cum deberet eum inuere in pugna contra diabolum, ipse potius nocet ei. Magna iniquitas est socium suum in bello deserere, & ad patrem inimicorum se uerte re. Eccl. 4. Melius est duos esse simul quam unum. Habent enim emolumentum societatis suae. Si unus ceciderit, ab altero succiuntur. *¶ Tertio*, iniquus agit in proximum, quia peccato ipsius sepe puniatur proximus. unde legitur Iob sue 7. quod propter peccatum Achor populus Israel punitus sit. Terga enim uerterunt hostibus suis, &

xxxvi.

xxxvi. ex eis corruerunt.

¶ Quomodo differens conuerti sit iniquus in inferiores creaturas.

IN creaturas irrationabiles peccat ille qui differt conuerti, quia propter peccatum hominis creaturae irrationabiles quodam modo puniuntur. Vnde possent conueniri de homine in die iudicii. Sol possent dicere, Ego propter hominis peccatum claritate meam amisi. Irrationabilia enim animalia possent dicere si facundia haberent loquendi, Nos propter ipsum in diluio periuimus. Terra etiam possent dicere, Ego propter ipsum maledicta fui, & spinas & tribulos gerinaui. *¶ Sexto* deberet mouere homines ad accelerationem conuersionis hoc, quod difficile est aliquem uere conuerti. Vnde Gregorius: Plures inueni innocentiam baptismalem seruasse, quam ueram penitentiam egisse. Propter hanc difficultatem securum est, ut homo cito conuertatur, & frequenter doleat de peccatis suis, & frequenter confiteatur illa, si forte una inter multas confessiones inueniat placens Deo. Non enim prima uice qua homo citharizat uel uiellat, bene scit citharizare uel uiellare, ut idoneus sit coram rege opus illud exercere, & dignus sit stipendio: Ita nec prima uice qua aliquis confitetur, inter dum bene confitetur: imo pauci sunt qui non faciant sibi perizomata, ut leguntur fecisse parietes nostri, Genes. 3. Excusant enim

homines peccata sua. Ideo dicitur ad animam peccatricem, Esa. 23. Sume citharam, circui ciuitatem meretrix obliuioni tradita: bene cane, frequenter canticum, ut memoria tui sit. Cithara ista confessio est, qua sumpta, circumeunda est ciuitas anime, ut homo omnia peccata sua confiteatur. Et oportet bene cantare, quia confitendo coram rege calescit cantatur. Et catus ille, si homo bene ceter, ceteri regi regno remuneratur.

¶ Quod peccator sit in periculo statu.

SEPTIMO deberet mouere hominem ad accelerationem conuersionis hoc, quod status peccatoris est ualde periculosus. Vnde Genes. 3. legitur quod seruissse dominum ab Adā cum peccasset, ubi esset: ad significandum quod confidens ratio periculosi status in quo est peccator, possit & debeat mouere eum ad deserendum peccatum. *¶ In* quanto autem periculo sit peccator, ostendi potest multipliciter. *¶ Primo*, ex hoc, quod iustitia Dei tenet gladium euaginatū super caput eius: qui secet eum medium, animam a corpore separando, & meliorem partem, scilicet animam, in igne inferni ponet. Sed misericordia Dei gladium illum aliquantulum detinet, si forte peccator penitentiam agere uelit. Ad gladium istum possumus referre quod legitur Iob 19. Fugite a facie gladii: quia ultor iniquitatum gladius, & scitote esse iudicium. Ad idem potest

Ss 4 refer

referrī quod legitur Ioannis 3. Qui incredulus est Filio, non uidebit uitā: sed ira Dei manet super eū. Hęc ira uelut gladius manet super caput peccatoris. In statu etiā periculoso est peccator, quia est in terra inimicorum suorum. Vnde Baruch 3. Quid est Israël, quod in terra inimicorum est? In terra inimicorum suorum morari periculosum est: ex quo sciunt inimici eius eum ibi esse, & sunt fortiores eo. Item in periculo est peccator: quia ex solo pariete uitre hostes eius prohibentur ne habeant in manu sua. Paries iste corpus est: post istum parietem stat diabolus malis hominibus: sicut Deus in Cantic. dicitur post parietem istum stare quo ad bonos. Paries iste de facili dissipatur: Vnde non est necesse erigi magnas machinas ad eius destructionem. Vnus enim paruus lapis manualis ad eū destruendum sufficit. Vnde mirum est quomodo peccator securus est qui capitales inimicos habet adeo potentes, sicut sunt demones, & est in castro ita debili. Itē in magno periculo est peccator, quia ad mortē uadit. Vnde Eccle. 21. Via peccatorum complanata est lapidibus, & in fine eorū inferi & tenebrę & pœnæ. Debet ergo peccator cogitare uias suas quō tendant, & conuertere pedes suos. iuxta illud Psalmistę: Cogitauī uias meas, & conuertī pedes meos in testimonia tua. In magno etiam periculo est pec-

cator, quia quodāmodo ad portā inferni est: iuxta illud, Appropinquauerunt usque ad portas mortis. Portę mortis uel inferni sunt peccata mortalia. Sic enim uocantur Matthęi 16. ubi dicitur, Portę inferi non praualebūt aduersus eam. Ad portam inferni dicitur esse qui in peccato est mortali: quia inter ipsum & infernum nihil est medium nisi trāsitus corporis. Si enim anima à corpore separatur, quasi in puncto infernum intrat. unde Iob 21. Ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt.

¶ *De magna stultitia differensium conuerti.*

OCTAVO & ultimo deberet homines mouere ad accelerationē cōuersionis magna stultitia, quę ostenditur esse in dilatio cōuersionis. Patet autē hęc stultitia sic. Manifeste fatuus esset qui in uitulo caudā quæreret equinam, cum talis cauda non sit de uitulo. Simili fatuitate uideatur laborare, qui malam uitam uult ducere, & bonam mortē habere. Cauda enim ista non est de hoc uitulo. Talis erat Balaam, qui dicebat Numer. 23. Morietur anima mea morte iustorum, & sicut nouissima mea horū similia. Ille qui usq; ad mortem differt cōuerti, per totam uitā suam parat māsionem in inferno, cum tamen nullo modo ibi manere uelit, sed in paradiso. Item seminatur maledictionē, & tamen uult metere æternā benedictionem, non

non aduertens illud Apostoli, ad Galat. 6. Quę enim seminauerit homo, hęc & metet. & illud Prou. 25. Quod in iuuentute tua non congregasti, quomodo inuenies in senectute: itē talis uult colligere de spinis uuas, & de tribulis ficus: quęrit enim bonum finem in uita spinis peccatorum plena.

¶ *Octo casus in quibus fatua est dilatio.*

ET notandum est quod octo casus sunt in quibus fatua solet reputari dilatio, qui omnes fatuis concordant proposito. ¶ Primus casus est, quando aliquis aggressus est iter. Ibi enim solet fatua esse dilatio. Sic cum cōuersio quędā inchoatio sit uitę quę ducit in cælū, fatuum est differre eam, & hoc multis de causis. Primo, quia breue est tempus: iuxta illud Iob 13. Breues dies hominis sunt. ¶ Secundo, quia longa est uia, unde 3. Regum 10. dictū est Eliaz: Surge, comede, grandis enim tibi restat uia. Tertio, à magis expectamur. Curia enim cęlestis nos expectat. Quarto, quia ad magna expectamur, scilicet ad regnū. unde Matthęi 25. Venite benedicti Patris mei, percipite regnū &c. Quinto, propter impedimenta quę in uia possunt accidere. Potest enim locus pœnitentię auferri, dum homo nimis differt conuerti. unde ad Heb. 12. dicitur de Elau, & non inuenit pœnitentię locum, quamquam cum lacrymis inquisisset eū. Sexto, ne forte ianua clausa inueniatur:

secundum quod legitur de fatuis uirginibus Matt. 25. ¶ Septimo, quia quādo aliquis tardē inchoat dietam suam, oportet eū amplius laborare, & in tempore minus idoneo labori. Sic necessariū esset illis, qui usq; ad senectutem differūt conuerti, ut tunc amplius laborarēt: & illa ætas minus est idonea labori pœnitentię. Sene. Faciamus quod in itinere fieri solet: qui tardius exierunt, uelocitate morā compensant. Et ut uno uerbo dicam, omne bonū illi deficit, qui de nocte ad hospitium uenit. Satis malum hospitium habebit, cuius hospitium infernus erit. In hoc autem hospitio hoc præcipuē timendum est, & de cetero mutari nō poterit. Malum etiam hospitium habebit, qui in igne purgatorii hospitabitur. ¶ Secundo, fatua est dilatio in rerum repetitione, propter periculum præscriptionis: quādo enim aliquis rem aliquā diu possidet, ratione diuturnę possessionis uult postea detinere eam. Sic diabolus quanto diutius hominem possidet, tanto difficilior dimittit: ut dicit Beda. ¶ Tertius casus est, si quis in locum immundū cecidit, fatuus est si uolūtariē inde differt exire. Nulla enim immunditia est maior quā immunditia peccati. Quod patet ex hoc, quod luciferū, quo nulla creatura pulchrior erat, unica macula peccati adeo deturpauit, ut absq; horrore ab homine cōspici non possit. Quanta ergo fatuitas est,

quod homo de peccato differat exire: Mira infamia, si asinus alius cuius in lutum ceciderit, tam cito uult eum extrahere. Si uero ipsemet in peccato ceciderit, non curat exire inde. Vnde Bernardus: Cadit asina, & est qui subleuet: perit anima, & non est qui recogitet. Et dominus Lucae 2. Cuius uestrum asinus aut bos in puteum cadit, & non continuo extrahit illum die sabbati? ¶ Quar- tus casus in quo fatua est dilatio, est quando aliquid magnum alicui offertur, & ille differt recipere, cum ex dilatione possit impedimentum interuenire. Valde fatuus esset ille cui rex Fraciae uel let ciuitatem Parisiensem dare, si differret eam recipere. Cito enim posset rex consilium suum mutare: Sic ualde fatuus est ille, quem Deus uult inungere unctione gratiae suae ad regnum caeleste, si ille differat unctionem illam recipere, cum ipse sciat quod diabolus pro posse suo conabitur impedire eam. ¶ Quinto, fatua est dilatio in preparatione eorum quae scit homo sibi fore necessaria, & ne scit qua hora, & praecipue quando illa non possunt in breui preparari. uerbi gratia: Si quis transfractare debeat, & incertus est qua hora nauis in litore debeat discendere, fatuus est si ea quae sibi necessaria sunt, differat preparare. Sic cum sine charitate quae uel sitis est nuptialis, nemo possit in paradysum intrare, & incertum sit qua hora debeat homo de uita

ista discedere, fatuus est, qui differt eam sibi preparare. Si enim tunc quando mors urget, primo quarat lanam, & linum, & nunc incipiat, & ordiri, & texere, forsitan ad tempus preparata non erit. Et frequenter euenit illud, quod ille qui creditur cum charitate discendere, discedit cum sacco seruilis timoris, cum qua aulam caelestis regis non poterit intrare, unde legitur Esther 4. quod non erat licitum indutum sacco aulam regis intrare. ¶ Sexto fatua est dilatio in rebus illis quarum tempus & opportunitas transit in transportatione plantarum, directione uirgarum, edomatione animalium, instructione puerorum, curatione infirmitatum, resistentia hostium, lotionem uestium, salitionem carniuum, informationem uestium. Fatuus esset qui transplantare uellet arboresiam in ueteratas, uel dirigere trabes magnas iam desiccatas. Virgae tenerae transplantari solent & dirigi. Sic homines dum in tenera sunt aetate, transplantari possunt in hortum ecclesiae, ad rectitudinem uitae reduci. In senectute uero ualde difficile est. Vnde Eccle. 3. Est tempus plantandi, & tempus euellendi quod plantatum est. Fatuus etiam esset qui diceret, Nolo equum meum assuescere ambulationi, donec infrenuerit, & donec in foueam me praecipitauerit, & mihi collum fregerit. Sic fatuus est qui corpus suum non uult domare per penit

penitentiam, donec in foueam peccati spiritum praecipitauerit, & quasi fregerit ei collum, dando ei occasionem mortalis peccati. Equus inueteratus non assuescit ambulationi: nec uetus canis uinculo, nec uetusta pellis tenet futuram. Tardè adhibetur medicina infirmitati, cum ex diuinitate incurabilis facta fuerit. Tardè etiam abluuntur uestes, cum ex diuturnis sordibus etiam computruerunt. Fatuus esset qui haberet uas aureum, & balsamum sibi oblatum in eo ponere nollet, donec lutum multis annis in eo tenuisset: sic fatuus est qui in se gratiam Dei in pueritia non uult recipere: sed uult usque ad senectutem uas esse peccati & immunditiae. Tardè etiam resistitur hostibus, quando iam totum occupauerunt. Tardè sal adhibetur carnibus, quando iam scaturiunt uermibus. Tardè etiam informantur uestes, quando prauam formam iam suscepserunt. In his & in similibus nouerunt homines tempus opportunum eligere: de tempore uero opportuno suae correctioni non curant. Nihil enim est eis seipis uilius: iuxta illud uerbum Senecae: Sotulares suos student homines in nouitate rectè informare: de seipis uero rectè informandis in sua nouitate non curant, chariores habentes sotulares suos seipis. Diligenter instruunt filios suos de informatione uestium, de informatione uero ipsorum

filiorum non curant. ¶ Septimo fatua est dilatio, quando subueniendum est alicui rei in qua aliquid continue deperit: ut quando subueniendum est domui quae succensa est igne. Ignis enim qui non est otiosus, incessanter aliquid de domo destruit: sic ignis peccati bona naturalia consumit. Et ideo fatuus est qui differt eam a se excutere. Vnde Bernardus: Abscondi ignem in sinu meo, & exusto iam latere, nudatis iam uisceribus, iam sanie defluente adhuc consulendum est an exitiam illum. ¶ Octauo fatua est dilatio, quando aliquis debet subuenire rei quae in periculo est: ut si quis ceciderit in aquam profundam, & adhuc supernatat, sed incertum sit quando debeat descendere in profundum: sicut lapis fatuus est qui differt tali subuenire dum potest. Et praecipue ille fatuus est qui est in periculo, si petat dilationem sui succursus, dicens: Nolo adhuc mihi subueniri usque ad annum. Qui in peccato mortali est, cecidit in aqua profundam, quasi incertus quando ad profundum inferni descendere debeat. Et cum ad penitentiam monetur, quasi quaedam tabula ei porrigitur, in qua de naufragio euadat. Penitentia enim est secunda tabula post naufragium: ut dicit Hiero. Vnde ualde fatuus est peccator, si differt tabulam istam recipere: uel si nimis paruam eam querit, quae eum a naufragio liberare non possit: uel si postquam

postquam super eam ascēderit, illam dimittit, donec ad securitatem portus peruenerit. Mira inania est, quod homines postquam tabulam ascenderunt, iterum in mare uoluntarie insiliunt.

¶ *De dilatione confessionis. Et de fatuitate eorum qui differunt confiteri.*

DICTO de dilatione cōuerfionis, cōsequenter dicemus aliqua specialiter de dilatione confessionis. Et primo ostendemus cōmuniter de fatuitate eorū qui differunt confiteri. Secundo, tangemus de his qui nolunt confiteri donec infirmētur ad mortē. Tertio, tangemus de fatuitate eorū qui ante Pascha nolūt cōfiteri, donec tota Quadragesima uel maior pars Quadragesimæ transferit. ¶ Potest autē fatuitas eorū ostendi qui differunt confiteri. Primo per hoc, quod ipsi uolunt se Deo abscondere. Ille enim qui peccatum suum homini confitetur, illud Deo propriē confitetur. Et qui ei uult abscondere peccatū suum, illud uult abscondere Deo: similis Adæ, qui domino querenti ubi esset, ait, ut legitur Genesis 3. Vocem tuam domine audiui in paradiso, & timui eō quod nudus essem, & abscondi me. Quanta autem iniquitas sit abscondio huiusmodi, ostēditur Iob 31. ubi sic legitur: Humerus meus à iunctura sua cadat, & brachiū meum cum ossibus suis conteratur, si abscondi sicut homo peccatum, & celauit in

sinu meo iniquitatem meam. Mira fatuitas est, quod homo uelit Deo abscondere mala sua quod uidēte ea commisit. Ad cumulū etiā fatuitatis facit hoc, quod si homo abscondit mala sua, à Deo deteguntur. Si uerō detegit, à Deo abscondentur. Vnde Naum 3. Reuelabo pudenda tua in facie tua. Et super illud Psal. Iniustitias meas non abscondi. dicit glossa, Quum homo detegit, Deus tegit: cum homo tegit, Deus nudat: quum homo agnoscat, Deus ignoscit. ¶ Secundo, ostenditur fatuitas talium ex periculo obliuionis. Homo enim qui differt confiteri, multa tradit obliuioni. Vnde Bernard. Computatio dilata multa facit obliuisci. Ea quæ obliuiscitur ille qui differt confiteri, non obliuiscitur diabolus, nec etiā ipse Deus. ¶ Tertio, ostenditur fatuitas talium qui differunt confiteri per hoc, quod minus amant seipfos sotularibus suis. Singulis enim diebus uolunt sotulares suos tergere, ne si lutū in eis fuerit deficcātū, postea de facili illud remouere non possint: à seipsis uerō differunt remouere sotides utiorum per dimidium annum uel amplius. Stabulū etiā suum uult purgare homo antequam lutum fenestras occupauerit: seipsum uerō non uult purgare per confessionem, licet uideat se inquinatum per peccatum usque ad fenestras oculorum & aurium.

De

¶ *De sex bonis quæ ex confessione proueniunt.*

¶ QVARTO potest ostēdi fatuitas talium per hoc quod illa bona amittuntur quæ proueniunt ex cōfessione. ¶ Primū bonum, quod ex confessione prouenit est, quod diabolus non ita libenter tentat eum qui per cōfessionem eius secreta reuelat. Vnde Ecclesiast. 27. Qui denudat arcam, amici fidem perdit. Et Hieronymus, Potestas & uirtus traditoris ad nihilatur reuelata traditione. Latrones infernales ad modum aliorum latronū sciens se deprehensos fugiūt. Vnde Iob 24. Si subito apparuerit aurora, arbitrantur umbram mortis. ¶ Secundum bonum est, quod peccatum homini interdum redditur ex osum ex erubescencia quam sustinet confitendo illud. Peccata enim turpia sunt, & nudata turpitudine eorum, quasi erubescerent denudatione suæ turpitudinis, renouare non audent. ¶ Tertium bonum est, confitū ipsius sacerdotis. Vnde Proverb. 24. Erit salus ubi multa confitit. ¶ Quartum bonum est, suffragium orationum ipsius sacerdotis. Debet enim sacerdos orare pro eo qui sibi confitetur. ¶ Quintū bonum est, quod pars pænæ cuius debitor est peccator, ibi dimittitur, & ex ui clauium, & ex erubescencia quæ magna est pœna. ¶ Sextum bonum est, quod accēdi eo modo quod debet ad sacramentum confes-

sionis, datur gratia, si eam non habet, & augetur, si eam habet.

¶ Quinto potest fatuitas talis ostendi per hoc, quod ille differt Deo confiteri, differt Deo aperire, petit sibi Deus aperiri, dicēs Canticoꝝ 5. Aperire mihi foror mea. Et tunc ei aperitur, quū aliquis peccata sua humiliter confitetur. Expulsis enim uitiorū obstaculis, Deus cor hominis ingreditur: qui autem differt confiteri, differt ei aperire. Si quis de subditis archiepiscopi per horam differret aperire ei ad ostiū eius pulsanti, non parum offenderet eum. Quantum ergo potest Deus offendi, quando aliquis de subditis suis differt ei aperire, per dimidium annum uel amplius? quod frequenter ei accidit. Vnde Ioan. 1. In propria uenit, & sui eum non receperunt. ¶ Sexto potest ostendi fatuitas eorum per hoc, quod pessimum hospitem cuius societatem experti sunt esse ualde noxiam, per dimidium annum uel amplius apud se detinere uolūt. Hospes iste diabolus est, qui hospitium suum omnibus bonis euacuat. Vnde Ioēlis secundo: Quasi hortus uoluptatis coram eo, & post eum solitudo deserti. Antequam diabolus ueniat ad animam, ibi est abundantia bonorum: & post aduentum eius magna uacuitas. Mira fatuitas. Si Christus in se uel in membris suis hospitatus fuerit apud aliquē, uix permittitur ibi esse per diem

diem unum: diabolus uero permittit ibi esse plusquam per annum. Vnde hospes qui Christi nomine recipitur, non solum fuerit hominibus quum est quadriuanus, sed etiam quum est triuanus uel biduanus. ¶ Septimo potest ostendi fatuitas talium per hoc, quod cum ipsi sint in ore diaboli, iuxta illud Iob 36. Salua bit te de ore angusto latissimè: nescit tamen clamare, imò nec summisse peccatum suum dicere, ut euadat os diaboli. Os diaboli latissimè recipit, angustum tamen est ei qui uult inde exire. Insuperiores uidentur esse tales brutis animalibus, quæ clamant quum à fortioribus animalibus rapiuntur. ¶ Octauo potest ostendi fatuitas talium per hoc, quod ipsi nesciunt ostium aperire quod est sine sera, ut euadant de miserrimo carcere peccati. Ostium sine clauè & sine sera, est os quod ipsi nolunt per confessionem aperire.

¶ *De fatuitate differentium confiteri usque ad mortem.*

SPECIALITER potest ostendi fatuitas eorum qui confiteri nolunt, donec infirmetur ad mortem, multis modis. ¶ Primo per hoc, quod tales tunc primo medico spiritali infirmitates animæ suæ ostendunt, quum iam consilium eius implere non possunt. Dū enim infirmi sunt, impotentes sunt ad agendam penitentiam. Ideo dicitur Eccl. 17. Viuus & sanus confiteberis, & laudabis

Deum, & gloriaberis in miserationibus eius. ¶ Secundo potest ostendi per hoc, quod confessio quæ fit morte urgente, non est pretiosa Deo. Est enim uelut confessio latronum. Latrones non solent confiteri mala sua, nisi prius tormentis interrogati fuerint, & nisi mortem sibi paratam uiderint. ¶ Tertio potest ostendi fatuitas talis per hoc, quod interdum hominē pudet confiteri in morte, quando senex est, peccata quæ fecit in infantia sua. ¶ Quarto per hoc, quod interdum tales loquelā amittunt: & qui noluerunt confiteri dum poterunt, non possunt cum uolunt. ¶ Quinto per hoc, quod infirmitas & sollicitudo quam habent de dispositione domus suæ, non permitit eos cogitare de peccatis suis. Præterea sacerdos de consuetudine praua in locis multis accedit ad infirmum, simul confessionem eius auditurus, & uaticum daturus, & multi de populo comitantur eum, coram quibus infirmus peccata sua non uult confiteri. Erubescit enim quod illi à domino exeāt, ne credatur enormia commississe. Et si forte illi exierint, erubescit infirmus quod nimium faciat eos expectare.

¶ *De fatuitate differentium confiteri donec ferè tota Quadragesima sit transacta.*

SEQUITUR de fatuitate eorum qui in Quadragesima nolunt confiteri, donec transierit ferè tota Quadragesima. ¶ Po-

tel

test autem ostendi talium fatuitas multipliciter. ¶ Primo ex hoc, quod ipsi sunt præposteri. Volunt enim ultimo facere quod dominus uult primo fieri. Vult enim dominus quod illi qui ei seruiunt incipiant à confessione. Vnde Psal. Præcinite domino in confessione. Et iterum: Præoccupate faciem eius in confessione. Et Proverb. 18. Iustus in principio accusator est sui. ¶ Secundo potest ostendi fatuitas talium per hoc, quod tales laborem septem septimanarum amittunt in magna parte pro labore unius horæ, eo scilicet quod nolunt in principio Quadragesimæ confessionem peccatorum suorum facere, quæ in una hora fieret. Plus enim ualere ieiunium unius diei post ueram penitentiam, quam ualeat ieiunium totius Quadragesimæ ei qui remanet in peccatis suis. Et licet peccata dimittantur sola contritione cum proposito confitendi: tamen frequenter homines qui instructi non sunt, nesciunt peccato renuntiare, donec in confessione instruuntur. Vnde frequenter non dimittuntur eis peccata ante confessionem. Fatui etiam sunt tales, qui tunc primo manus abluere uolunt, quādo iam cibum sumpserunt. Cibus quo anima reficitur & Deus delectatur, bonum opus est, unde Ioan. 4. Meus cibus est, ut faciam uoluntatem eius qui misit me. Post cibū ergo manus abluit, qui postquā in quadage-

sima sua bona opera facit, tunc post peccata sua cōfiteatur. Tales etiam tunc primo uinea suam putant, quando maior pars uinde miata est: quia putatio præparat ad hoc ut uinea melius fructificet. Ideo ualde fatuus esset qui putationem differret, donec maior pars fructuum esset collecta. Sic quum cōfessio præparet ad fructū bonorum operum, fatuus est qui confessionem uult differre, donec maiorem partem fructuum Quadragesimæ collegerit. ¶ Istud facile est uidere in purgatione segetum. Nullus enim differt purgationem segetum in agris, donec maiorem partem fructū messuerit. Item tales tunc primo medico spiritali infirmitatē animæ suæ ostendunt, quando casualiter sibi medicinas exhibuerunt, & quando tempus aptum curationi uel ex toto uel ex maiori parte pertransiit. Item tales tunc primo uolunt ferrum remouere de uulnere, quando iam curationem impediunt: cum tamē dicat Auicenna, quod dum ferrū est in uulnere, non est malagma apponere. Ferrum est in uulnere, dum peccatū est in homine: & dum hoc est, non ualent opera quæ homo facit ad uitam æternā. Tales etiam in cibo domini fel apponunt, iuxta illud Psal. Dederūt in escam meam fel: id est, amaritudinem peccati. In escam domini fel ponit qui bonis operibus quibus Deus habet delectari, peccatū admiscet.

Et

Et ut breuiter dicam, tales quando iam ieiunium amiserunt, tunc primo ad illud præparare se uolunt. Fatuus reputaretur, si quis crucem transmarinam accepisset, & nolet confiteri donec perfecisset peregrinationem suam. Si præuenienda est peregrinatio confessione, ut sit inde grator: quare non similiter ieiunium? Tales etiam tunc primo uas lavare uolunt, quum iam uinum infuderunt, & non euacuata materia morbi curare præsumunt. Tales etiã prius redemptionem suam in magna parte exoluunt, quam deliberatione sua tractauerint. Vnde accidit, quod soluta magna parte redemptionis sue, adhuc æquæ capti sunt à diabolo sicut prius. Tales morsum serpentis infernalis uolunt sanare, adhuc ueneno in eis remanente.

De uitio Tarditatis. Et de sex quæ hoc uitium dissuadent.

C A P. VI.

Sequitur de Tarditate, quæ est sextum uitium pertinens ad acediam. Sicut enim acediosus differt inchoare opus quod facturus est: sic tardè procedit in opere iam inchoato. ¶ Sex uerò sunt quæ possunt dissuadere nobis uitium tarditatis. ¶ Primum est, ipsa angustia, siue breuitas temporis præsentis. Vnde Ecclesiast. 10. Noli cunctari in tempore angustia. ¶ Secundum est, uelocitas ipsarum rerum, quæ uelociter & quasi cursum pertranscunt. Vnde Sapientia 5. Transie-

runt omnia illa tanquam umbra, & tanquam percurrens nuntius. ¶ Tertium est, uelocitas & strenuitas quæ mali habent in eis quæ sibi inutilia uel noxia sunt. Vnde Proverbior. 10. Pedes eorum ad malum currunt, & festinant ut effundant sanguinem, & in Psalm. Veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem. Item Horatius: Impiger extremos currit mercator ad Indos, Per mare pauperiem fugiēs, per saxa, per ignes. Et Bernard. Magna confusio. Ardentius desiderant seculares pernicioſa, quam nos utilia. Alacrius currunt ad mortem, quam nos ad uitam. Vnde cum imminente passione domini, ceteri apostoli somnolenti essent, ut legitur Matthæi 26, solus Iudas somno non opprimebatur: sed procurabat ut eos adduceret, qui dominum comprehenderent. ¶ Quartum est, magna offensa Dei, quæ ex tarditate ista incurritur. Vnde Proverbiorum 10. Sicut acetum dentibus, & fumus oculis: sic piger his qui miserunt eum in uia. Acetum molestum est dentibus, & fumus oculis. Sic Deus molestat in nimia tarditate eorum qui sibi seruiunt. Nec mirum, quum uideat eos qui strenui erant, antequam ad seruitium eius ueniunt, quum uolare deberent: iuxta illud Esaiæ 40. Qui sperant in domino, mutant fortitudinem:

rudinem:

rudinem: affument pennas, ut aquila uolabunt, & non deficiet.

¶ Quintum est, magna gratia quæ habent apud Deum, seruientes Deo, qui ei uelociter & strenue seruiunt. Vnde Proverb. 22. Vidisti uirum uelocem in opere suo coram regibus stabit, nec erit ante ignobiles. ¶ Sextum est, utilitas quam habent tales ex sua uelocitate & strenuitate. Opera enim illorum non impediuntur uel tardio, uel alia de causa quin perficiantur. Vnde Eccl. 22. In omni opere esto uelox, & omnis infirmitas non occurret tibi.

De uitio negligentia. CAP. VII.

Sequitur de negligentia, quæ est septimum uitium pertinens ad acediam. Et attenditur negligentia in hoc, quod homo non curat qualiter opus inchoatum faciat, utrum bene uel male: sed hoc solum curat, ut ab onere laboris inchoati se expediat. Negligentia uerò hoc modo sumpta contraria est diligentia. Et attenditur diligentia in hoc, quod homo ad hoc studeat, ut opus inchoatum bene fiat. De hac diligentia commendatur mulier habens decem drachmas. Lucæ 15. ubi legitur de ipsa, quod amissa drachma una, accedit lucernam, & euertit domum, & querit diligenter donec inueniat. Ad hanc diligentiam monemur Proverbiorum 24. ubi sic legitur, Diligenter exerce agrum tuum. Et 27. ubi sic legitur, Diligenter agnosce uultum pecoris sui.

¶ De sex quæ faciunt ad detestationem negligentia.

SEX uerò sunt quæ possunt ualere ad detestationem negligentia. ¶ Primum est illud Ieremias 47. Maledictus, qui facit opus Dei fraudulenter: uel negligenter, secundum aliam litteram. Quam litteram innuit hic Glossa interlin. super illud uerbum, fraudulenter uel desidiosè. ¶ Secundo facit ad detestationem huius negligentia, quam habent creaturæ irrationabiles circa opera sua. Diligentiam habet natura circa fructus arborum: satis patet per hoc, quod eos ita obuoluit duris uel amaris exterioribus, dulcedinem & teneritudinem interius reponens. Diligentia etiam quam habent animalia ad fetus suos, satis manifesta est. ¶ Tertio potest ualere ad detestationem negligentia, diligentia quam habent homines circa ea quæ pertinent ad utilitatem corporis, uel ad honorem mundi, uel circa ea quibus intendunt placere alicui homini. De illis autem solum quæ propter Deum fiunt, non curat homines qualiter fiant. De diligentia malorum habetur Matth. secundo: ubi sic legitur de Herode: Diligenter didicit ab eis tempus stellæ. Et subditur, Ite & interrogat diligenter de puero. ¶ Quarto facit ad detestationem huius uitii sublimitas personarum, coram quibus negligentia talis committitur: quia coram

T t Dco,

Deo, & angelis eius committitur. Magna diligentia adhibenda esset in psallendo, & aliis operibus quæ sunt specialiter coram Deo & angelis eius. Vnde in Psal. Quoniam rex omnis terræ Deus, psallite sapienter. & Sapiens: Tanto maiori studio placendi opus est, quanto maior est cui placendum est. Et David: In conspectu angelorum psallam tibi. Et Cant. 8. Qui habitas in hortis, amici auscultant te. Amici isti angeli sunt qui psallentem auscultant te. ¶ Quinto potest ualere ad detestationem negligentia, utilitas magna quæ provenit ex diligentia in seruitio diuino. Plus enim ualet una oratio bene facta, quam mille cum negligentia factæ, tanta potest esse negligentia. Plus etiam ualet dies una ieiunii si fiat eo modo quo debet, quam ieiunia decem annorum, si in mortali fiant. ¶ Sexto facit ad detestationem negligentia hoc, quod diligentia in seruitio Dei ualde honorifica est Deo. Vnde Prouerbiorum decimo tertio, Mulier diligens corona est uiro suo. Anima quæ debitam diligentiam adhibet in Dei seruitio, glorificat Christum, qui est sponsus animarum: sicut corona quæ reddit illum gloriosum cuius capiti imponitur. Præcipue autem uidetur facere ad detestationem negligentia hoc, quod ex negligentia ista provenit, quod ex seruitio illo. Vnde deberet acquirere apud Deum

gratiã, reportat eius offensam.

¶ De remediis contra negligentiam.

CONTRA hanc negligentiam duo spiritualia sunt remedia. ¶ Primum est, timor. Vnde Ecclesiast. 7. Qui timet Deum, nihil negligit. ¶ Secundum est amor Dei. Qui enim perfectè Deum diligit, diligentiam adhibet in eis quæ ad Deum pertinent, sicut ille qui aliquem recipit in hospitium, quem multum amat, & ad cuius susceptionem latus est, cum magna diligentia præparat, quæ ei necessaria sunt. Vnde Eccl. 30. Splendidum cor bonum in epulis. Epulæ enim illius diligenter fiunt.

¶ De tribus quæ impediunt diligentiam studii.

DE negligentia studii specialiter notandum est, quod tria sunt, quæ impediunt illud. ¶ Primum est, nimia uelocitas. Quidam enim sunt qui quasi cursim considerant ea in quibus student: nec possunt expectare donec ueritas quam querunt sibi occurrat. Similes Pilato, de quo habetur Ioann. decimo octauo, quod quæsiuisset à domino quid esset ueritas, exiit ad Iudæos, non expectata Domini responsione. Quod talis uelocitas diligentiam studendi impedit, ostendit nobis Sapiens, dicens: Nihil magnum rerum natura cito effici uoluit: præposuitque pulcherrimo operi cuique difficultatem. Nascendi quoque hanc legem

fecit.

De uitio inconsummationis.

C A P . V I I I .

fecit, ut maiora animalia uisceribus parentum diutius continerentur. Sit tardior dum diligens sit filius, quæramus optima, non protinus gaudeamus offerentibus. Reperenda sæpius erunt scriptorū proxima. Sic nanque melius iungitur prioribus sequentia. Omnia nostra dum nascuntur placent. Sed redeamus ad iudicium. Cito nõ sit ut bene scribatur, & bene scribendo non fit, ut cito. ¶ Secundo impedit diligentiam studii, curiositas, quæ uult uidere omnia, quæ sequuntur. Contra quam remediũ est, animo uelut quoddam frænum imponere, & non permittere uagari illum ad sequentia. Vnde sapiens: Resistamus & prouideamus, ut effrenatos equos frænis quibusdam coërceamus. Oculus cordis semper nona uidere appetit, sicut & oculus corporis: iuxta illud Ecclesia. 1. Non satiat oculus uisu, nec auris auditu. Ideoque refrændus est. ¶ Tertio impedit diligentiam studii, fatigatio. Vnde bonũ est, ut quãdo aliquis uidet se fatigatum circa materiam aliquam studendo, & ipse quiescat, & post quietem ad eandem materiam redeat. Vnde Sapiens: Obstat diligentia scribendi etiam fatigatio. Non dubium est, optimum emendandi genus esse, ut scripta in aliquo tempore reponatur, & ad ea post interuallum aliquod uelut noua atque aliena redeamus, ut nobis tanquã recetes factus blãdiantur.

Sequitur de octauo uitio pertinente ad acedia, quod possumus uocare uitium inconsummationis, seu imperseuerantia. Hoc uitio laborant illi qui raro ad perfectionem ducit aliquod opus quod inchoant. ¶ Ad detestationem huius uitii primo potest ualere exemplum Christi, de quo habetur Matt. 27. quod obtulerunt ei Iudæi, quod crederet in eum, si de cruce descenderet. Ipse uero pro tanto munere sibi oblato, noluit opus redemptionis nostræ inconsummatum relinquere. Ad idem potest referri quod ipse dicit Ioannis 4. Cibus meus est, ut faciam uoluntatem eius, qui me misit, ut perficiam opus Dei. Et Ioan. 8. Ego te clarificauit super terram, opus consummaui quod dedisti mihi, ut facia. Legitur etiam Deuteron. 33. quod Dei perfecta sunt opera. ¶ Secundo potest ualere ad detestationem huius uitii hoc, quod hoc uitium a deo placet diabolo. Cuius signum est hoc, quod ipse tantum conatur ad hoc, ut homines non perseuerent. Vnde dictum est serpenti, Genes. tertio: Tu insidiaberis calcaneo eius: id est, fini, cui præcipue diabolus insidiatur. Scit enim finem optimum esse in re, & quod cetera habent ab eo bonitatem suam. Ideo finem præcipue impedire conatur. ¶ Tertio ualere potest ad detestationem huius uitii hoc,

T t 2 quod

quod uitium istud valde nocuum est homini: quasi enim perditæ sunt cætera, quæ facta sunt, nisi finis sequatur. Parum enim prodest fundamentum & parietes fecisse, si tectum non sequatur. Pars etiam prodest per mare laborasse nauigando, si tunc nauis perierit, quando portui proxima fuerit per leucam unam. Ideo dicitur Prouerbiorum 18. Qui mollis est, & dissolutus in opere suo, frater est sua opera dissipantis: quasi enim idem est ac si dissiparet, quia ea non perficit. Nec solum est damnosum uitium homini, sed etiam uerecundum, & irrisione dignum, dicitur enim: Iste homo cepit ædificare, & non potuit consummare: secundum quod legitur Luc. decimoquarto. Indecens est animal sine cauda & ridiculosum: ut patet in simia: sic opus sine consummatione. ¶ Ultimo potest ualere ad detestationem huius uitii, magna utilitas quæ prouenit ex perseverantia. Tantum enim ualet ultimus dies quo aliquis bene uiuit, quatum omnes dies præcedentes quantum ad hoc, quod si illo die male uixisset, tota uita præcedens perditæ esset. Sola perseverantia hominem saluat. Vnde Bernard. Perseuerantia est singularis filia summi regis. Illa enim sola hæres est regni æterni.

De uitio remissionis. CAP. IX.

Vitium remissionis est, nonum uitium pertinens ad

Acediam. Hoc uitio laborat ille qui quotidie deterior efficitur. Si inchoat aliquod opus, primo die aliquantulum strenue operatur, secundò die minus, ad ultimum nihil. De tali dicitur Eccl. 22. Filia fatua in deminoratione fiet. Filia fatua est anima sine sapientia non condita, quæ semper decrescendo procedit: sicut e contrario uita iusti procedit à crescendo. Vnde Prouerb. 4. Iustorum semita quasi lux splens procedit, & crescit usque ad perfectum diem. Et Prouerb. 21. Cogitationes robusti semper in abundantia. Robustus aliquid quotidie lucratur super hostes suos: sed remissus quotidie aliquid amittit. Remissionem uero istam sequitur paupertas primo. Vnde Prouerb. 10. Egestatem operata est manus remissa: manus autem fortium, diuitias parat. Secundo sequitur remissionem istam seruitus uitiorum. Vnde Prouerb. 10. Manus fortium dominabitur: quæ autem remissa est, tributis seruiet. Sequitur etiam remissionem istam, frequens fractio propositi. Vnde Sen. Arcum frangit intentio, animum remissio.

De uitio quod potest uocari Dissolutio. CAP. X.

Decimum uitium quod pertinet ad acediam, possumus uocare dissolutionem. Hoc uitio laborat ille qui inueniens difficultatem in sui regimine, se dimittit omnino absque gubernatione: iuxta illud Prouerb. 23. Erit

sicut

sicut dormiens in medio mari, & quasi sopitus gubernator amisso clauo. Talis animum suum non recolligit. Dispersus enim & diuisus adeo quod non tenet de seipso unam frustam cum alio. Vnde Eccles. 23. Qui docet fatuum quasi qui conglutinant testam. Testa in minutas partes confracta non de facili conglutinatur: nec animum hominis dissoluti de facili recolligitur. Est enim tanquam puluis quem proicit uentus à facie terre. Si aliquid bonum, ut scientia, uel aliud illi infunditur, nihil in eo retinetur. Est enim uelut dolium non ligatum. Vnde Eccl. 21. Cor fatui quasi uas confractum, & omnem sapientiam non tenebit. Ex hac dissolutione sequitur penuria omnium bonorum. Vnde Prou. 19. Anima dissoluta esturiet. Solet autem uitium istud provenire ex quadam diffidentia de Deo, uidentes enim aliqui infirmitatem suam, diffidunt posse seipso regere: quia de diuino auxilio non confidunt. Vnde Eccl. 2. Væ dissolutis corde, quia non credunt Deo, & ideo non progreditur ab eo.

De uitio incuria. CAP. XI.

Vndecimum uitium quod pertinet ad acediam, possumus uocare incuriam. Hoc uitio laborat ille, qui suorum debitam curam non habet. Talis sua non excolit, culta non colligit, collecta non custodit. Notandum quod sapientia conseruandi non minus ualet ad hoc quod aliquis ditetur & abun-

det, quam sapientia acquirendi. Vnde quidam: Non minor est uirtus, quam querere, parata uirtus. Parua uasa quæ non tenent, licet abundantem recipiant, non tam implentur: ut patet in cribro. Vasa uero magna quæ tenent, licet non ita abundantem recipiant, paulatim replentur. Scriptor unus totam Bibliam scribendo uno in anno sibi acquirit quod aliquis per totam uitam suam addiscere non potest. Et tamen aliquis citius unam propositionem addiscit, quam scriptor scribat unam dictionem. Sed hoc ideo accidit: quia illud quod addiscitur non memoriter retinetur. Vnde ei qui in studio uellet proficere, summe necessarium esset, ut illud quod addisceret, pro posse suo memoriam infingeret: deinde quia memoria labilis est, scriberet illud, & quasi de pergameno aliam sibi memoriam faceret. Parum enim prodest quod aqua ita de facili impressiones recipit, quum eas non custodiat.

De uitio ignauia. CAP. XII.

Dodecimum uitium, quod pertinet ad acediam, possumus ignauiam nominare. Hoc uitio laborat ille qui potius eligit in miseria magna permanere, quam aliquantulum laboris subire. ¶ Et possumus asignare duodecim ignauias, quæ solent inueniri in hominibus acediosis. ¶ Prima est, quod homo acediosus potius eligit carnes suas comedere, quam labore acquirere quod habeat ad

comedendum. Vnde Ecclesiast. 4. Stultus cōplicat manus suas, & comedit carnes suas, dicens: Melior est pugillus cum requie, quàm plena utraq; manus cum afflictione & dolore animi. Accidiosus quodāmodo carnes suas comedit, quum potius uult eas attenuari paupertate & inopia, quàm labore proprio acquirat quod sibi necessarium est. ¶ Secunda est, quod potius eligit fame perire, quàm laborē pascendi se uelit sustinere. unde Prou. 26. Abscondit piger manus suas sub axilla, & laborat si ad os suū conuerterit. Otiosus totus famelicus est, ut ostensum est prius. Fames autem eius sedatur, si operaretur. Vnde quum pigritatur operari ut fames repellatur, quodammodo uult potius se famelicum esse, quàm laborē pascendi se sustinere. ¶ Tertia est, quod ipse potius eligit non lotis manibus manducare quàm ablutione harum aliquantulum laborare. Hæc ignauia manifestè potest uideri in eis qui per totum annum comedunt immūdi: quia manus suas, id est, opera sua per confessionem abluere nolunt. ¶ Quarta est, quod cum ipse à dæmonibus ad patibulum infernale trahatur, non tamen uult se signare cruce pœnitentiæ ut ab eis liberetur. ¶ Quinta est, quod cum stillicidium prauarum cogitationum super oculum cordis cadere sentiat, præ nimia pigritia oculum non auertit, sed à stil-

licidio eum corrumpi permittit. ¶ Sexta est, quod si ignem praui desiderii super pedem affectus cadere senserit, ipse potius eligit quod ignis pedem suum exurat, quàm ut ipse laborem excutiendi ignem sustineat. ¶ Septima est, quod cum Dominus offerat ei bona gratiæ & bona gloriæ, ipse tamen ex pigritia suscipiendi remanet in sua paupertate. Vnde Ecclesiasti. 25. Ante hominem uita & mors, bonum & malum: quod placuerit, dabitur illi. ¶ Octaua est, quod ipse potius eligit in luto per annum permanere, quàm inde surgendo aliquantulum laborare. Mira ignauia est, quod aliquis ex pigritia iacet in luto, qui potest iacere in lectulo florido. Vnde Cant. 1. Lectulus noster floridus. ¶ Nona est, quod postquam ipse posuit unum pedem, scilicet intellectus uel boni propositi in uia munditiæ, alium tamen pedem, scilicet affectus uel operis, differt mouere per duos annos uel amplius, remanens in immuniditia ex pigritia remouendi illū. Multi enim sunt qui postquam iudicauerūt bonum esse inchoare nouam uitam, & proposuerūt uel nouerunt se ingressuros religionem, tamen differunt multis annis implere illud. ¶ Decima est, quod quum ipse in profundum stultitiæ ceciderit, tamen potius eligit ut stultitia submergat eum, quàm ut ad occupationem per quam euadere possit, man-

num extendat. Sen. A stultitia ne mo emergit, nisi manum porrigat ad laborem. ¶ Undecima est, quod potius eligit per aquam diuitiarum & deliciarū ire ad mortem suam quàm aliquantulum laborando per terram siccam paupertatis, ad portum peruenire nitæ. Diuitiæ deliciæq; aquæ sunt tendentes ad amare inferni. Ideo prohibemur ponere pedem nostrum super aquam. in Psalm. ibi: Diuitiæ si affluant, nolite cor apponere. ¶ Duodecima est, quod ipse potius eligit in carcere immūdo in quo ad mortem seruari remanere, quàm pro euasione sua laborē exeundi sustinere. Mundus iste carcer est peccati.

De uitio Indeuotionis.

C A P. XIII.

Uitium indeuotionis est, tertiumdecimum. Et est indeuotio quædā ariditas spiritualis. unde Psalm. Anima mea sicut terra sine aqua tibi. Et Numeri 11. Anima nostra est arida, nihil respiciunt oculi nostri nisi manna. Prouenit autē ista ariditas multis de causis. ¶ Quandoq; ex superbia, quæ est mons Gelboë, in quo nec ros nec pluuia descendit. Vnde Bern. loquens in persona illius qui deuotionē amisit occasione superbiæ, dicit: Ab heri & nudius tertius inuasi me lagor anime, & inde hebetudo insolita, quædā inertia spiritus. Superbia inuēta est in me, & Deus declinauit seruo suo in ira. Non cōpungi ad lacrymas queo, tanta est duritia

cordis ut nō sapiat psalmus. Non legere libet, non orare delectat, meditationes solitas nō inuenio. Ideoq; ad opus manuum piger, ad uigilias somnolētus, ad iram præceptus, ad odiū pertinax lingue & gulæ indulgentior, securior, & obtusior ad prædicationē. Hæc omnes montes in circuitu meo uisitauit dominus: ad me autē non appropinquat. ¶ Quandoq; autem prouenit ariditas ista defectu cibi spiritualis. Vnde Psalm. Aruit cor meū, quia oblitus sum comedere panem meū. ¶ Prouenit etiam quandoque ex acedia. Cum ceteræ creature ex otio impingentur, & ex labore attenuentur: anima humana e contrario ex labore impinguatur, & ex otio, & deliciis attenuatur. Vnde Prouerb. 13. Vult & non uult piger: anima autem laboratium impinguabitur. Quod ideo accidit, quia opera bona cibi sunt eorum qui ea faciunt. unde uita spiritualis sustentatur & roboratur. Homines uerò qui patiuntur illam spiritualem ariditatem, durissimi sunt frequenter ad ea quæ sunt pietatis, & inflexibiles ad ea quæ sunt obedientiæ. Dura facilius franguntur, quàm flectantur. Si ad ignem tribulationis ponantur, nihil spiritualis pinguedinis emittunt: quia nec gaudent, nec gratias agunt, sed statim ardent & exuruntur per impatientiam. Ad modicum flatum tentationis igne peccati succeduntur. Ad bona opera sunt steriles. Quæ

aliis facilia sunt uel etiam iucunda, uidentur eis importabilia: sicut panis aridus quandoq; transgluturi non potest, qui tamen adiutorio liquoris delectabilis efficitur.

De uitio Tristitia in diuino seruitio. CAP. XIII.

Tristitia est XIII. uitium pertinens ad acediam. Et notandū quod tristitia est uitium ualde detestabile in seruitio diuino. ualde enim displicet Deo, & placet diabolo, & homini ualde nocet. ¶ Primum patet illud 2. ad Corint. 9. Hilarē enim datorem diligit Deus. Et e contrario, Tristem datorem odit Deus. Et merito. Tristitia enim in seruitio Dei est quasi absinthium positum in esca Dei. bonum enim opus est esca Dei, sicut ostensum est prius. Præterea quomodo omnia bona nostra Dei sunt, & solum ea quæ de manu eius accepimus demus ei, sine tristitia debemus esse, quomodo oportet nos ei dare. Item quomodo eis quæ nullius uel parui ualoris sunt, parua uel quasi nulla occasione ad eum læti efficiamur, satis potest Deo displicere, ut in eius obsequio ubi sunt tot causæ lætitiæ laudificari non possumus. ¶ Causæ lætitiæ quas debemus habere in diuino seruitio, hæc sunt: scilicet quod tanto Domino seruiemus, scilicet cui seruire regnare est, & quod in domum Dei imus. Vnde David: *Lætatus sum in his quæ dicta sunt mihi &c.* Et quod tantum lucratur,

scilicet gloriam æternam. Vnde Psalmist. Et cantent in uis Dominus: quoniam magna est gloria Domini. ¶ Quod uero tristitia ista ualde diabolo placeat, potest ostendi per se ipsum contrarium, scilicet per hoc, quod lætitia spiritualis ualde ei displicet. Vnde 1. Reg. 4. dicant Philistini, Væ nobis: non enim fuit tanta exultatio heri & nudius tertius. Væ nobis &c. Et beatus Antonius dicit quod unica ratio uincendi inimicum, est lætitia spiritualis. Legitur etiā 1. Machab. 4. de Iuda, quod præliabatur præliū Israël cum lætitia. Et subditur, quod dilatauit gloriā populi sui. ¶ Nocet etiam homini tristitia tripliciter, scilicet eum affligendo, unde Prou. 25. Sicut tinea uel stimento, & uermis ligno: sic tristitia uel nocet cordi. Nocet etiā homini eum excæcando in his quæ ad Deum pertinent. Vnde in uitis patrum legitur: Vincula pedum impedimenta sunt cursoris, & tristitia impedimentum est diuini uisionis. Nocet etiam tristitia spiritualiter occidendo. Frequenter etiam est alterius peccati occasio. Vnde Eccle. 30. Tristitiam longe expelle à te. Multos enim occidit tristitia.

De uitio uitiæ. CAP. XV.

Tædium uitiæ, est uitium decimum quintum, pertinens ad acediam, & prouenit ex longa tristitia in diuino seruitio. postquam enim aliquis tristitiam patitur, paulatim corrumpitur, adeo

non solum displiceat ei Deo seruire, sed etiam uiuere. ¶ Notandum tamen est, quod tædium huius uitiæ prouenit ex diuersis causis. Quandoq; prouenit ex Dei amore & desiderio cælestis patriæ. Vnde Greg. Sancti grauius tolerant quicquid non sonat id quod amant. ¶ Quandoque etiā prouenit ex consideratione malorum quibus mundus plenus est. Vnde Ecclesiast. 2. Tædium me uitiæ meæ uidentem mala uniuersæ esse sub sole & luna, & cuncta afflictionem & uanitatem spiritus. Et eiusdem 4. Vidi calumnias quæ sub sole geruntur, & lacrymas innocentium, & neminem consolatorem, & non posse resistere eorum uolentiæ &c. ¶ Quandoque prouenit tædium uitiæ ex uehementia tribulationis. unde Job 10. Tædet animam meam uitiæ meæ. Et 2. ad Corint. 1. Super modum grauati sumus, ita ut tæderet nos etiā uiuere. ¶ Quandoque etiā prouenit ex acedia, ad quod possumus referre quod legitur 3. Reg. 19. de Elia, qui petiit animæ suæ ut moreretur, proiecitque se subter unam iuniperum, & obdormiuit, & ecce angelus Domini tetigit eum. Et subditur quibusdam impositis, quod iterum obdormiuit.

De desperatione, & unde prouenire consuevit. CAP. XVI.

Desperatio est ultimum uitium pertinens ad acediam. Solum autem prouenire desperatio ex nimia tristitia. Vnde prou. 15.

In mœrore animi deficitur spiritus: scilicet in profundum desperationis. Et eiusdem 17. Spiritus tristis exccat ossa. Tristitia etiā fortem animam excæcat ab humore gratiæ, ut per peccatum desperationis frangatur. unde Eccles. 14. Felix qui non habuit animi tristitiam, & non excidit à spe sua. ¶ Et notandum quod peccatum desperationis ualde displicet Deo. unde dicit Hier. super Psal. 103. quod magis offendit luidas Deum in hoc, quod ipse se suspendit, quam in hoc, quod dominum tradidit. Valde etiam diabolo: quia ille qui dicit uerbum desperationis, dicit malum uerbum quod dicunt illi qui uicti sunt. Et ideo diabolo ualde grati est, qui est aduersarius noster, unde Prou. 14. Si desperaueris in die angustiarum lapsus, minuetur fortitudo tua. Multum ualeat spes seu fiducia in Deo ad fortitudinem, unde Esa. 40. Qui sperant in Domino, mutabunt fortitudinē. Fortitudo enim Dei quodammodo eorum efficitur, quia de ipsa eis subuenitur. Ideo in Psal. dicitur: Sperans in Domino, non infirmabor. Cum fortitudo Dei sit eorum qui sperant in Deo: sicut Deus non infirmatur, ita nec illi qui in Deo sperant. Hac de causa dictum est illud Psal. Non derelinquet omnes qui sperant in eo. Sicut uanitas est fulcimentum negare innitentia ueritas est non negare. Vnde quomodo ueritas Deus sit, confi-

denti de se non negat auxilium. Ideo ipse dicit in Psal. Quoniam in me sperauit, liberabo eum.

¶ De remedij contra desperationem.

S V M M V M remedium contra peccatum desperationis est, memoria Dominica passionis. unde Bernard. Peccavi peccatum grande: conscientia mea turbabitur, sed non perturbabitur, quia uulnerum Domini recordabor. Quid tam ad mortē quod non morte Christi soluatur? Si in mente uenerit tam potens tamq; efficax medicamentum, nulla iam possum morbi malignitate terreri. ¶ Secundum remedium est, consideratio magnæ uirtutis quam habet pœnitētia. Est enim pœnitētia medicina contra quā nulla spiritalis infirmitas præualet. Ecclesiastic. 10. Si spiritus potestatem habentis super te ascenderit, locum tuum ne dimiseris: quia curatio cessare facit peccata maxima. Et beatus Martinus legitur dixisse diabolo: Si ueram pœnitentiam posses habere, adhuc ueniam possēs consequi. ¶ Tertium remedium est, consideratio illarum personarum, cum quibus Dominus legitur misericorditer egisse. Vnde Bern. Omnino propter mansuetudinē quæ in te prædicatur currimus post te domine Iesu, audietes q; non spernas paupertatem, peccatores non horreas. Non horruisti consententem latronem, non lacrymantem peccatricem,

non supplicentem Chananiam, non deprehensam in adulterio, non sedentem in teloneo, non supplicentem publicanum, non negantem discipulum, non persecutorem discipulorum, non impios crucifixores tuos: ideo in odorem unguentorum tuorum currimus. Potest etiā ualere contra desperationem illud quod legitur Luc. 15. Dico uobis, quia gaudiū est angelis &c. Ad idem ualet quod legitur de filio prodigo, de quo dicitur, q; cum adhuc longe esset, uidens eum pater eius, misericordia motus est, & occurrens cecidit super collum eius, & osculatus est eum. Præterea, quis dominus exheredatus à terra sua & hominibus suis, nō gaudeat de eorum recuperatione? Quomodo ergo non gaudebit Dominus de cōuersione peccatorum? Ad idem potest ualere, si attendatur magnitudo odij quod habet Deus contra peccatum: de quo dictum est supra in principio. Ex hoc patet quod destructio peccati plus placet Deo, quàm ipsi peccatori.

De acedia claustralium, & duodecim malis quæ ex ea pronascuntur. CAP. XVII.

Præter istam diuisionem peccatorū, cuius membra iam prosequuti sumus, sunt multe aliæ diuisiones pertinentes ad peccatum acediæ, quos prætermittimus, nisi quod de una breuiter tangemus. ¶ Notandum est ergo q; acedia potest diuidi in acediā seculariū

& acediā claustraliū. De acedia seculariū nihil dicemus. Sed contra acediā claustraliū ostendimus duodecim mala quæ in claustralibus solent inueniri ex peccato acediæ. ¶ Primum est, quod licet die & nocte in ore habeant cibum regium qui de ore Dei procedit, scilicet uerbum Dei: tamen ex pigritia terrendi eum famelici remanent, nec reficiuntur de cibo illo. Inter aromata nocte & die uersantur, & tamen ex pigritia applicandi olfactum, odore eorū non confortantur. Sacra scriptura apotheca est spiritus sancti. Vnde Ecclesiastic. 24. dicitur de sapientia: Sicut cinnamomum & balsamū aromatizās odorem dedit. ¶ Secundum est, quod cum ipsi sint de nocte & de die in colloquio cum Deo, permittunt tamen multos dies transire, quod non aperiant oculos cordis, ut uideant quis loquatur cum eis, uel quid loquatur. Sicut dicit Gregorius: Cum oramus, ipsi cum Deo loquimur: cum uerō legimus, loquitur nobiscum Deus. Magna ergo pigritia est non attendere cum quo loquimur, quādo cum Deo loquimur: præcipue cum ipse moneat ad hoc, dicens: Vacate, & uidete quoniā ego sum Deus. ¶ Tertium est, quod ipsi non proficiunt in his quæ religionis sunt: imō quanto diutius in religione sunt, tanto magis dissoluti sunt. Quod ualde uerendum est: sicut in scholis diu

esse, & in scientia non proficiunt. Tales religiosos non iuuat assuetudo, ut faciant melius ea quæ sunt religionis, sed potius nocet: quāto enim orāt diutius, tanto orant in deuoctius. ¶ Quartum est, quod quāto diutius Deo seruiunt, tanto minus certi sunt quod habeant gratiam ipsius. Et in ueritate satis dolere potest qui reliquit mundum ut Deo seruiret, & postquā diu seruiuit nullam cum eo familiaritatē habet. Pauca uel nulla signa habet, quod seruitiū eius sibi placeat. Interdū tamen accidit quod dominus minus bonos consolatur tanquam firmos, & tanquam eos qui propriis expensis non sufficiunt ei seruire. Meliores uerō inconsolatos relinquit tanquam fortiores, & tanquā eos qui propriis expensis sibi seruire sufficiunt. Vnde Luc. 15. ait maior filius patri, Ecce tot annis seruius tibi, &c. Et respondit pater: Fili, tu semper mecū es, &c. ¶ Quintum est, quod quanto diutius in camino paupertatis existit, tanto meliores & delicatiores existunt. Caminus uasa lutea consolidat: sic paupertas claustrales illos qui molles & delicati erant in seculo cōsolidare debet. Sed multi cum deberent consolidari, potius dissoluntur. Quod tribulationes, paupertas, & huiusmodi excoquant & cōsolident, potest haberi ex uitis patrum, ubi legitur, quod si cruda tegula ponatur in flumine, dissoluitur: cōcta

cocta uerò non. Ita & homo carnalè habens sapientiã, qui nõ est tentationũ igne decoctus. Item *Esa. 48.* Ecce excoxi te, sed non quasi argentum elegi te in camino paupertatis. Nõ quasi argentum excoquitur qui de eo quod excoquitur fæces assumit, non deponit. In camino paupertatis dominus seruos suos uel eligit, uel assumptos alibi reponit. ¶ Sextũ est, quòd quanto diutius soli iustitiæ approximauerit, tanto frigidiores existit. Et satis admirandum est, unde hoc accidit: quãto enim proximiores fiunt, tanto uidetur quòd seruẽtiores esse deberet. Sed timendũ est ne nubes alicuius peccati interposita hoc impediat, uel ne per aliquẽ errorẽ fiat, ut cum progredi debeant, regrediãtur, & cum deberet appropinquare terrẽ promissionis, ab ea elongetur. Sicut accidit filiis Israhel, qui triginta octo annis in deserto errauerunt. Qui cum crederent appropinquare terrẽ promissionis, ab ea elongabantur. ¶ Septimum est, quòd quãto diutius existit in loco impinguationis & sãginationis spiritualis, tanto macilentiores inueniuntur. Locus in quo animã repleri deberent pinguedine & adipe spirituali, est pax & tràquillitas claustris. Sed acediosi quãto magis ibi sunt, tanto magis inueniuntur macilenti. Quod bene ostendit ignis tribulationis quẽ sustinere non possunt, quin statim per irã exuratur. ¶ Octa-

uum est, quòd in statu in quo nõ solum currere, sed etiam uolare deberet uiri contemplatiui, cum aues spirituales sint, pigri & tardi efficiuntur. Etia illi qui strenui erant in seculo, interdũ desidiosi efficiuntur in claustro. ¶ Nonum est, quòd in loco ubi est maior conflictus, securi & somnolenti efficiuntur. In maiori conflictu belli spiritualis sunt claustrales, quàm alii. Plus enim gaudet diabolus quandoque cum claustralem aliquem ad hoc deducit ut mulierem mala intentione tangat, quàm gaudeat de adulterio unius hominis secularis. Sicut ostensum est prius in tractatu de Luxuria. Vnde claustrales nõ debent esse securi: sed cum timore & sollicitudine salutẽ suã operari. ¶ Decimũ est, quòd ipsi uolunt esse otiosi ubi minime locus est otii. Licet aliquis toleret quãdoq; arbores steriles in terra sua deserta: tamen in terra bene culta, sicut in horto, non tolerat eas ullo modo. Sed cõstat quòd claustrũ est uelut hortus conclusus, iuxta illud Cantico. 4. Hortus conclusus, soror mea sponsa. Vnde in claustro minus sunt tolerabiles homines otiosi, qui sunt uelut arbores steriles, quam in aliis locis. ¶ Undecimum est, quòd ibi procrastinates & distantes fiunt, ubi deberet omnino esse parati. Si fatua est procrastinatio siue dilatio senũ in his quẽ pertinet ad salutẽ eorum: quanto magis in claustralibus qui iam

sunt

sunt mortui, iudicanda est fatua crassitatio propriẽ correctionis, uel meliorationis eorũ: ¶ Duodecimum est, quòd ibi præcipue tristes sunt, ubi præcipue uel solum læti esse deberet. In diuino seruitio præcipue locus est gaudii in uita ista: quia ibi præcipue facit homo utilitatem suam.

De octo remedijs contra Acediam.

P A R S I I I.

¶ Sequitur de remedijs contra Acediam, de quibus sufficiat ponere octo, licet sint multa plura. ¶ Primum est, diuersitas occupationum. Hoc remedium habetur in Vitis patrum, ubi legitur quòd beatus Antonius tentatus fuit à spiritibus acediarũ, & residens in eremo dicebat: Domine, saluari desidero, sed uanã cogitationes non permittit me. Quid faciam in tribulatione, uel quomodo debeam saluari, dignanter ostende. Et respiciens uidit quendam astantem torquentem funiculum, qui sibi similis erat: deinde ex opere surgentem & orantem, & iterum sedentem, & plectas facientem de palmis, & inde ad orationem rursus surgentem. Erat autem ille angelus Dei, & dixit ei: Et ita faciens Antoni, saluaberis. ¶ Secundum est, consideratio pœnã futurã. Hoc habemus Ieremiã 1. ubi legitur: Quid tu uides Ieremia? Et dixit, Virgam euigilantem ego uideo. Virga euigilans à somno acediarũ uel pigritiã, est consideratio pœnã futurã. ¶ Tertium

est, consideratio æterni præmii. unde August. Labor te terret, uide mercedem. Et Genes. 15. Factus est sermo domini ad Abraham per uisionem dicens: Noli timere Abraham: ego protector tuus, & merces tua magna nimis. Si terret pigrum labor, attrahat eum merces. Secundum & tertium similiter habemus in Vitis patrum: ubi dicitur quòd quidã frater interrogauit abbatẽ Achilem, dicens: Cur sedens in cella mea patior acediam? Cui senex: Quia nondum uidisti requiem quam speramus, neque tormenta quã timemus. Si enim ea inspiceres diligenter, & si uermibus plena esset cella tua usq; ad collum, etiam in ipsis permanceres sine acedia iacens. ¶ Quartum est, societas bonorum. Hoc remedium possumus habere ex isto uerbo Exod. 17. ubi dicitur, quòd pugnãte Iosue cõtra Amalech, orabat Moyse leuans manus ad dominum, cuius manus graues erant: sed Hur & Aaron sustentabãt manus eius ex utraq; parte. Per quos signantur duo genera hominũ, quorum societas amanda est. Per Hur qui interpretatur lumen, significatur illi qui ministrant lumen doctrinã. Per Aaron qui interpretatur mons fortis, significatur illi quorum interuentu uenit homini auxilium. iuxta illud, Leuauit oculos meos in montes unde ueniet auxilium mihi. Illis ergo qui manus habent graues ex acedia, necessar

cessarium est ut habeant tales in societate sua, qui eos exemplo suo & doctrina illuminet & orationibus iuuent. ¶ Quintum est, exemplū illius qui piger nō fuit, sed exultauit ut gigas ad currendam uiam. Hoc remedium habemus Matt. 26. ubi dominus dixit discipulis: Non potuistis una hora mecum uigilare? Cum domino uigilare, est exemplo eius à somno acedie cauere. Hoc remedio utitur Apostolus ad Hebr. 12. dicēs: Recogitate eum qui talem sustinuit à peccatoribus aduersus semetipsum cōtradictionem, ut non fatigemini animis uestris deficientes. ¶ Sextū est cōsideratio periculorū, in quibus sumus in præsenti, quod dominus insinuat Mathæi 26. ubi dicit, Vigilate & orate, ne intretis in tentationem. Tria genera periculorū consueuerunt specialiter homines excitare à somno. Periculū aquæ, ignis, & latronū: quæ pericula specialiter nobis imminēt. Non enim est dies in quo fluctus malarū cogitationū super caput cordis nōstri non ascendat. Non est etiam dies in quo ignis prauorū desideriorū in domo conscientie nostræ nō succendatur. Latrones etiā semper adsunt. Etiam illi qui deberent esse seruitēs nostri deprædantur nos, unde Thren. 3. Oculus meus deprædatus est animā meam. ¶ Septimum remedium est amor Dei, quod docet nos dominus Leuitici 6. ubi dicitur,

Ignis in altari meo semper ardebit, quē nutriet sacerdos, subiciens ligna mane per singulos dies. Deus uult quod semper in altari cordis ardeat ignis feruoris. Hunc ignem debet nutrire sacerdos in suis subditis: uel quilibet in semetipso subiciens ligna per singulos dies recolendo beneficia Dei quibus debemus respondere: uel mala nostra recordando, pro quibus Deo satisfacere debemus, uel promissā præmia quæ promereri debemus. Præcipuè deberent in nobis istum feruorē accendere, beneficia quæ nobis Christus exhibuit in carne mortali assumpta. Vnde Bernardus: Quid nobis nō stauē, cūm recordati fuerimus infantilium necessitatū Christi, laborē in prædicando & exterorum? Quis amplius gemit dicēs: Nimum ieiunamus, nimum uigilamus? cum millefimæ parti debitorum respondere non ualeamus. ¶ Octauum & summum remedium est gratia Dei. Hoc remedium insinuat nobis Bernardus super Cantic. ibi, Trahe me post te, dicēs in persona eorum qui pigri sunt: Opus habemus trahi: quia refriguit parumper ignis amoris tui: nec ualemus à facie frigoris huius currere, sicut heri & nudius tertius: curremus post ea, cūm reddideris latiniā salutaris tui, cūm redierit melior temperies gratiæ. Vnde cūm aliquis sentit se segnē uel acediosum, instare debet orationi co-

ram

ram Deo, ut orādo impetret gratiam quæ ab eo expellat acediā. Et notandum quod omnia quæ dicta sunt ad detestationē acediæ, possunt esse remedia cōtra acediā: ideo de remediis Acediæ hic finem facimus.

De indiscreto feruore: qui acedia uidetur esse contrarius,

PARS IIII. quæ habet quinque capitula.

De feruore indiscreto, de his quæ exiguntur ad hoc ut aliquis Deo discretè seruiat. CAP. I.

Sicut in uitio auaritiæ tractauimus de uitio prodigalitati, eod quod auaritia & prodigalitas uitia sunt opposita: sic cum acedia tractabimus de indiscreto feruore. Acedia enim & indiscretus feruor quodammodo uidentur esse uitia opposita. Ad cuius detestationem ualere possunt. Primo testimonia scripturarū: sicut illud ad Rom. 12. Rationabile sit obsequiū uestrum.

¶ Tria sunt quæ exiguntur ad hoc ut homo cum discretione & rationabiliter Deo seruiat. Primum est, nobilitas personæ cui seruitur. Vnde honor regis iudiciū diligit, scilicet iudiciū discretionis. Secundū est, humana natura est, & ideo rationabiliter operari debet. Plus debet inniti sapientiæ, quàm fortitudini. Bellinum enim est uiribus decerere, sicut dicit Philosophus. Tertio requirit hoc ipse hostis con-

tra quem pugnā habemus: diabolus enim contra hominē pugnat potius astutia & sapientia, quàm uiribus: ideo & nos sapientia contra eum pugnare debemus, non uiribus: uires enim nō sufficerēt resistere sapientiæ: quæ melior est sapientia, quàm uires: & uir prudens, quàm fortis. Sapient. 6. Ad signandū quod Deo non placeant opera sine discretione facta, nō offerebatur in lege animal cæcum. Ideo etiam in omni sacrificio offerebatur sal. Sale condiuntur cibi ut hominibus bene sapiāt: per quod signatur discretio, quæ facit opera grata Deo. Ad idem Prou. 4. Palpebræ tuæ præcedāt gressus: id est, cōsidera opera tua. Et illud Apostoli 1. ad Timot. 5. Noli adhuc aquam bibere, sed uino modico utere. Glos. Prudenter sibi uult Deus seruire: non in nimietate, ne debiles fiant, & post medicorum suffragia quærāt. Tēperandum est enim, ut si fieri potest, ceptū obsequiū gradatim prouehatur, potius quàm in confidē ratione minuat. Ad idē 1. Petr. 4. Charissimi, nolite peregrinari in feruore qui ad tentationem uobis fit. Et Eccl. 7. Noli esse iustus multum. Ibi dicit gl. interli. quod summa iustitia, summa iniustitia est. Sunt aliqui qui in nullo uolūt cōdescendere carni, quorum iustitia magna iniustitia est. Ad idem potest ualere illud philosophi: Arbitror primo in uitia utile esse, ne quid nimis.

De

De multiplici malo quod ex indiscretione feruore provenit.

C A P. II.

Secundo potest ualere ad detestationem indiscreti feruoris, si ostendamus mala quæ ex eo sequuntur. Et ostendit beatus Bernardus quatuor mala ex eo sequi, dicens: Qui ex indiscretionis uitio ieiunia & uigilias & huiusmodi sic agit, ut deficiente spiritu uel corpore languente, spiritualia impediatur, abstulit corpori suo boni operis effectum, spiritui affectum, proximo exemplum, Deo honorem: sacrilegus est, & omnium bonorum in Deum reus. Sacrilegus talis dicitur, qui uiolat templum domini, scilicet corpus suum. Salomon etiam ostendit quod malum sequitur ex feruore infirmitatem corporis sui seu animæ incurrit. Et licet ex festinatione sequi possit casus in quocunque ambulante; tamen præcipue in eo qui per scalam uadit. Præterea talis casu suo multum descendit. Vnde cum conuersio uiri religiosi sit quasi ascensus per scalam, cum discretionem debet ascendere. Si enim per infirmitatem corruat, ipse descendit usque ad initium scale. Oportet enim eum comedere carnes, & talia facere quæ faciebat in seculo. Vnde dicit beatus Bernardus: Nemo repen-

te fit summus. Ascendendo, non uolando, apprehenditur summitas scale. De indiscreta etiam festinatione legitur Proverbiorum 13. quod substantia festinata minuetur. Et eiusdem 20. Hereditas ad quam festinatur in principio, in fine benedictione carebit. Et licet ista festinatio in omnibus timenda sit, præcipue tamen in nouitiis. Ille qui equum suum nimis fatigat in mane, non uidetur facere in die bonam dietam. ¶ Sequitur etiam ex indiscreto feruore, peccatum superbiæ & uanæ gloriæ. Vnde quidem corpus non frangendum, sed regendum est. Sint ergo moderata ac sancta & simplicia in omni humilitate ieiunia, quæ ita corpus attenuent ne animam eleuent, ne res humilitatis gignat superbiam, & uitia de uirtute nascantur. Quæ supererit spes salutis, si ipsa animæ remedia uenena sunt? ¶ De superbia etiam talia dicit Bernardus. Quæ maior superbia, quam unus homo toti congregationi iudicium suum præfert? tanquam ipse solus habeat spiritum Dei? ¶ De uana etiam gloria dicit beatus Bernardus ad fratres suos: Non legis in regula nostra, quod quicquid sine uoluntate & consensu patris spiritualis sit, uana gloriæ imputabitur, non mercedi. Et Matthæi 6. Exterminant facies suas ut appareant hominibus ieiunantes. Sequitur etiam ex feruore indiscreto scâdalum

alio

aliorum, & maxime in congregatione. Bernardus de talibus: Hi sunt unitatis diuisores, inimici pacis. Casus etiam unius talium multos exteret & tepescere facit à desiderio proficiendi. Et cuius exemplum debuit alios attrahere, facit eos formidare austeritatem religionis, ut adimpleatur illud Psalmi. Posuisti firmamentum eius formidinem. Videtur etiam sequi ex feruore indiscreto quædam idololatria. Vnde Bernardus: Scelus est idololatriæ non acquiescere, & quasi peccatum ariolandi nolle obedire. Et subdit: Eant nunc qui se faciunt religiosiores aliis, qui non sunt sicut ceteri hominum: ecce pagani & idololatræ sunt. Et 1. Regum 15. dicit Samuel, quod peccatum ariolandi est repugnare, & quasi scelus idololatriæ nolle acquiescere. Sequitur etiam ex indiscreto feruore quandoque rapina. Iudicium enim quod debet esse apud patrem spirituales, usurpant sibi tales personæ, & id cui renuntiauerunt iterum sua authoritate reassument. Vnde Bernardus. Qui uestri curam semel nobis commisitis, quid rursum de uobis uos intronititis? Et ut breuiter dicam, Non habet calidus hostis effugacius machinamentum ad tollendam de corde dilectionem, quam si efficere possit ut in ea incautè, & non cum ratione ambuletur, sicut dicit beatus Bernardus.

De duodecim stultitijs indiscreti feruoris.

C A P. III.

Tertio possunt ualere ad detestationem huius uitii stultitiæ quæ ostenduntur in his esse qui laborant hoc uitio, quæ sunt duodecim. ¶ Prima est, quod ipsi contra ordinem ecclesiæ crucem lumini præferunt, uel potius sine lumine ferunt. Ordinatum est in ecclesia quod lumen cruci præferatur, ad significandum quod lumen sapientiæ cruci penitentiam præferendum est. Vnde legitur in fine Pro. de sapiente muliere, quod ipsa operata est consilio manuum suarum. Manus sunt quæ non solum habent cognitionem, sed etiam operationem bonam, quorum consilio præcipue acquiescendum est. Ex hoc uero quod tales crucem penitentiam sine lumine consilii ferunt, accidit frequenter, quod ipsi innocentem crucifigunt qui latronem crucifigere debuerunt, scilicet nouum hominem, qui debuerunt crucifigere ueterem. Vetus homo intelligitur ex peccatis compositus, uelut ex membris. Vnde ad Col. 2. Mortificate membra uestra quæ sunt super terram &c. Homo nouus intelligitur compositus ex uirtutibus, uelut ex membris. Nouus ergo tunc crucifigitur, quando per nimiam afflictionem abstinentiæ uirtutes operari non possunt. ¶ Secunda stultitia est, quod ipsi assumunt arma nimis ponderosa, quæ pondere suo eos deiciunt, & quæ debent

V u reur

runt eos ab hoste protegere, potius eos capi ab hoste faciūt, nō attendentes quod fecit Dauid. 1. Reg. 17. qui Saul nimis ponderosa arma deposuit, quibus depositis Goliā deuicit. Sic aliqui deuincerēt diabolū cum mediocritate ieiunorū & uigiliarum, qui cum nimietate per irā uel impatientiam deuincuntur. ¶ Tertia est, q̄ quū ipsi habeāt equū ualde impetuōsum, non curant tamen frānū imponere ei, sed solū calcaribus sunt contenti, quum tamen constet frānum nō minus necessarium esse equo, quā calcaria. Non minus periculōsum est alicui inter hostes esse sine frāno, quā sine calcaribus. Bern. Bonæ uolūtati non semper credendum est, sed frānanda & regēda est maxime in incipiente. Iac. 3. Frāna in equorū ora mittimus ad sentiendum nobis &c. ¶ Quarta est, q̄ cum infirmitas quæ est ex calida causa, periculōsior sit, quā illa quæ est frigida: ipsi tamen se sanos omnino putant, licet ex calida causa infirmentur. Acedia enim uelut infirmitas est ex causa frigida. Vnde tepiditas uocatur. Indiscretus uerō feruor, est uelut infirmitas ex calida causa: & ideo periculōsior esse uidetur. ¶ Quinta est quod cum ipsi habeant dominū ditissimū & liberalissimū, credunt tamen placere ei si seruiētes illius adeo fame affligant, q̄ impotentes fiant ad seruicndū ei,

quū tamen sciant hoc nō placere hominibus pauperibus atq; auarīs etiam de iumentis suis. Nullus enim uult ut iumentum suū tantum ieiunet q̄ ei seruire possit. ¶ Sexta est, q̄ quum magis periculōsum sit nauem esse nimis oneratam quā uacuan: ipsi tamen nō curāt cauere nauis: à periculo nimii oneris. Homo in mundo isto est uelut nauis in medio mari. Vnde facta est quasi nauis inquitōris. Hoc dicitur de sapiente muliere, Pro. uer. cap. ulti. Imminet autē huic naui duplex periculū: scilicet submersiōnis ex nimio onere, & euersationis per fluctus tentationum ex uacuitate. Sed tales periculo submersiōnis non curant subuenire. ¶ Septima est, q̄ ipsi iudicant cibum esse subtrahendum filiis Dei, qui digni essent cibari auro & argento, & potari balsamo: iuxta illud Bernard. Da mihi alterum Timotheum, & ego eū si uis cibo auro, & potu balsamo. Ad cumulū huius stultitiæ facit hoc, q̄ ipsi uident tot filios diaboli qui omni bono sunt indigni, ita largē bona domini sui expēdere. ¶ Octaua est, q̄ quū ipsi uelint multū Deo seruire: ita tamē uolunt ei seruire, q̄ nō possint ei diu seruire. Sapiens: Quid stultius, quā quod libenter facias, curare ut diu facere nō possis? ¶ Nona est, q̄ quum equis suis subtrahunt auenā, uolunt facere maiorē dietā tam male pro-

por

portionātes ea quæ asino debentur, scilicet cibaria, uirgam & onus. Virgā & onus duplicant, cibaria autē dimidiānt, de his habetur Ecclē. 13. Cibaria uirga & onus asino &c. ¶ Decima est, q̄ ipsi se perfectos nō æstimāt, nisi magistruū suum Christum excedant, cū scriptum sit Luc. 6. Perfectus omnis erit si sit sicut magister eius. Constat cuilibet fidei Christi perfectissimū fuisse, & tamen comedebat & bibeat mediocriter. ¶ Undecima est, q̄ ipsi credunt se ipsos esse sanctos nō posse, nisi prius fuerint homicidæ. Si ille qui auferret uitam alicui quo uicturus esset per annum, homicidæ reputaretur: Quāto magis ille qui nimis ieiunet & afflictionibus efficit ut decem annis citius moriatur quā esset moriturus? ¶ Duodecima stultitia est, quod quum ipsi alius boni sint, & cancant a nocumento omniū: tamen sibi ipsi mali sunt & immisericordes. Sed qui sibi nequā, cui bonus? Ecclē. 14.

De malis que faciunt delicata cibaria. CAP. IIII.

Sciendum est, quod in cibis qui sumuntur ualde timenda est delectabilitas, quia frequēter nimis sumitur de cibis delectabilibus. Præterea, consolatio in cibis delectabilibus, quandoq; prohibet hominē à diuina consolatione. Secundū Bern. Nimis delicata est diuina consolatio, quæ non datur admittentibus

alienā. Sed si quis in cibos quos sumit in quātitate & in ardore caueat, & creatori de creaturis quas sumit gratias agat, nō solū absq; peccato, sed etiā meritorie potest sumere de cibis illis quātū necesse est ad sustentationē corporis sui. Deus enim creauit cibos ad percipiendū cū gratiarū actione fidelibus, i. ad Tim. 3. Et ut breuiter dicā, sic debemus habere corpus sicut egrū comedentē, cui multum uolētū inutilia sunt neganda, utilia uerō etiam nolētū sunt ingerenda.

De condescensione patrū spirituum circa fratres. CAP. V.

Et notandum quod sicut apud religioſos uiros præcipue oportet nouitios cauere ab indiscreto feruore: sic oportet patres spirituales condescendere fratribus quandoque. Vnde legitur de beato Antonio, q̄ quidam uenator uidit eum gaudere cum fratribus suis, & displicent ei. Cui Antonius uolēs ostēdere, quod quandoque oportet eum condescendere fratribus, ait: Pone sagittam in arcu, & trahere. Et fecit sic. Et rursus dixit, Trahe. Et traxit. Et rursus, Trahe, dixit. Et respondit sagittarius: Si supra mensuram traxero, frangetur arcus. Et respondit Antonius: Ita est de opere Dei, si supra mensuram tendimus, fratres deficiunt. Expedit ergo aliquādo laxare rigorem. Simile est de chordis citharæ, quæ si parum tendantur, raucæ

sonant: si nimium, rumpuntur: si moderatè, dulcem sonum reddunt. Impetus animi obice inuenit: intumescit: ideo aliquid libertatis concedendum est interdum fratribus, ne sicut accidit in dolis feratis, circuli in eis rumpantur, & fundus exiliat. Castanea non incisa in igne posita, aut crepat aut exilit. Dicitur etiam quod terræ motus fiat ex multis uaporibus in uisceribus terræ meatum non habentibus: ideo oportet homines ab hominibus non nimis coartari, imò aliquis locus relinquendus est gratiæ Dei & libertati arbitrii.

TRACTATUS VI. de Superbia.

Quare uitia sic ordinentur, & de radicibus uitiorum. Et de ordine dicendorum de superbia.

PARS I.



DICTO de uitio Gulae, Luxurie, Auaritiæ, & Acediæ, dicendum est de tribus uitiiis sequentibus, scilicet uitio superbiæ, inuidiæ & iræ. Cuius ordinis ratio sic potest manifestari: Sicut uirtus secundum Augustinum amor est ordinatus: sic uitium est amor inordinatus. Amor uero duabus de causis potest esse inordinatus. Est enim inordinatus si sit amor mali. Licet etiam amor boni sit, est tamen inordinatus si sit nimis uel nimis paruus: & hoc secundum duas species

bonorum: quædam autem bona sunt parua, scilicet temporalia seu corporalia: quædam uero magna: ut sunt bona gratiæ & bona gloriæ. Bona uero gratiæ intelligimus ipsam gratiã & opera meritoria. Amor ergo magni boni inordinatus est, si sit paruus. Et talis amor uidetur esse radix in uitio acediæ. Acedia enim uidetur esse paruus amor magni boni: unde & tepiditas uocatur. Amor uero parui boni inordinatus est, si sit minus. Et iste amor uidetur esse radix in uitio gulae, luxurie, & auaritiæ. Et diuersificatur amor iste, quia bona parua amari possunt quo ad dominium seu possessionem, uel quo ad usum delectabilem. Primo modo amat ea auarus. Secundo modo gulosus & luxuriosus. Vitium uero gulae & luxuriæ in hoc differunt: quia uitium gulae est amor inordinatus delectationis, qui est secundum gustum. Vitium uero luxuriæ est amor precipue illius delectationis quæ secundum tactum est. Amor uero qui est inordinatus, eò quod est amor mali, uidetur posse distingui in amorem proprii mali & alieni mali. Sed quia nullus proprium malum amat in quantum tale: sed quantum: ideo, quia estimat illud esse bonum corpori, ideo tantum alieni mali amor radix est in tribus uitiiis quæ sequuntur. Et diuersificatur per hoc quod in superbiæ peccato est amor proprii boni cum alieno malo. Amat enim superbus sui exaltationem, & proximi

deiectionem.

deiectionem. In peccato uero iræ & inuidiæ est amor alieni mali pure. Sed in hoc uidetur differre illa duo uitia: quia in peccato iræ amor alieni mali originem uidetur habere à malo alterius. Ille enim qui irascitur alicui, ideo ei uult malum, quia malum ab eo recipit. Ita enim est appetitus uindictæ. In peccato uero inuidiæ amor alieni mali ortum habet à propria malitia, scilicet à superbia. Inuidus enim ideo uult malum alterius, ne ille sibi parificetur. Unde peccatum inuidiæ in materia communicat cum peccato iræ, sed sine recipit à peccato superbiæ. His habitis de factis potest uideri ratio quare de superbia, ira, & inuidia posterius tractetur: quia hæc tria uina amoris nostri inordinatum reddunt ad inordinatum reddunt ad nos ipsos: inordinatio uero alicuius in se prior est quam inordinatio in se ipsius ad alium. Præterea prius est quod animale, deinde quod spirituale. Unde quæ quatuor prima uitia humana sunt, & ita quodammodo carnalia, in ordine doctrinæ priora sunt. Tria uero quæ sequuntur, quæ diabolica sunt & spiritualia posteriora sunt. Et inter ista tria, prius est uitium superbiæ, quia est occasio aliorum. Et quia præcedentibus magis assimilatur, ideo de ipso primo dicemus. Et hoc ordine. Primo ponemus ea quæ ualent ad detestationem superbiæ. Secundo

ponemus diuersas diuisiones pertinentes ad hoc uitium, & de membris eius prosequemur. Tertio tangemus aliquid de rebus contra superbiã.

De his quæ ualent ad detestationem Superbiæ in communi.

PARS I. quæ habet duodecim capitula.

Quomodo se habeat Superbia ad bona.

CAP. I.

AD detestationem uero huius uitii, Primo ostendemus quomodo ipsum se habeat ad bona, quomodo ad cætera mala, quomodo ad diabolum, quomodo ad proximum, quomodo ad Deum, quomodo ad proprium subiectum. ¶ Notandum ergo quod uitium superbiæ, si iam sunt bona in aliquo expellit: si non sint, ea intrare non permittit: si qua remanent, falsificat & inquinat. Ad primum pertinet illud Augustini: Alta sicantur, & ita replentur. Et illud Bernar. Superbia siue iam existens, siue non, semper causa erit subtractæ gratiæ. Nunquid qui humilibus dat gratiã, humili aufert datã? Ergo argumentum est superbiæ subtractio gratiæ. Et illud Greg. Sicut humilitas omnia uitia eneruat, omnèsque uirtutes colligit & roborat, sic superbia omnes uirtutes destruit & eneruat. Ad secundum pertinet illud, Timor infusa repellit. Sicut humilitas non solum gratia est, sed etiam uas aliarum gratiarum: sic superbia non solummodo est malum, sed impedi-

Vu 3 men

mentum etiam bonorum. Vnde quidam sapiens ait Alexandro, quum agnosceret eum superbium: Deus præsto est largiri sapientiam, sed non habes ubi eam recipias. Quod autem superbia bona falsificet, patet per hoc, quod ea quæ sunt de genere bonorum, si ex superbia procedant, ut scilicet fiant propter uanam gloriam, non sunt meritoria, imò demeritoria, & uidetur homo diues esse, & nihil habet. unde Bernardus: Magna uirtus humilitas, sine cuius obtentu non solum uirtus non fit, sed etiam in superbia erumpit. Quod etiam superbia bona inquinat, patet per illud Poëtæ: Inquinat egregios adiuncta superbia mores. unde quidam: Si tibi gratia, si sapientia, formaque detur, Inquinat omnia sola superbia si comitetur. Superbia est uelut quedam uestis maculata, qua superbi se & suos induunt. unde Ecclesiasti. 14. Qui communicauerit superbo, induet superbiam. Et ualde mirum est de superbo qui super omnia amat honorē, quomodo uestem ita maculatam uult induere, quæ quicquid in eo est, maculat? Præterea quum ipse uestem istam pallo humilitatis operiat, iuxta illud Grego. Gloriosa res est humilitas, qua si palliari appetit superbia, uilescat. Mirum est, quomodo superbus uestem superbiæ ex toto non deponit, & uestem humilitatis non assumit.

Quomodo uitium superbiæ se habeat ad alia uitia.

C A P. II.

Sequitur uidere quomodo uitium superbiæ se habeat ad alia uitia. Notandum ergo quod uitium superbiæ quasi rex est uitiorum. Vnde maximum peccatum uocatur in Psal. ubi dicitur, Emundabor à delicto maximo: id est, à superbia, dicit glo. Et coronam dicitur habere, sed maledictam. De qua legitur Esaiæ 27. Væ coronæ superbiæ. Et ad modum regis quando hoc uitium uenit ad aliquem, non solum uenit, sed adducit magnam societatem uitiorum. Vnde Ecclesiasti. 10. Initium omnis peccati est superbia. Qui tenuerit illam, adimplebitur maledictis: id est, uitii. ubi dicit glo. De superbia nascuntur hæreses, schismata, detractiones, inuidia, uerbositas, iactantia, & contentiones, & huiusmodi. Bernardus, Initium omnis peccati & causa totius perditionis est superbia. Propterea quisquis es qui salutem tuam studeas operari aduersus hanc, super caput tuum cornu crucis habere memento, ut non cleueris in superbiā. Hoc uitium etiam ad modum regis magnas expensas requirit, ita quod superbis hominibus non sufficiunt episcopatus, archiepiscopatus, uel regna. unde Ecclesiasti. 21. Domus quæ nimis locuples est, adnihilabitur superbia. Et quum superbia maioræ

expen

expensas requirat, quàm cætera uitia: tamen minus utilitatis habet. Ex uitii quæ pertinent ad concupiscentiā carnis uel concupiscentiā oculorum, consequitur utilitas saltem corporis: superbia autem animæ nocet, corpori uero non uidetur prodesse, unde Sapi. 5. dicunt damnati in inferno: Quid profuit nobis superbia, aut diuitiarum iactantia quid contulit nobis? Vitium superbiæ postquam dominium habet in aliquo, non amittit illud de facili: sicut reges de facili non amittunt castrum, quod semel possident, quia potenter illud defendunt. Vnde Eccle. 3. Synagoge superborum non erit sanitas. Si in tanto timore & angustia sunt infirmi, quum infirmitas eorum incurabilis esse dicitur, in quāto timore deberēt esse qui uitio superbiæ laborant, quum Spiritu sanctus dicat eis, quod uitium illud non faceret? Vitium etiam superbiæ caput est antiqui serpentis, cuius capitis contritioni maximè est insistendum. unde dictum est Genesi. 3. serpenti de muliere, quæ ecclesiæ tenent figurā, Ipsa conteret caput tuum. Serpens modica percussione capitis extinguitur. Si autē capiti parcatur, frustra cætera membra eius percutionur: amputata autem cauda, nihilominus uiuit. Similiter frustra alia uitia à se amputare nituntur, qui superbiā in se relinquunt. unde Hieronym. Lubricus

est antiquus serpens, & nisi capite teneatur, totus statim illabitur. Et Eccle. 21. Quasi à facie colubri, fuge peccatū. In colubro caput præcipuè fugimus: sic superbia præcipuè fugienda est, quæ est caput uitiorum. De hoc capite potest intelligi illud Eccle. 30. Non est caput nequius super caput colubri. Contrito hoc capite, cætera uitia facile extirpantur. unde Ioannes Chrysostr. Tolle hoc uitium, ut non uelint homines apparere hominibus, & sine labore omnia uitia rescantur. Vitium superbiæ est primogenitum Pharaonis, in morte cuius filii Israhel liberantur. Goliath in frōte percussus à Dauid cecidit in faciem suam, & præualuit Dauid aduersus eum, ut legitur 1. Reg. 17. Sic qui superbiā quæ caput diaboli est, in se uiriliter percusserit, aduersus diabolum præualebit. Superbia etiam turris est Babel. De qua legitur Genesi. 11. cuius culmen attingit cælum: quia hoc uitium etiam cælestes uiros & spirituales impugnat: iuxta illud Greg. Superbia natione cælestis cælestes appetit mētes. Cætera uitia quādo sunt cum superbia, se habent sicut domus expugnatur, quæ non de facili expugnatur, quia turris defendit eam: sic uitia quæ sunt cum superbia, de facili non expugnantur, quia ea superbia defendit: sicut patet in usurariis & raptoribus qui ab usuris & rapinis cessare nolunt: quia si ab eis cessare

V u 4 rent,

rent, inter uicinos suos honorificè uiuere non possent, ut ipsi dicunt. unde manifestum est, quod superbia peccatū rapinæ & ultræ cōseruat in eis. Ideo necesse esset ut prædicator conaretur diuere turrim superbię in talibus personis, qua diruta nulla pars castrorū huiusmodi teneret. Supbia primo animā aggredit, & ultima cessat ab ei⁹ impugnatione. unde super illud P̄sal. Si mei nō fuerint dominati &c. dicit gl. Vitium superbię ultimum est reuertitibus ad Deum, & primum recedētibus. Aliis uitiis in fugam conuersis, sola superbia in campo remanet, non cessans ab impugnatione hominis, dum ipse uiuit. unde quidam: *Quum bene pugnaris, cū cuncta subacta putaris, Quæ prius infestat, uincēda superbia restat.* Superbia fuit primum peccatum, iuxta illud Eccle. 10. Initium omnis peccati est superbia. Etiam non uidetur aliquod peccatum esse absq; superbia: quia omne peccatum est, aut ex omissione, aut ex transgressione: & in utroque casu non uidetur esse sine inobedientia, quæ non uidetur esse sine superbia. Vnde nullum peccatum uidetur esse sine superbia. Et ut breuiter dicamus, superbia est causa omnis peccati. Vnde dicit Gl. super illud P̄sal. Si mei non fuerint dominati. &c. Superbia est initium omnis peccati, & causa: qua qui caret, uerè est immaculatus.

Quomodo superbia se habeat ad diabolum. CAP. III.

NOtandum, quod superbia finguntur est quo diabolus suorum distinguit ab aliis. Vnde legitur Iob 41. de ipso, quod ipse est rex super omnes filios superbię. Et Greg. Euidētissimum signum reproborum, superbia est: humilitas, electorum. Cū ergo quis quisq; habeat cognoscitur, sub quo rege militat inuenitur. Vnusquisq; quasi quendam titulū portat operis, quo facile ostendat sub cuius seruiat potestate rectoris. unde in magno dolore & timore esse debet, qui se cognoscit superbum. Superbia est uelut quædam imago diaboli. Vnde homo superbus expresse est similis diabolo: iuxta illud Greg. Apostata angelus similis efficitur homo, dum homo hominibus similis esse dedignatur. Diabolus etiam in homine superbo quiescit quasi ad umbra. Superbia enim uelut mons est, soli iustitię oppositus, lumē gratiæ repellens, unde umbram facit diabolo. De qua umbralegitur Iob 40. Sub umbra dormit. Superbus est etiam monitio diaboli ferè impugnabilis, eo quod in altitudine montis superbię situs sit.

Quomodo se habeat superbus ad proximum. CAP. IIII.

Superbus coangustat proximum, dum se dilatat: & dum se ei præponit, quasi quoddam onus ei imponit. De dilatione superbi

superbi legitur Mat. 23. Dilatant enim phylacteria sua, & magnificanc fimbrias. Et Prou. 24. Qui se iactat & dilatat, & iurgia concitat. De onere uerò superbi dicit Sapiens: Qui se supra modū extulerit, premere ac deprimere uidetur. Supra modum ille se extollit, qui extollit se supra debitam mēsuram. De tali dicitur uulgariter: Iste homo sedet mihi super meū collum. Superbus etiam proximum corde cōtēnit, uerbis molestat & factis. Ad primum pertinet illud Eccle. 13. Sicut abominatio superbo est humilitas: sic execratio diuitis est pauper. Verbis aut molestat superbus proximum multipliciter, & se iactando, & cū eo litigando, & contumelias ei dicēdo. Ad primum pertinet illud Amos 6. Nunquid in fortitudine nostra assumpsimus nobis cornua? Et illud Eccle. 11. Sicut eructant præcordia foetentū, & superborū cor. Ad litera: stomachus uento sitate inflatus eructare solet, sic & homo superbia inflatus uentosa uerba emittit. Ad secundum pertinet illud Prou. 13. Inter superbos semper iurgia sunt. Ad tertium pertinet illud Prou. 11. Vbi fuerit superbia, ibi & contumelia. ¶ Factis similiter molestat superbus proximum multipliciter, & corporaliter eum affigendo, & iniis eum spoliando: Ad primum pertinet illud Prouer. 22. Arma & gladii in uia superbi: cultos autem anime suę

longe recedit ab eis. Et illud Eccle. 18. Effusio sanguinis in rixa superborum. Ad secundum pertinet illud Prouerborū 16. Melius est humiliari cum mitibus, quàm diuidere spolia cum superbis. Nec solū superbi molestant proximos, imò etiam occasio sunt ut ab aliis molestentur. unde illud, Quicquid delirant reges, plebsitur Achiu. Et illud P̄sal. Dū superbit impius, incenditur pauper. Quomodo superbi se habeant ad proximos, satis ostendit P̄salm. dicens: Superbi iniquè agebāt usquequaque. & iterum: Confundantur superbi: quia iniuste iniquitatem fecerunt in me, ego autem exercebor in mandatis tuis.

¶ Descriptio sapientis, & quomodo se habeat superbus ad proximum.

SAPIENS etiam describit quomodo se habeat superbus, dicens: Omnis superbus est intolerabilis, habitu superfluis, incessu pomposus: huic ceruix erecta, facies torua, truces oculi. Pro loco superiori decertat, & melioribus se præferri affectat: sententias suas & facta & uerba iactat: reuerentiam in obsequio non seruat. Non solum malum temporale infert superbus proximo, sed etiam spirituale. Corrupt enim cum suo malo exemplo. Vnde superius dicitur sedere in cathedra pestilentiæ: & superbia uocatur pestilentia, super primum psal-

num, ubi dicit Glo. Pestilentia est morbus late peruagatus, omnes aut penè omnes inuoluens. & subditur: Hic est amor dominandi, quo uix caret aliquis. Fornicatores & usurarii & alii peccatores occultant peccata sua quantum possunt: sed superbus peccatum suū publicè committit, nec de seipso erubescit: & ideo peccatum superbiæ ad eò mundum corruptit, ut iam non reputetur superbia peccatum, q̄ quandoq; magnum peccatum fuisset reputatum, uade ornatus ille uestium qui in primitiua ecclesia pro magno peccato habitus fuisset, hodie non reputetur peccatum.

Quomodo se habeat superbus ad Deum. CAP. V.

NOtandum ergo quòd superbia primam Deo contumeliam intulit, quæ ei illata est in primo angelo. Vnde Tobia 4. Superbiam nunquam in tuo corde, aut in facto, aut in tuo uerbo dominari permittas. Ab ipsa enim initium sumpsit omnis perditio. Nulla contumelia infertur Deo quin absit superbia: quia nullum peccatum committitur sine superbia, sicut ostensum est prius. Superbia Deū impugnat in omni loco, omni tempore, omni persona. Fornicatio aut nunquam aut raro in loco sacro committitur: sed superbia potius cōmittitur in loco sacro, quàm in alio. Tunc enim magis superbe induta in-

cedunt mulieres, quando ad ecclesiam uadunt. Multa etiā sunt peccata à quibus canetur in precipuis solēnitatibus: sed superbia tūc maximè exercetur. Multa enim sunt personæ quæ fornicari dedignantur, quæ tamen peccatum superbiæ recipiunt. Superbia enim latitat sub cinere & cilicio: iuxta uerbum beati Greg. Itē cetera uitia Deo auferunt pauperes & ignobiles: sed superbia auferit ei potentes, nobiles, & diuites. Vnde in montibus Gelboë Saul & Ionathas interfecti sunt: ut legitur 2. Reg. in princip. Item alia quæcunq; iniquitas in malis operibus exercetur, ut fiant: superbia uerò bonis operibus insidiatur, ut pereant: sicut dicit beatus Aug. unde opera de genere bonorum quæ in partem domini cedere deberent, non timet sibi usurpare superbia: imò opus bonum bona intentione inchoatū, quod iam est in manu domini, nititur sibi auferre: & quādoq; diuidit illud opus cū domino, ita ut ipsa habeat illius operis finem, unde dominus habuit principiu. Item sumit inde occasionē Deū impugnandi, unde occasione sumere debuit ei seruiēdi. Ideo enim superbit & contēnit Deū: quia Deus de bonis suis plus contulit illi, quàm quibusdā aliis. Et quia Deus fecit illum gloriosum, ipse uult facere eū ingloriosum. Superbus Deū odit inquantū Deus dicitus est. Nulli enim uult subesse,

& ita non uult sibi Deū p̄esse, nec dominū suum esse. De hoc odio habetur in Psal. Superbia eorum qui te oderunt ascendit semper. Altissimo æqualis esse cupit, dum affectat p̄esse, & nulli subesse. Altissimus enim est qui omnibus p̄est, & subest nulli. Vnde non solū primus superbus æqualis uoluit esse Altissimo, sed etiā quicūq; superbus. Nec solū æqualis, sed etiam superior Deo uult esse. Vnde Bernard. loquens de illo uerbo 3. Thess. Qui extollitur & aduersatur super omne quod dicitur Deus, aut quod colitur. Horret, inquit, humanus intellectus uerbiū hoc, utinā horresceret similiter cogitatuū malignū pariter & affectū. Dico enim uobis quòd nō ille rātū, sed omnis etiā superbus extollitur supra Deum. Vult enim Deus fieri uolūtate suā, & superbus fieri suā. Videtur iam æqualitas, sed uide malā p̄portionē. Deus enim in his quæ ratio approbat suā fieri uult uolūtate, superbus uerò cū ratiōe & cōtra ratiōē. Superbus etiā apostata est à Deo. Vnde Ecclesi. 10. Initium superbiæ hominis, apostatare à Deo. Vnde uerisimile est q̄ finis superbiæ sit ualde malus ex quo initiuū ita malū est. Incipit enim ab apostasia. Superbus tūc apostatat, quādo illius rei in qua solū habet administrationē, sibi usurpat dominuū bona suæ fidei cōmissa proditione sua factus est. Nulli enim uult fidelis ser-

uus, uult esse dominus: unde Deum negat, inquantū dominus est. Item illud quod Dominus specialiter uoluit habere, superbus nō timet sibi affluere, uidelicet gloriam, unde Bernard. Fornicator semetipsum dehonestat, iniuriōsus proximiū uiolat, elatus quātū in se est Deū inhonorat. Gloriā meā, ait Dominus, alteri nō dabo. Et superbus, Ego mihi, etsi nō dederis, eā usurpabo. Sicut humilitas Deū specialiter honorat: sic superbia eum inhonorat. Ecclesiasti. 3. ubi sic legitur: Magna potentia Dei folius, & ab humilibus honoratur. Superbus Deū speciali modo inhonorat. Humilis solā potentia Dei magnam reputat, & ei bona sua attribuit, & eā laudat: & si non exterius, saltē interius, unde Greg. dicit de eò quòd laudes suas tacitus clamat. Vnde dicitur manū suā osculari, Job 31. ubi sic legitur: Si osculatus sum manum meam ore meo, quæ est iniquitas maxima & negatio cōtra Deum altissimū? & dicit gl. ibi: Manum suam ore suo osculatur, qui quod facit laudat: quod est iniquitas maxima: quia auctoris sui gratiam negare conuincitur, quicūque attribuit sibi quod operatur. Superbus sepius ipsum glorificat de bonis quæ à Deo recipit, uel quæ Deus p̄ eū operatur, quàm Deū, unde seipsum quodāmodo deificat dū seipsum p̄ferat Deo, & est idololatra sui ipsius, & idōlum se-

ipsum

ipsum colens. Item sicut dicit Greg. cum omnia vitia fugiant à Deo, sola superbia se opponit Deo. unde Iob 15. legitur de superbo: Tendet aduersus eum manum suam, & contra omnipotentem roboratus est. Cucurrit aduersus Deum erecto collo, & pingui ceruicè armatus. ubi dicit gl. Contra Deum manum tédere, est in operatióe praua, despectus eius iudiciis perseuerare. Cóntra Deū roboratur, qui prosperari in sua mala actiōe permittitur. Erecto collo aduersus Deū currit, dū quæ creatori displicent eū audacia peperat. Pinguis ceruix, est opulenta superbia affluentiis rebus. Sicut amplius displicet alicui principi & maiorem cōtumeliā reputat, quando ab eo qui minoris potētiae & nobilitatis est, ipsius deprædatur castrū, in quo est ipse præsens, quàm si deprædatur alia castra, uel rapiat ea quæ ipsi principi appropriata sunt, ut propriū equū, uel proprias uestes: sic contumelia quam infert Deo superbia, magis displicet ei, quàm cōtumelia illa quæ infert cupiditas uel aliud uitium. Alia enim uitia Deū fugiūt conuertendo se ad creaturā aliam, ut cupiditas ad aurū & argentū, luxuria præcipuè ad delectationes quæ sunt secundum tactum: sed superbia uult usurpare sibi quod Dei est, scilicet dominari, & præstare hominibus. Sicut nō est muris præstare uel dominari

aliis muribus: sic non est hominibus præstare uel dominari aliis hominibus. Vnde Seneca: Si uideris murē dominari uelle cæteris muribus, nūquid risum teneas? ¶ Superbus peccat directè in Deum, & hoc multipliciter. Deus enim ad creaturas cōparatur, ut principium & ut finis. Est enim alpha & o: ut legitur Apocaly. 1. Est etiam dominus. unde David: Qui ascendit super occasum, Dominus nomen illi. Ille qui habet potestatem super mortem, scilicet qui potest restaurare quæ pereunt, uerè dominus est. unde sæpe dicitur in ueteri lege, Ego sum dominus Deus. Hoc est nomen meum. Largitor etiam omnium bonorum est. Superbus peccat in Deū, inquantū Deus principium est, dum opera quorum Deus principium est, sibi attribuit, non attédens illud uerbum Ioannis 8. Ego principium, qui & loquor uobis. Hoc modo peccauerunt in Deū philosophi, qui dixerunt: Linguam nostrā magnificabimus, & labia nostra à nobis sunt. Peccant etiā superbi in Deū, inquantum est finis, dū omnia opera sua faciūt ut uideātur ab hominibus, ut legitur Mat. 23. In Deum uerò inquantū ipse est dominus peccat, dum in se & in rebus suis uoluit habere dominium ubi deberet habere dispensationem solum. Sic peccabant illi qui dicebant: Quis noster Dominus est? In Deum uerò, inquantum ipse est larg

largitor, peccat, quum per dona Dei impugnant eū, accipientes materiā superbiendi, & Deū conténdendi: unde debebant sumere materiā seruiendi ei humiliter & deuotè. Peccant etiā in Deum inquantum ipse largitor est, dum dant ad uoluntatem suam quod dispensare debuerūt secundum uoluntatem Dei.

Quomodo se habeat Deus ad superbum. CAP. VI.

Vltio qualiter superbus se habeat ad Deum, uidendum est: quomodo Deus se habeat ad superbum. Notandum ergo quod Deus uilipēdit superbum & detestatur, odit & abominatur. Ad primum pertinet illud Gregor. Quanto coram hominibus gloriosior, tanto coram Deo & angelis suis eris uilior. Signū huius cōtemptus est hoc, quod Deus superbum deponit, & pauperes & humiles exaltat loco eius. Vnde beata Virgo: Deposuit potentes de sede, & exaltauit humiles. & Ecclesi. 10. Sedes ducū superborū euerit Dominus, & sedere facit mites pro eis. Præterea, uilibus impugnat Deus superbos, ad eorum ignominiam. unde Augustinus: Potuisset Deus uris & leonibus domuisse superbum populū: sed ranas & muscas immisit, ut rebus uilissimis domaretur humana superbia. Vilibus etiam curat eos. Quandoque enim permittit Deus superbos cadere in aliquod turpe peccatum, ut turpi-

tudine illius peccati curetur superbia. Vnde Gregorius, Qui se de uirtutibus extollit, ad humilitatem per uitium redit: qui acceptus uirtutibus se extollit, nō gladio, sed medicamento sibi uulnus facit, quia ergo de medicamento uulnera facimus, facit ille qui de uulnere medicamentū, ut qui de uirtute percucitur, de uitio curetur. Ad quod possumus referre illud quod legitur Ios. 2. Ascendet factor eius, & ascēdet putredo eius: quia superbe egit. Permittit enim Dominus aliquem diffamari super aliquo peccato, ut superbia eius humilietur. ¶ Quod autē Dominus superbū detestetur, habetur Amos 6. ubi legitur: Iurauit Dominus Deus in anima sua, dicit Dominus exercitū, Ego detestor superbiā Iacob. & Prouerbior. 8. Arrogātiā & superbiā, & uiam prauam, & os bilingue detestor. De odio uerò quod habet Deus ad superbum, habetur Prou. 6. ubi sic legitur: Sex sunt quæ odit Deus, & septimum detestatur anima eius, Oculos sublimis. id est, superbiā oculorū. Et Ecclesiast. 10. Odibilis est coram Deo & hominibus superbia. Merito superbia est Deo odibilis & homini, quia Deo & hominibus est iniuriōsa. Deo, quia sibi usurpat quod est eius: scilicet dominium. Homini uerò, quia uult eum sibi subicere, quæ natura ei coæquauit. Vitiū superbiæ adeo est odibile: quod

etiam

etiam à suis odio habetur. Vnus enim superbus odit aliū superbum & eius superbiam: quū tamen duo superbi uelut duo fratres sint in hoc uitio eiusdē patris filii, scilicet diaboli. Vnde in superbo uidetur falsum esse quod legitur Ecclesi. 13. Omnis homo simili suo sociabitur. Et illud etiam quod legitur eiusdē 27. Volatilia ad sibi similia conueniūt. Vnus enim superbus nō amat societate alterius. Humilē uerō ferē omnes diligūt, tanquā rem quā omnibus se subdit. Et quia dum se sub aliis humiliat, quodammodo eos exaltat. Superbus uerē in hoc quod se supra alios exaltat, quodammodo alios deprimat, & ideo intolerabilis est eis. Vnde Philosophus: Habet mens nostra sublimē quoddam, & erectum, & impatiens superioris. Seneca: Natura contumax est animus humanus, & in contrarium atque arduum nitens.

¶ De signis specialis odij quod habet Deus ad superbum.

MVLTA autem signa odij specialis sunt quæ habet Deus ad uitium superbiam. ¶ Primum signum est hoc, quod in presentia ad nihilat eos. Vnde Eccle. 10. Perdidit Deus memoriā superborum. & ibidem: Radices gētium superbarum arefecit. Et in Psalm. Vidi impiū superexaltatū, & eleuatū sicut cedros Libani: & transiit, & ecce non erat: quæsiuit eum, & non est inuentus

locus eius. ¶ Signum etiam huius odij est hoc, quod Deus auxilium ab eis subtrahit. uentū superbiæ specialiter dicitur auferre Deū homini. quia Deus superbum non inuā: ideo dicit magister Hugo de sancto Victore: Superbia auferit mihi Deum, inuidia proximū, ira meipsum. Ecōtrario humilitas Deum habet paratum sibi ferre auxiliū: Cuius causa est hæc: quia humilitas totam gloriam Deo attribuit: & ideo per consēquēs totū pondus laboris & prelij in eum ponit. Eiusdē enim gloria est pugna. dicit Dauid: Dominus uirtutū ipse est rex gloriæ. Humilis habet Deū ut regē gloriæ, quia gloriā ei reddit. Ideo Dominus se habet ad eū ut Dominus uirtutum: quia per eum uirtutem operatur. Superbus uero se regem gloriæ constituit: & ideo Deus ei renuit esse Dominus uirtutum. Non solum Deus superbo auxiliū subtrahit. imō etiā superbis resistit, humilibus uerō dat gratiam. Sicut natura nihil uacuum esse patitur, quin repleat illud: sic gratia non patitur uacūū humilitatis, quin repleat illud. Si superbus sibi relinqueretur ut nec à Deo iuaretur, nec ei resisteretur, ipse non posset ascendere cælū: quāto minus cum Deus ei resistat: Nec tamen miremur si Dominus superbū finat ascendere ad aliquā dignitatē. Tollitur enim in altū, ut lapsu grauiore ruat. Signum etiam

etiam huius odij est hoc, quod uterque aduentu Domini cōtra superbiam est specialiter. In primo aduentu uenit ipse ut medicus omnū, leniter sanās superbiam, exēplo humilitatis suæ. unde Greg. Propter magnū peccatū superbiæ Deus humilis uenit. Iste ingens morbus animarum omnipotentem medicū de cælo deduxit, usque ad formā serui humiliavit, contumelias egit, ligno suspēdit, ut salute tantæ medicinæ curetur hic tumor. Iā tādē erubescat homo esse superbus propter quem factus est humilis Deus. Secundus etiā aduentus erit cōtra superbiam nō sanandam, sed puniendam. Vnde Esa. 2. Dies Domini exercituum super omnē superbum & excelsū, & super omnē arrogatē, & humiliabitur. Signū etiam huius odij est hoc, quod Dominus tot cōminatiōes facit superbiam. Vnde Michea 1. Calcabit Dominus super excelsum terræ. & Esa. 28. Væ coronæ superbiæ. Et in eodem: Cōculcabitur corona superbiæ. Et Iere. 50. Ecce ego ad te superbe, dicit Dominus Deus exercituum: quia uenit dies tua, tēpus uisitatiōis tuæ. Et cadet superbus, & corruet, & nō erit qui suscitaret eū. Itē libro eiusdē: Ecce ego ad te mōs pestifer, qui corruptis totā terrā, extendā manū meā super te, & Abdi 1. Si exaltatus fueris ut aq̄la, & inter sydera posueris nidū tuū, inde extrahā te, dicit Dās. & Iob 20. Si ascenderit in

cælū superbia erus, & caput eius nubes tetigerit, quasi sterquilium in fine perdetur. Et Amos 6. Iurauit Dominus in superbia Iacob: si oblitus fuero usque in finem omnia opera eorum. Signum etiā huius specialis odij est hoc, quod Dominus minus misericorditer punit supbos, quā alios peccatores. Vnde in Psalm. Retribuet Dominus abundanter facientibus superbiam. & Sapient. 5. Exiguo conceditur misericordia, potentes autem potenter tormēta patiētur. Et ibidē: Fortioribus fortior instat cruciatio. Signum etiam huius specialis odij est hoc, quod superbos qui inferiores suos opprimūt, facit Dominus à suis opprimi superioribus. Vnde Eccle. 11. Multi potētes oppressi sunt ualde, & gloriosi traditi sunt in manus alterorum.

¶ Duodecim exempla Sacra scriptura quibus ostenditur quod Deus multum odiat superbum.

AD ostensionem etiam huius odij ualere possunt exempla personarū quæ leguntur in Sacra scriptura deiectione propter suā superbiam. De quibus exemplis sufficiat ponere duodecim. ¶ Primum exemplum est in Lucifero, de cuius deiectione sic habetur Esa. 14. Quomodo cecidisti Lucifer qui mane oriebatur: Et Luca 10. Videbam satanā quāsi fulgur de cælo cadentem. Ad eō autem deiectus est Lucifer

fer propter superbiam suam, ut cum esset angelus, factus est diabolus: cum esset nobilissima creatura, factus est sanguisuga, sanguine peccati semper sugens. Prou. 30. Sanguisuga duæ sunt filie dicentes, Affert, affert. De cælo præcipitatus est in abyssum, & de primo ordine creaturarum positus est in nouissimo. ¶ Secundum exemplum est in homine, qui uoluit esse sciens ut Deus, & insciens factus est ut pecus. Vnde Bernardus: Puto iumeta diceret, si loqui fas esset, Ecce Adā factus est quasi unus ex nobis. Et Dauid: Homo cum in honore esset, non intellexit: comparatus est iumentis insipientibus, & similibus factus est illis. ¶ Tertium exemplum est in Saule, qui cum humilis esset, in regē sublimatus est. 1. Regum 15. Nonne cum paruulus esses in oculis tuis, caput in tribubus Israël factus es: superbus autem factus, à regno deiectus es: Vnde subditur ibidem: Quia proiecisti sermonem Domini, proiecit te Deus ne sis rex super Israël. ¶ Quartum exemplum in Roboam filio Salomonis. De cuius superbia legitur 3. Reg. 12. Minimus digitus meus grossior est dorso patris mei. Pater meus aggrauauit iugum uestrum, ego autem addam iugum uestro. Pater meus cecidit uos flagellis, ego autem cædam uos scorpionibus. Est autem scorpionibus cum aculeis, uel flagellum uirgarum nodosum, uel scutica

habes in summitate glades plumbas. De humiliatiōe uero Roboam, subditur ibidē: Misit enim rex Aduram, qui erat super tributa, ad populū post responsionem istā: & lapidauit eum omnis Israël. & mortuus est. Et rex Roboam festinus ascendit currum, & fugit in Ierusalē, recessitque Israël à domo Dauid usque in præsentem diē. ¶ Quintum exemplum est de Sennacherib. De cuius superbia legitur Esa. 37. Superbia tua ascendit usque ad aures meas. Ponam ergo circulum in naribus tuis, & frenum in labiis tuis, & reducam te in uitam per quam uenisti. Et subditur ibidē de eius deiectione: Egressus autem angelus Domini percussit in castris Assyriorum centum lxxv millia. Et cum adoraret in templo Deum suum, filii eius percusserunt eum gladio. ¶ Sextum exemplum est in Nabuchodonosor. De cuius deiectione, sic legitur Danie. 5. Quando eleuatum est cor eius, & spiritus eius obfirmatus est ad superbiam, depositus est de solio regni sui, & gloria eius ablata est à filiis hominum. ¶ Septimum exemplum est in Holoferne & exercitu cui præerat. De cuius superbia legitur Iudith 6. Factus est autem cum cessasset loqui Achor, in dignatus Holofernes dixit ad eum: Quoniam propheta defendatur à Deo suo, ut ostēdā tibi quod non est Deus nisi Nabuchodonosor, cum percussimus eos quasi

quasi hominem unum, tunc & ipse cum eis Assyriorum gladio interibis. De superbia uero exercitus sic legitur Iudith 14. Excitate illum: quoniam mures progredi de cauernis suis, ausi sunt prouocare nos ad prælium. Præ magnitudine superbiæ Iudæos mures uocabat. De deiectione eorum legitur Iudith 15. Cum omnis exercitus decollatum Holofernem audisset, fugit mens & consilium ab eis. Solo timore & metu agitati, fugam præstitum sumunt, ita ut nullus loqueretur proximo suo. ¶ Octauum exemplum est de Aman. De eius superbia legitur Hester 4. Cum uidisset Mardocheum sedentem ante fores palatii, & non solum non assurrexisse sibi, sed nec motum quidem de loco suo, indignatus est ualde. De deiectione uero eius legitur in fine eiusdem capituli: Suspensus est itaque Aman in patibulo quod parauerat Mardocheo. ¶ Nonum exemplum est in Antiocho. De cuius superbia legitur 2. Machabe. 9. Locutus est superbe Antiochus se uenturum Ierosolymam, & congeriem sepulchri Iudæorum eam facturum. Et subditur de eius deiectione. Ut finiuit hunc sermonem, apprehendit eum dolor diuus uiscerum. Et iterum quibusdam interpositis: Is qui sibi uidebatur fluctibus maris impetare, supra humanum modum superbia impletus montium altitudines in statera appendens,

mox humiliatus ad terram in gestatorio portabatur &c. ¶ Decimum exemplum est in Iudaico populo, qui præ superbia reputabat gentilem populum, quasi stillam stulæ. unde Esaiæ 40. Ecce gentes quasi stilla stulæ, & quasi momentum stateræ reputatæ sunt: & tamen Deus gentilem populum, populo Iudaico superbo prætulit. ¶ Undecimum exemplum est in superbo Pharisæo, qui non erat sicut ceteri hominum, ut ipse dicit Luc. 18. Sed ipsa ueritas publicanum potentem ei prætulit, dicens: Descendit hic iustificatus in domum suam ab illo: ut ibidē habetur. ¶ Duodecimum exemplum est in Petro, qui præ ceteris præsumpsit, dicens: Et si omnes scandalizati fuerint in te, ego non scandalizabor. Ut legitur Matthæi 26. Et uilius ceteris cecidit: cum ad uocem ancillæ negauit, ut legitur eodē capitulo. ¶ Ad ostensionem autem huius odii ualere potest illud Psal. Oculos superborum humiliabis, & illud, Dominus coccidet ceruices peccatorum. Potius dicit ceruices, quam manus & pedes: quia in ceruice perpenditur specialiter superbia. Ad idē ualeat quod legitur Num. 15. Anima quæ per superbiam aliquid commiserit, sine cuius ille sit, sine peregrinus, quoniam aduersus dominum rebellis fuit, peribit de populo suo. Vnde dominus peccatum per superbiam commissum, tanquam

ualde exosum morte punit: alia uerò peccata per oblationem præcipit expiari.

¶ *De diuturnitate huius odij.*

ODIUM uerò illud quod est Dei ad superbiam, quasi inuere ratum est. Incepit enim quam citò supbia incepit. Vnde Iudith 9. Superbi uerò ab initio nõ placuerunt tibi: sed humiliũ & mansuetorum placuit tibi deprecatione. Causa uerò huius odij in magna parte patere potest per ea quæ dicta sunt prius, ubi ostensum est: qualiter se habeat superbia ad Deum.

¶ *De causis quare superbia ita exosa sit Deo.*

POTEST tamẽ adhuc idẽ ostendi alijs rationibus. Vnde notandũ est quod peccatum superbię ideo est ita exosum Deo, quia eũ exhæredat inquantũ in se est. Dominium autẽ q̃ habet Deus in creaturis, usurpat superbus sibi. Præter hæc non erubescit superbus de peccato suo. Impudentia uerò peccatoris multum Deo displicet. Vnde Bern. Quantum displicet Deo impudentia peccatoris, tantũ placet Deo erubescencia peccitentis. Item alij peccatores ex peccatis suis humiliantur, superbus uerò nõ: quare multũ displicet Deo. Vnde Aug. Nil aliud ad eũ Deo displicet, sicut ceruix erecta post peccatũ. Superbus etiam Deum multũ cõtemnit: quia uanitates ei proponit. Item maximũ peccatũ est superbia. Sic enim uoca-

tur in Psal. ubi dicitur: Et emundabor à delicto maximo. & Iob 30. ubi sic legitur: Si osculatus sum manũ meam, quod est iniquitas maxima. Præterea homo multa habet dehortatiã à superbia: & ideo magis displicet Deo superbia in homine, quantum ad hanc conditionem, quam in diabolo. Quis enim nesciat tolerantiorẽ esse superbiam in diuitẽ, quam in paupere? Homo quasi pauper creatura est respectu angeli. Vnde Eccl. 15. Tres species odiuit anima mea, & aggrega uor ualde eorũ animarũ. Paupere superbum, mendacem diuitem, & senem fatuum & insensatum. Pauper homo est ex parte corporis, imò & pauperrimus. Operet enim eum mendicare uictum & uestitũ à cæteris creaturis. Quis iuxta uerbũ Augustini, mandatum euangelicũ implẽs, de duabus tunicis dat unam nõ habenti? Etiam ab herbis mendicat uestimentũ suum homo, ut patet in uestibus lineis: unde multũ displicet Deo, si homo ex parte corporis ex quo ita pauper, superbiat. Diues potest hie dici spũs mēdax, cuius mendaciũ multũ displicet Deo: ut cum dicit se à corpore uinci, nec posse cõtinere: cum tamẽ dominus melius sciat potestatem eius qui ei corpus subdidit, & continentiam ei præcepit. Senex fatuus & insensatus est mundus iste, qui quanto amplius senescit, magis diligit uanitates & puerilitates, &

& magis decipitur mēdaciis rerum temporalium, licet infinitis uicibus mendacia eorum expertus sit. Quasi contra naturam uidetur esse peccatum superbię in homine, præcipue ex parte corporis, unde Ecclesia. 10. Non est creata in hominibus superbia. Hic. Quomodo superbiat qui semper secum sententiam portat? Mirum est quomodo homo superbit, cum cor suum quod est nobilissimum membrum eius, super stercore iaceat: & licet in homine superbia multũ displicet, præcipue tamẽ in Christianis, q̃ in ipso ingressu Christiana: religionis abrenũtiant specialiter superbiã, cum dieũt: Abrenũtito satana, & omnibus pōpis eius. Præuidebat Spiritus sanctus, q̃ multi Christiani qui alijs peccatis renũtiant, pompam superbiã retinere uellent: ideo ordinauit ut specialiter profiteretur hanc abrenũtiationẽ. Præterea dominus ecclesiæ Christus seruus esse hominũ uoluit. Humiliauit enim se usque ad ablutioẽ pedũ. unde in nullo Christiano locus superbiã relinqui debet. Inordinatũ uerò ualde est q̃ seruus uelit esse dominus, cum dñs efficiatur seruus. 10. 13. Si ego laui pedes uestris. & Matth. 15. Nõ est discipulus super magistrum, nec seruus super dominum suũ. Vnde qui primus est in ecclesia, sei-

licet dominus Papa, seruum seruum se uocat. & propter hæc & multa alia habet Deus speciale odium contra superbiã, præcipue in Christianis. uide in principio huius capituli.

¶ *De abominatione superbiã.*

SEQUITUR de abominatione superbiã. De qua Prover. 16. Abominatio domini est omnis arrogans. & Luc. 15. Quod altum est hominibus abominatio est apud Deum.

¶ *Quod superbia hominem inflat, in a felicitate reddat, auerfaciat, & bona eius consumat.* CAP. VII.

SEQUITUR uidere quomodo se habeat superbia ad propriũ subiectũ. Vnde notandum est q̃ superbia inflat hominẽ. De qua inflatione legitur Sapi. 4. Distũ pat dominus illos inflatos. Et Apосто. 1. ad Cor. 8. Scientia inflat, charitas autẽ edificat. ¶ Reddit etiam hominem ualde infelicem. Cõsistit autem infelicitas superbi in his octo. Primo de bono semine paruã messẽm colligit: quod semen melius est q̃ gratia Dei. Ex hoc semine oritur ei uitium superbiã. Ipse colligit de uite spinas, & de tribulis ficus. Superbia est quasi mōstrũ, quod quandoq; ex suo contrario nascitur. Nũquid nõ monstruosum esset, si ex muliere bufo nasceretur? Sic monstruosum est q̃ ex aliqua gratia à Deo data homo superbus efficitur. ¶ Secũdo bona ei mala sunt: & sicut de uiro iusto legitur, q̃ nox si-

cut dies ei illuminabitur: ita eō contrario dici potest, q̄ superbo dies in noctē uertitur, & lumen eius in tenebras, unde Matt. 6. Si ergo lumen quod in te est tenebræ sunt, ipse tenebræ quāte erūt: Tunc lumē tenebræ quāte erūt opera de genere honorū mala sunt, eō q̄ sūt propter uanam gloriam, uel alia mala intentione. ¶ Tertio superbus de uita moritur, de sanitate ægrotat, de medicamine interficitur. Vnde Grego. Qui de uirtutibus se extollit, nō gladio, sed medicamine se interficit. Superbus de hoc q̄ se uiuere credit & sanum esse superbit, & sic ex sanitate infirmitatē recipit, & ex uita moritur. ¶ Quarto superbus ab eo quē uincit uincitur, & quasi de idū suo corrumpitur. Vnde Greg. Facile est quidē ualde uitare peccatū quod ex uictoria uictorum nascitur. ¶ Quinto superbus à mortuo occiditur, unde sup illud 1. Mach. 11. ubi Eleazar elephantem legitur occidisse, dicit Greg. Sub hoste quē occidit moritur, qui de culpa quā superat eleuatur. ¶ Sexto superbus sua pretiosa uiliter uendit, dū pro laude uel gloria humana se & sua cōsumit. Vnde Greg. Valde bona sua diiudicant qui ad mercedē eorū sufficere fauores humanos putant. Idem: Cū pro recto opere laus tñstoria queritur, res æterna retributione digna pro uili pretio uenditur. ¶ Septimo, superbus uilia carē

emit, dum pro uento superbiæ regnū calorū amittit. De hoc uento dicit Augu. Qui non tumet uento superbiæ, non cremabitur igne gehennæ. ¶ Octauo, infelix est superbus, quia ignominiose à modico uento deicitur. Vnde Iob 20. Tolle eū uentus urens, & auferet eum turbo de loco suo. Ventus omnia urēs est superbia. ¶ Item superbia facit hominē & omnia bona quæ in homine sunt, & quasi preparat eū infernali incendio. Vnde Ecclesiast. 6. Non te extollas in cogitatione animæ tuæ uel uirtutis, ne fortē elidatur uirtus tua per stultitiam, & folia tua comedat, & fructus tuos perdat, & relinquaris uelut lignum aridum in eremo. Ex elatione quādoq; eliditur uirtus corporis: quia homo elatus præsumit quandoque opus quod supra uires suas est, unde rupturam quandoque incurrit, uel debilitatē tantā, q̄ inutilis efficitur. Sed frequētius uirtus animi eliditur per elationem. Debiliorem enim inuenit se homo sæpe, postquam se de aliquo opere extulit. Exemplū habemus de hoc in Petro Matthe. 26. qui se extulit super alios apostolos, dicens, Et si oēs scandalizati fuerint in te, ego non possum ualde debilitē inueniri, ut habetur ex eodē capitulo. ¶ Superbia etiam folia & fructus eō medit, dum quo ad mentū uerba & opera hominis consumit.

Ipsa

Ipsa est, quæ hominem & bona hominis quasi imperceptibiliter occidit, unde Iob 18. Consumat brachia illius primogenita mors. Gl. Primogenita mors est superbia, initium omnis peccati. Quod superbia hominē decipiat, excacet, & infatuat. CAP. VIII.

Item superbia hominem decipit, & excacet, & infatuat. De primo dicit Aug. Superbia meretur illudi. Vnde omnes hereses & omnes alii periculosi errores ex superbia proueniunt. Vnde super illud Iere. 49. Arrogantia tua & superbia cordis tui decipit te, dicit Glo. Omnis hereticus arrogans, quia superbia facit hæreticum, nō ignorantia. Ad secundū pertinet illud Apocaly. 3. Dicit quia diues sum, & locuples, & nullius ego, & nescis quia tu miser & miserabilis, & c. lo. 9. In iudiciū ego in hunc mundum ueni, ut qui nō uident uideant, & qui uident cæci fiant, Super illud, Qui non uidet, dicit gl. interlin. Humiles cæci. Et super illud, Qui uident cæci fiant, dicit alia gloss. interlinear. Superbi sapientes. Humiles ergo cæci illuminantur, superbi sapientes excæcantur. Ad tertium pertinet illud Bernard. Omnis superbia stulta: quamuis non omnis stultitia superba. & illud ad Romanos 1. Dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt. & dicit Augustinus: Si dicendo te sapientem stultus factus es, dic te esse stultum, & sapiens fies. Idem:

Qui sibi placet, stulto placet: superbus sibi placet, unde confitens est, ut ipse sit stultus. Nec est parua stultitia ista, quod sibi placet, quum ipse Deo, angelis & hominibus displiceat. Item legitur Proverbiorū undecimo: Vbi humilitas, ibi sapientia: ergo e contrario, ubi superbia, ibi stultitia. ¶ Et hoc manifestari potest in tribus speciebus superbiæ, scilicet præsumptione & arrogantia, & appetitu excellentiæ. Quod præsumptio stultitia sit, patet quū supra uires suas præsumat, unde illud Ierem. 48. Audiuimus superbiam Moab, superbus est ualde: sublimitatē eius & arrogantiam, & superbiam, & altitudinem cordis illius. Ego scio, ait dominus, instantiam eius, & arrogantiam, quod non sit iuxta eam uirtus eius. & Hierony. Superbia plus audet quā possit. De appetitu excellentiæ & arrogantia, legitur Prover. 21. Superbus & arrogans uocatur indoctus. Superbus hic sumitur pro illo qui appetit esse super alios: arrogans est ille, qui sibi falso attribuit, quod non habet, ideo uocatur indoctus: & de arrogantia uideatur esse quidam error. De appetente uerō propriam excellentiam quomodo ipse stultus sit, inferius patebit. Signum uerō quod superbus stultus sit & cæcus, potest esse hoc, q̄ se ipsum nō agnoscit. Nescit enim se

hominem esse: id est, de humo. Si enim de humo se esse ueraciter cognosceret, non uisimū locum cōtenderet tenere, ad similitudinē terræ, & humilis esset. unde, rogat Psal. Sciant gentes, quoniam homines sunt. Signum etiā cæcitat̄is est hoc, q̄ superbus nescit discernere inter aliqd̄ & nihil, putās se aliquid magnū esse, cū nihil sit in ualore, iuxta uerbū Apostoli diceatis ad Galat. 6. Qui putat se aliquid esse, cum nihil sit, ipse se seducit.

¶ De quinque modis quibus superbia hominem infatuat.

INFATVAT autē hominem superbia quinque modis. ¶ Primo ad modū ebrietatis, unde Habacuc 2. Quomodo uinū potantē decipit, sic erit uir superbus. Vinū hoc modo decipit potantē. Ingressus enim blande, ut legitur Prouer. 23. Postquā uerō receptum est incōmensuratē, ipsum dominatur in homine, & facit eū fatuē credere & fatuē loqui: sic postquam superbus recipit excellentiam ex affectu per amorē, ipse postea eam de facili recipit in intellectu, ut alta de se credat: & in ore, ut de se alta loquatur, & est uelut ebrius. Altitudo enim quam appetit, facit eum fatuē credere, & fatuē loqui. Exēplum habemus de hoc Esa. 14. in Lucifero dicente: Similis ero Altissimo. qd̄ nō dixisset, nisi amore illius altitudinis ebrius fuisset: cum certum sit illud quod dicitur per

Superlacionem, uni soli contemnere, ¶ Secundo infatuat superbia eo modo, quo inflatio faciei solet ipsum uisum impedire. Superbia enim est inflatio faciei interioris, unde Iob 15. Operuit faciem eius crassitudo. & Aug. Facies mea inflata non sinebat me uidere. ¶ Tertio modo auferit superbia sensum homini, eo modo quo phrenesis uel paralytis, que ualde magna solet homini sensum auferre. Ad primū pertinet quod dicit Grego. loquens de illo uerbo Luc. 7. Videns autem hoc Pharisæus, qui uocauerat eum, ait intra se, Hic si esset propheta, sciret utique quæ & qualis est mulier que tangit eum. Inter duos ægros medicus aderat, sed unus æger in febre integrum sensum tenebat: alter uerō in febre & sensum perdidit. In ægri tudine sensum perdidit, quia hoc ipsum quod longe esset à salute, ignorabat. Nec solū uelut phreneticus est superbus, sed etiā uelut paralyticus. Cum enim humilitas sensus sit propria paupertatis, superbia est insensibilitas propria paupertatis. Unde uelut quædam paralytis est. ¶ Quarto modo infatuat superbia hominem, quia facit eum alta solū respicere, ex quo enim homo alta amat, ipse ad alta oculos habet: quia ubi amor, ibi oculus. Unde Prouer. 6. Sex sunt quæ odit Deus, & septimum detestatur

aut

anima illius, Oculos sublimes, &c. Unde superbus quæ sunt infirma in se & infima non uidet. ¶ Quinto modo infatuat superbia hominē: quia est uelut moles soliti iustitiæ opposita, non permittens lumen ipsius ad superbum uenire. Unde Matth. 11. Abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. & Grego. dicit de superbis: Tanto à Dei lumine longe sunt, quanto apud se humiles non sunt.

¶ De stultitijs quibus laborat superbus.

NEC sola una stultitia laborat superbus, sed multis, quarū 12. ponere sufficiat. ¶ Est autem prima stultitia superbi, qd̄ ipse uult altum ædificiū construere, & absq; fundamento, ideo certus potest esse de ruina sui ædificiū. Unde dicit Greg. de superbo. Soli ruinæ crescit, qd̄ ædificat, quia ante molē fabricæ fundamenta humilitatis non parat. Prou. 17. Qui altam facit domū suā, quærit ruinā. Aug. Magnus esse uis, à minimo incipe. Cogitas magnā fabricā cōstruere celitudinis, de fundamento cogita humilitatis. Quāto altius erigitur ædificiū, tanto altius foditur fundamentū. Quō superueniturum est cacumen ædificiū? Ecce dico usq; ad conspectū Dei. Qualiter autem aliquis fundamentū debeat facere, habetur Esa. 2. ubi sic legitur: Abscondere in fossa humo, ad literā, fun-

damentum in terra absconditur. Et sapiens uita suam abscondit, præcipue in principio. Unde Prou. 10. Iustus quasi fundamentum sempiternū. Istam stultitiā superbi, ostendit Aug. alijs uerbis dicens: Arborem attendite: figit radicē in humili, ut uertice tendat ad cælū. Sine humilitate uis excelsa apprehendere, sine radice auras petis: ruina est illud, non incrementū. ¶ Secunda stultitia superbi est, qd̄ ipse appetit exaltationem; que fit ad maiorem eius præcipitationē. Legitur Luc. 4. qd̄ quī dominus uenisset Nazareth, & dixisset prophetiam illā, Spiritus domini super me, &c. hodie esse impletam in auribus eorū, ipsi duxerunt eū ad supercilii montis super quē ciuitas eorū erat edificata, ut præcipitarent eū. Nunquid ista exaltatio bona erat, & appetenda domino, quæ fiebat ad eius præcipitiū: Talis est exaltatio ipsius superbi. Tollitur enim in altū, ut lapsu grauiore ruat. Diabolus facit sicut cornix, quæ eleuat nucem in altum, & permittit eam cadere, ut cōminutam comedat. Sic diabolus quādo in statu humili nō potest aliquem frangere, procurat ut eleuetur ad aliquam dignitatē, & deinde ut de ipsa cadat, uel in futuro in infernū, uel etiam in præsentem per dispositionem: & tunc contractum deuorat, uel ad pœnam æternam ducit: quia

X x 4 cadit

cadit in odium uel inuidiam erga eū qui sibi succedit. Ad istam contractionem potest referri illud Iob 29. Eleuasti me, & quasi super uentū tollens allisisti me ualidē. De præcipitio superbiæ, dicit Ber. loquēs ad superbū: Paulatim & quasi per gradus ascendis, sed nō paulatim descēdes, sed tanquam fulgur in spiritu uehementi. Et cū LXXII. discipuli dicerēt domino, Domine etiam dæmonia subiiciuntur nobis in nomine tuo. ipse ait illis: Videbam satanam sicut fulgur de cælo cadentē. insinuans eis, q̄ qui ad modū satanæ superbiunt, ad modū eius præcipitantur. Ad illud præcipitium pertinet illud Iob 33. Eleuati sunt ad modicū, & nō subsistēt. Et hoc, qd̄ legitur Matt. 4. quōd quum dominus esset super pinaculum templi, ausus est diabolus ei persuadere præcipitiū, dicēs: Si filius Dei es, mitte te deorsum. Fiduciam autem accepit Diabolus ex hoc, q̄ multos in altitudine positos præcipitauerat. Ad idem etiā pertinet illud Lu. 18. Omnis qui se exultat, humiliabitur, &c. Sæpe enim in præfenti hoc accidit. Cuius rationē insinuat nobis Sapiens, dicens: Abiectos & submittentes se libenter alleuamus, quia hoc facere tāquam maiores uidemur. At qui se supra modū extulerit, premere ac deprimere uidetur: nec tam se maiorē quā cæteros minores facere: & ideo alii

libenter eum humiliant. In futuro etiam qui se exultat, humiliabit. Est enim ex uolētia, q̄ superbus in alto est, cū locus eius proprius infernus sit. Similiter quasi ex uolētia est, q̄ humilis est in loco infimo, cū dign⁹ sit regno eterno. Vn de cessante uolētia superbus descēdet in infernū, & humilis aduolabit in cælum. Sic fit de superbo sicut de uase quod cōfringi debet, qd̄ eleuatur ut perfectius frangatur. Vnde Prou. 16. Ante ruinam exaltatur cor. Et etiam quandoq; non expectat dominus, q̄ superbus in dignitate, quam appetit, eleuatus sit, sed dū in ipso ascensu est, dominus eum deiicit. Vnde in Psal. Deiicisti eos dum alleuarentur.

¶ *Quōd mons superbiæ sit locus infelicissimus, quadupliciter ostenditur.*

TERTIA stultitia est, quōd ipse elegit mansionem suam in loco infelicissimo. Locus infelicissimus est mons superbiæ, quaduplici ratione. ¶ Prima ratio est, q̄ bonæ cōditiones, quæ solent esse in cæteris montibus, ibi defunt. Cæteri montes cælo sunt proximiores aliis locis: sed mons superbiæ remotissimus est a cælo. Maximē enim distat ab humilitate, cū superbia & humilitas sint cōtraria. Contraria autem a se maximē distant. In cælum autem nō fit uia, nisi per humilitatem. Vnde Mat. 18. Nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut

sicut paruuli, non intrabitis in regnum cælorum. Et Apocal. 3. dicit dominus humili: Ecce dedi coram te ostiū apertum, qd̄ nemo poterit claudere, quia modicum habes uirtutem: id est, humilitatem. Sic eōtrario dicere potest superbo: Ecce dedi coram te ostium clausum, qd̄ nemo poterit aperire: quia maximū habes uitium, scilicet superbiam. Montes etiam fortiores solent esse cæteris locis, eō q̄ hostes non habeat de facili ad eos accessum. Sed ad montē superbiæ omnes hostes spirituales, & uitia, & dæmones facillimē accedunt. Vnde Eccle. 10. legitur de superbia, Qui tenuerit eam, adimplebitur maledictis, id est uititiis. Itē montes solent esse muniti & sani, quia ibi sordes cōflue re nō possunt. Sed mons superbiæ immundior est & minus sanus cæteris locis, quasi enim cōtra naturam, ad eam sordes confluunt. Vnde quasi mons pestifer est: secundum illud Iere. 51. Ecce ego ad te mōs pestifer, qui corumpis uniuersam terram. ¶ Secunda ratio est, quia ferē omnia bona fugiunt montē superbiæ. Est enim mons Gelboë, in quo nec ros nec pluuia descendit. Si omnes mōtes qui sunt in circuitu eius uisitare dominus, a monte tamē superbi transiret. Deliper non recipit mons iste, nec rorem gratiæ, neq; pluiam interioris doctrinæ. Fluuius etiā humanæ doctrinæ nō potest ad

eum ascendere. Superbi enim impatiētes sunt eruditionis uel correctionis. Duæ uerō sunt cauissæ huius spiritualis siccitatis, quæ est in monte superbiæ. Vna est hæc, quōd mons iste situs est in lateribus aquilonis: iuxta illud qd̄ dicit primus superbus. Esaiæ 14. Sedebo in monte testamenti, in lateribus aquilonis. Vetus enim aquilo dissipat pluuias: ut legitur Prou. 25. Alia causa est ipsa altitudo. Aqua enim gratiæ uel doctrinæ confluit ad loca humilia. unde in Psal. Inter medium montiū pertransibunt aquæ. ¶ Tertia ratio est, quia si qua bona sunt in monte isto, in periculo sunt. Vnde Sapiens: Superbia omnia habet in periculo, humilitas in tuto. ¶ Quarta ratio est, quia ferē omnia mala accidunt in monte isto. Perfiant ibi diuersa genera uentorum, quia perfiant altissima uenti. Corda etiam eorū, qui morantur in monte illo, congelantur. Vnde Ecc. 43. Frigidus uetus aquilo flauit, & gelauit crystallus ab aqua. Flatus aquilonis, intelligitur suggestio diaboli. Ad quē flatum cōgelantur corda superborū: & quia induratur, & quia sunt absq; dilectiōe Dei & proximi. In monte isto angelus factus est diabolus. Vnde Bernardus: Quē sequimini miseri homines, quem sequimini? An nō uidetur satanam tanquam fulgur cadentem? Nōne iste est mons, in quem ascendit angelus,

lus, & diabolus factus est? Aug. super Psalm. Superbia angelum fecit diabolum, humilitas hominem Deum. In isto monte Saul dæmoniacus siue arreptitius factus est. Vnde 1. Reg. 16. Ecce spiritus domini malus exagitāt te. In hoc etiam monte Nabuchodonosor in bestiam est cōuersus, ut leo esset in posteriorib⁹, bos in anterioribus, ad minus secundum quod sibi uidebatur. Ista eadem hodie accidunt multis in monte superbiæ. Alii enim ibi diaboli efficiuntur, per inuidiam ad modum diaboli gloriam aliis inuidentes. Alii arreptitii per iram. Alii uero bones, solum de pastu sui corporis curantes. Psalm. Mutauerunt gloriam suam in similitudinem uituli comedentis fœnū. Alii uero leones, per cupiditatem & rapinam. Pro- uerbio. 28. Leo rugiens, & ursus esuriens, princeps impius super populum pauperem. ¶ Quarta stultitia superbi est, quoniam ipse possit descendere cum facilitate & maxima utilitate, potius elegit ascendere cum magno damno, & cum magna difficultate. Bernard. O abusus, o peruerfitas filiorum Adam: quia cum ascendere difficultimum sit, descendere autem facillimum: ipsi & leuiter ascendunt, & descendunt difficiliter parati ad honores & celsitudines graduum ecclesiasticorum ipsi angelicis humeris formidandos. Idem: Conatur quis montem potestatis ascendere, quan-

tos, putas, contraditores habebit? quantos inueniet represso- res? obstacula quanta? difficilem uiam? Nec est ista stultitia superbi parua, quum potius uult per arduam uiam ire ad mortem suam, quam per humilem ad uitam. Potius uult ascendendo ire ad suspendium, quam descendendo ad regnum æternum. ¶ Quinta est, quod ipse ad dignitatem tendit per indignam, & ad dominationem per miseriam seruitutem. De primo dicit Seneca: *Nos sit tibi ambitio, quæ ad dignitatem nisi per indignitatem non adducit.* Ad secundum pertinet hoc, quod diabolus quibus ostendit domino gloriam mundi, dixit ei: *Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraueris me.* Matt. 3. In quo factio insinuat, quod diabolus eos qui appetunt dominationem, antequam eam obtineant, redigit in miseriam seruitutem: quæ enim miserio seruitus, quam seruitus uitiorum? Ber. An non seruus, cui dominatur iniquitas: ista, & maxime nisi indignius iudices hominem tibi quam uitium dominari. ¶ Sexta est, quod ipse tantum appetit exaltationem, quod non uideatur curare qualis sit exaltatio illa: utrum sit ad malum, uel ad bonum suum. Interdum enim dominatur homo homini ad malum suum: ut legitur Eccl. 3.

¶ De sex speciebus exaltationis.

V T autem appareat quanta sit stultitia hæc, sex species exaltatio

altationis ponemus. Quarum unica appetenda est. ¶ Prima est ad Dei honorem, & ecclesie adificationem: ut cum aliquis habes eminentiam uitæ, ponitur in eminentia dignitatis, ut sit quasi lucerna lucens ad Dei gloriam & proximorum exemplum. Vnde Luca 11. Nemo lucernam accendit, & in abscondito ponit, nec sub modio, sed super candelabrum, ut qui ingrediuntur, lumē uideant. Ad Philip. 2. Inter quos lucetis sicut luminaria in mundo. Et Matthæi 5. Sic luceat lux uestra coram hominibus, ut uideant opera uestra bona: & glorificent Patrem uestrum qui in cælis est. ¶ Secunda est, ad deiectionem seu præcipitiū: de qua satis dictum est prius: quæ constat non esse appetendam. ¶ Tertia est ad supplicium: hoc modo exaltantur qui suspenduntur. Et talis est exaltatio superbi. Ad hoc enim procurat diabolus, quod ipsi exaltentur, ut amplius crucientur, & in presenti & in futuro. Ad primum pertinet illud Ber. O ambitio ambientium crux, quomodo omnes torques, & omnibus places: Et illud, quod dominus coronam spineam habuit. Omnis enim corona spinea est, quia non habetur dignitas absque cruciatu. De secundo, Sapien. 6. Potentes autem potenter tormenta patiuntur. ¶ Quarta est ad opprobrium. Talis est exaltatio facinorosorum qui ponunt in pandulacro, uel in scala pro reatu

facinorum suorum. Talis est exaltatio, cum aliquis in manifesto peccato existens præficatur aliis, quanto enim in altiori loco ponitur, tanto peccatum eius pluribus ostenditur. Vnde Sen. Eorum qui in turba sunt, qui non excedunt, latent uirtutes: ut appareant, diu luctantur, & uitia tenebras habent: nostra facta dictaque; accipit rumor, & ideo nullis magis curandum est, quale famam habeant, qui qualicumque habuerint, magnam habituri sunt. Boetius in li. cons. Collata improbis dignitas, non modo non efficit dignos, sed potius prodit & ostendit indignos. Quale est hoc, ut ille qui mortuus est in peccato, non solum quadriuanus, sed etiam quadragenarius, ut factore suo alios corrumperet in alto loco uelit poni, qui potius desiderare deberet ut sub terra abscondere retur: sicut corpora mortua absconduntur, ne factore eorum homines corrumperentur. Factore iste figuratus est in factore Antiochi. 2. Mach. 9. ubi dicitur, quod factore eius exercitus grauabatur. Talis est uelut lucerna extincta, tetrum fumum de se emittens, unde abscondendus esset, non super candelabrum ponendus. ¶ Quinta est ad ludibriū, ut quoniam alicui fatuo traduntur insignia regia uel episcopalia, qui tamen non est rex uel episcopus. Et talis est exaltatio hominis superbi, qui signum habet libertatis, cum seruus sit omnium uitiorum. Tull.

Omnis

Omnis stultus seruus, omnis sapiens liber. Puteturne imperator hoc nomine dignus? quomodo enim libero imperabit, qui non potest cupiditatibus imperare? Refrænet prius libidines, spernat uoluptates, iracundiam teneat: coercet avaritiã, ceteras animi laves repellat: tunc incipiet imperare, cum ipse turpitudini ac dedecori parere desierit. Dum his obediens, non modo imperator, sed liber omnino habendus non est. Superbus habet signa dignitatis, cum ipse omnino bono sit indignus. Indignus etiam est pane quo uestitur, & etiã uita. Vnde prælatus qui non habet ea, quæ pertinent ad prælatum, non est prælatus, sed simia prælati: iuxta uerbum Bernardi dicentis, Simia in tecto, rex fatuus sedens in folio. Simia non est in tecto ad suum honorẽ, sed ad hominũ derisionẽ. Sic prælatus inhonestus, derisio est hominũ. Quasi prælatus est, & non est uerè prælatus. Vnde Esa. 22 dicitur ad Sobnã præpositũ templi: Tu quid hic, aut quasi quis hic? quasi diceret ei, Non es quis, sed quasi quis. Illusio ista figurata est in illusione Domini, Mat. 27. ubi dicitur: Et exuẽtes eum, chlamydẽ coccineã circumdederunt ei: & plectentes coronã de spinis, posuerunt super caput eius, & arũdinẽ in dextera eius: & genu flexo ante eũ, illudebãt ei, dicentes: Aue rex Iudæorum. Et exuẽtes in eum, acceperunt arũdi-

nem, & percutiebant caput eius, Omnia ista fiunt specialiter indigno, qui aliis præficatur. Veste enim innocentie exiuit, & rapacitate & crudelitate, quæ est uelut uestis coccinea pauperum sanguine cruentata, induntur. Corona etiam de spinis plectitur, quia dignitatẽ illius multiplex punctio comitatur. Arũdo, quæ est exterius lucida & interius uacua, in manu eius ponitur: quia ipse potens est in alios, sed in se infirmissimus est, nulli uitio resistere ualens. Genu flexu ille à ministris suis illuditur: quia ab illis uocatur dominus, quorum uerè est seruus, cum sollicitudo de uictu & uestitu eorum ad eũ pertineat. Salutatur etiã ab eis, qui procurant mortẽ eius. Sputum etiam ministri in facie eius, duntaxat eum facinoribus suis pollunt. Arundine caput eius percutiunt, dum in potestate ab eo recepta animam eius lædunt. Sexta species exaltationis est, quæ fit ad uentilationem & dispersionem. Sic palca exaltatur, ut à grano separetur. Puluis etiã exaltatur, ut à uento dispergatur: & talis est exaltatio superbi, qui diabolo procurare in sublimitate dignitatis ponitur, ut à bonis separetur & elongetur. Iob 20. Tolle eum uentus urens, & in Psal. Non sic impij, non sic: sed tanquam puluis quem proicit uentus à facie terræ. Non est ergo omnis exaltatio appetenda, quum non omnis sit ad honorem. Vnde

super

super illud Io. 19. Plectentes coronam de spinis, dicit glos. Loco ignominie est apud indignũ dignitas. Septima stultitia superbi est, quod cum ipse omnia appetat ascendere, tamen uiam refugit, per quam solã est ascensus: scilicet humilitatem. Bern. Per humilitatem ascendite ad sublimitatem: quia hæc est uia, & non alia præter eã: qui aliter uadit, potius cadit quàm ascendit. Christus cum per naturã diuinitatis non haberet quod ascenderet, quia ultra Deum nihil est, per descensum quomodo cresceret inuenit. Octaua est, quod cum ipse sublimitatem appetat, in loco tamen infimo se ponit, & cum credit ascendere, descendit. Locus ualde altus est humilitas quum sit uicina Altissimo. Ambr. Nihil excelsius humilitate, quæ tãquam superior nescit extolli. Superbia uerò locus ualde infimus est, cum maximè distet à Deo, Vnde sup. illud Psal. Iuxta est Dominus his qui tribulato sunt corde, dicit Glo. Altus quidẽ Dominus est: uicinatur tamen humili, & nõ se erigenti. Et Greg. loquens de illo uerbo, Deiecit eos dũ alleuaretur, ait, Non dicit postquam eleuati sunt: quia ipsum eleuari extrinsecus, interius cadere est. Idẽ: Omnis qui temporaliter erigitur, eo ipso quo extollitur, inclinatur. Nonna est, quæ ipse potius elegit esse in tepestate, quàm in tranquillitate. Tempestas est ipsa potestas,

Greg. Quid est potestas culminis, nisi tempestas metis? Decima est, quod cum ipse ingredi uelit per humile ostium, cololum tamen extendit, & caput eleuat. Iob. 15. Cucurrit aduersus Deum erecto collo. Ostium paradisi Christus est, & est ualde humile ostium, unde super illud Ioã. 10. Ego sum ostium, dicit gl. Hoc ostium est ianua humilis. Qui per hæc uult intrare oportet ut se humiliet: ne si erectus sit, offendat in humilem iannã. Undecima est, quod illos quibus præesse cupit, sibi superponit. Vnde Gregor. super Iob 26. Tantorum pondera unuquisque ferre compellitur, quãtis in hoc mũdo principatur. Duodecima stultitia superbi est, quæ ipse per uiam arduã incedere querit, qui per uiam planam incedere nescit: nõ attendens illud poetæ, Qui cadit in plano, uix hoc tamen euenit unquam, Sic cadit, ut tecta surgere possit humo. Mirũ est, quod ille qui ita se uidet in plana cadere uia, ita appetit ardua loca: & qui nescit operari in plano loco, appetit operari in turribus ecclesiarum, non attendens illud Bern. Facile est in alto se continerem obstruere, & de uita periclitari.

Quod superbia sit ualde periculosa infirmitas. CAP. IX.

Item faciet ad derestationem Letiã superbiã hoc, quod ipsa est ualde periculosa infirmitas, & ualde magna deformitas. Habet

bet etiam miseram seruitutem & magnam debilitatem. Est autē superbia periculosa infirmitas, quia de facili incurritur, & non de facili curatur. Post curatio nē etiā de facili in eā recidiatur. Quod de facili nō curetur, patet ex eo, q̄ nullus sine ea perit. Vnde Gl. super illud Ioan. 6. Hęc est uoluntas eius qui misit me patris &c. De tumētibus pariter, de pusillis nihil. & Matth. 18. Non est uoluntas antē Patrē uestruū, qui in cælis est, ut pereat unus de pusillis istis.

¶ *Triplex ratio quod de facili in superbia incurritur.*

T R I P L E X autē ratio pōt assignari, quare aliquis de facili incurrat infirmitatē superbiæ. ¶ Prima est, quia nō putatur esse tanta infirmitas quanta est, & ideo nō uitatur sicut uitāda esset. Vnde Greg. Cū minus turpis superbia creditur, minus uitatur. Luxuria eo magis erubescūt homines, quia oēs torpē eā esse nouerūt. ¶ Secūda est quia manifestiora inueniuntur exēpla superbiæ, quā aliorū uitiorū. Fornicatores enim & alii peccatores occultant peccata sua: sed superbia palām committitur. ¶ Tertia propter multiplicē materiā à qua supbia oritur. Pōt enim ori ex quo cūq; bono. Quod autē nō curetur de facili, patet ex illo uerbo Eccl. 3. Synagoga superborum nō erit sanitas. & ex illo uerbo Iob 17. Cūctis diebus uite sue impius superbit, quādo ali-

quis infirmatur, si ipse sit in peccato odii uel luxuriæ, ipse cōfiteatur, & dimittit illud peccatū. Peccatū uerō superbiæ nec cōfiteatur, nec proponit dimittere.

¶ *Multiplici ratione ostēditur quod superbia non de facili curetur.*

M V L T I P L I C I autē ratione pōt ostēdi, quod nō de facili curetur hæc infirmitas. ¶ Primo per hoc, q̄ infirmitati diabolique quæ est incurabilis, omnino assimilatur. Peccatū enim Luciferi, fuit superbia. ¶ Secūdo per hoc, quod nō cognoscitur hæc infirmitas. Etiā illi q̄ pleni sunt superbia usq; ad oculū, qui supbia comedūt, & bibūt, incedūt & dormiūt, nō cognoscūt eā: & quia nō cognoscitur, ea de facili nō curatur. Quod autē nō ita de facili curetur, quia nō agnoscitur, patet ex his testimoniis scripturæ quæ sequuntur. Nemo insanabilius eo, qui sibi sanus uidetur. Bern. Scio lōgius esse à salute mēbrū quod obstupuit, & agrū sese nō sentietē periculosius laborare. Ambr. Grauisimè peccas, & ignoras. Sen. Initiū salutis, est cognitio peccati. Idem: difficulter ad sanitatem peruenimus, quia nos ægrotare negligimus. Idē: in his morbis, quibus animo afficimur, quo quis peius se habet, minus sentit. Senia sua narrare uigilans est, & uitia sua cōfiteri sanitatis indicium est. ¶ Tertio per hoc quod remedio nō iuuatur, imò deterior fit. Supbia fuit causā quare

Judei

Judei de prædicatione Christi deteriores facti sunt. Vnde Ioā. 9. Ego in iudicium ueni in hunc mundum, ut qui non uident uideant, & qui uident cæci fiant. Gl. interlin. super illud, Qui nō uidēt, Humiles cæci. Et super illud, Qui uident, alia. Glo. interlin. Sapientes superbi. Venit ergo Dominus in hunc mundum, ut humiles cæci illuminarentur, & superbi sapientes excecarentur. Vnde & subdit in eodē cap. euāgelii Dominus: Si cæci essetis, non haberetis peccatum: id est, si uerē cæcos uos esse repūtaretis. Nūc uerō dicitis quia uideamus: ideo peccatum uestrum manet. quod figuratum esse uidetur Matth. 26. ubi legitur Petrum amputasse auriculam seruo principis sacerdotum. Petrus enim, id est cognitio, aufert multis literatis auditū prædicationis uel aurē obediētię. Ad quod uidetur pertinere illud Prouerbio. 26. Vidisti hominem sibi sapientem uideri? magis spem illo habebit insipies. ¶ Quarto quia pietas dei nō ita respicit superbū, sicut alios peccatores. unde Gregor. Cælestis medicus egros non respicit, quos etiam de medicamēto deteriores fieri uidet. ¶ Quinto, quia superbia maxime distat ab humilitate, quia est ei contraria: sola autē humilitas est uia ad curationē. unde super illud Iob 31. Si latatū est in abscondito cor meū, dicit Gregor. Superbia quanto lōgius ab hu-

mitate, tātō grauius est in desperatione: id est, tātō minus potest haberi spes de futura correptione eius. Ad ostendēdum etiā quod de facili in eam reciditur, eadem possent adduci quæ posita sunt ad ostendēdum quod de facili non curatur.

¶ *Quod superbia est deformitas magna.* C A P. X.

Est autem superbia magna deformitas, quia gibbus est quo aliquis à sacerdotio Domini repellitur. Leuitic. 21. Loquere ad Aarō. Homo de femine tuo per familias qui habuerit maculam, non offeret panes Domino Deo suo, nec accedet ad ministeriū eius: si cæcus fuerit, si claudus, si paruo uel grandi & torto naso, si fracto pede uel manu, si gibbosus, si lippus, si albuginē habēs in oculo, si iugem scabiem, si impetigiōe habuerit, uel herniosus. Cæcus est homo illiteratus. unde Esa. 42. Quis cæcus, nisi seruus meus? Cæcitas ista multū nocet hodie in ecclesia Dei. Vnde Esa. 7. Propterea captiuus rēctus est populus meus, quia non habuit scientiam. & eiusdem 36. Omnes bestię agri uenite ad deuorandū, uniuerſę bestię saltus. Speculatores eius cæci omnes. Claudus est qui quādoque inclinatur ad seruiedum Deo, quādoque diabolo. De qua claudicatione, 3. Regum 18. Vtque quo claudicatis in duas partes? Si Dominus est Deus, sequimini eum: si autē Baal,

Baal, sequimini illum Paruū nasum habet cui parū scētent peccata. Grandem nasum habet sed tortum, cui multū scētēt peccatum: sed ipsi personæ peccanti indignantur. Contra quod dicitur ad Eph. 4. Omnis amaritudo, & ira, & indignatio, & clamor, & blasphemia tollantur à uobis. Fractum habet pedē uel manum, qui importēs est ad ambulandū in uia Domini, uel bene operadū. Gibbū habet qui superbus est. Lippus qui terrenam sollicitudinem habet, qua uisus eius impeditur. Albugo in oculo, est oppositio proprii cādoris uel innocētiæ. Iugē scabiē habet, qui in corde suo immundas cogitatōes iugiter uersat. Impetigo ad literā, est sicca scabies, sine dolore scādās decorē. Vnde impetiginē habet, qui est infāmis. Herniosus est, cuius interiora nimis descendūt. Vnde signat avarū qui proiecit in uita intima sua. Superbus etiā in uili seruitute est. Cū enim omnī iudicia timeat, omnī seruus est. 1. ad Cor. 4. Qui autē me iudicat, Dominus est. Men. Minus quā seruus est, qui seruos timet.

¶ *Quod superbia arundini & uento comparatur.*

TANTA È etiā debilitatis est superbus, ut propter eam arundini comparetur. Matt. 11. Quid existis in desertum uidere arundinem uento agitātam? Comparatur etiā arundini, eo quod interius sit uacuuus. Augu.

Extrā plenus, intus uacuuus, carne crepat, corde mendicat.

De diuersis rebus, quibus superbus comparatur. CAP. XI.

VAlere etiā possunt ad detestationem superbiā diuerſæ creaturæ, quibus superbiā uel superbus cōparatur. Cōparatur enim uento, fumo, paleæ, spumæ, corniculæ, uesicæ. Vento autem comparatur multiplici ratione. Primo ut ostendatur quātum timēda sit homini, quū ipsa sit uentus, homo uerō puluis. unde Gene. 3. Puluis es, & in puluerem reuerteris. ¶ Secundo, ut ostendatur quantum noceat superbiā luci sapientiæ, & rori gratiæ. Ventus enim extinguit lucem, & siccaturorē, Augu. Lucerna ut nō extinguatur, uētū superbiæ nō patiatur. ¶ Tertio, ut ostendatur superbiā principē esse timēda his qui in alto sunt, Perslant enim altissima uēti. Ideo dicit Aposto. 1. ad Timot. 6. Præcipe diuitibus huius seculi, nō sublimē sapere. Superbiā in alto orta est: primo scilicet in cælo, & ideo libēter in alto moratur. ¶ Quarto, quia superbiā sicut uētus sonāt. Sūt enim frequēter garruli & tumultuosi. Psal. Perit memoria eorū cum sonitu.

¶ Quinto, quia facit in homine quandam tempestatē, sicut uentus in mari. Psal. Ascendunt usque ad cælos, & descendunt usque ad abyssos. Cū lau datur, tūc ascendunt ad cælos: quum autem uituperantur, descendunt usque ad abyssos,

abyssos. Esa. 57. Cor impij quasi mare fernēs, quod quiescere nō potest. Fumo etiā comparatur superbus: quia ad modum fumi quanto plus ascendit, tanto plus euanescit. Psal. Inimici uerō domini mox, ut honorificati fuerint, & exaltati, deficiētes quemadmodum fumus deficit. Et sicut superbus fumus est in culpa, sic erit in pœna. Esa. 57. Qui dicit, Recede à me, nō appropinques mihi, quia immundus es. Isti fumus erunt in furore meo, ignis ardens tota die. ¶ Spumæ etiā cōparatur siue bullæ quæ est super aquā, quæ cito transit. Osee 12. Transire fecit Samariam regem suum, quasi spumam super faciem aquæ. Populus superbiæ principi consentiēs, quandoque est causa, ut cito princeps trāseat de uita ista. Corniculæ etiā comparatur superbus, quæ dicitur assumpsisse pennas aliarum auium, & inde superbisse: quibus ablatis, mansit turpis & nuda. Sic si à superbo aliena auferas, puluis, & cinis remanebit. Comparatur etiā uesicæ uento plenæ, quæ uesica ad nihilū redigitur, dum mortis aculeo uel ægritudine pungitur. Cōparatur etiā paleæ propter leuitatem, & inconstantiam. Et sicut nō facit ad ualorē fumi, uel spumæ, uel paleæ quod superiorē contendunt habere locum: sic non facit ad honorem superbi, quod super alios uult esse, imō in hoc ostendit spumā uel paleam esse: quia

si granum esset, infimum locum teneret. Aurum, quod inter cætera metalla est pretiosius, infimum locum sua ponderositate contendit habere. Ad idem nos monēt dominus Lucæ 14. Cū inuitatus fueris ad nuptias, recumbe in nouissimo loco.

¶ *Quod diligenter dominus uelit suis à uitio superbiæ cauere. CAP. XII.*

Vltimo potest ualere ad detestationem superbiæ hoc, quod dominus ita uult diligenter cauere seruis suis à uitio isto. Potius uult habere stultos seruientes ignobiles, infirmos contemptibiles, pauperes peccatores, & etiā pauciores quā habeat eos superbos. Omnia ista ex uerbis scripturæ quæ sequuntur possunt esse manifesta. 1. Corinth. 1. Quæ stulta sunt mundi, elegit Deus, &c. Et super illud Ioann. 1. ubi loquitur de Nathanaele, dicit Glossa, quod Nathanael, quia doctissimus erat, non est in apostolatū electus. Omnes enim apostoli de indoctis assumpti sunt, ut cōfundantur sapientes. & Augustin. Nisi humiliter & fideliter præcederet piscator, nō humiliter sequeretur orator. & 1. ad Corint. 1. Ignobilia & contemptibilia mundi elegit Deus, & ea quæ nō sunt, ut ea quæ sunt destrueret, ut non gloriatur omnis caro in conspectu eius. Et super 2. Reg. dicit quædam Glossa. quæ mūdus per factum elationis spernit, Deus per deuotionē hu-

mililitatis acquirit. & 1. ad Cor. 1. Infirmi mundi elegit Deus, & c. Iaco. 2. Nonne Deus elegit pauperes in hoc mundo? Gregorius: Nonnunquam dominus quibus magna tribuit, quædã parua reprehensibilia relinquit, ut semper habeant cõtra quod bellum gerant, & detestis magnis hostibus mentẽ non erigant, quando eos adhuc aduersarij minimi fatigant. Sed quid mirum, quando illa superna regio in ciuibus suis ex parte dãna pertulit, & ex parte fortiter stetit, ut electi angelorum spiritus, dum alios per superbiam cecidisse conspiceret, ipsi tanto robustius, quanto humiliter starent. Permissit etiã Deus Dauid, & Petruõ mortaliter peccare, ut sic humiliaretur. Permissit etiam Iudam omninõ perire, qui erat de ordine & numero apostolorum, & societate Domini, ut nullus in quocunq; ordine sit, inquit, superbiat. Et breuiter, omnes miserix, quas uiri sancti suslinent, ad hoc sunt, ne superbiant. Vnde 2. ad Corinth. 12. Ne magnitudo reuelationũ extollat me, datus est mihi stimulus carnis meæ, angelus satanæ, qui me colaphizat. Gregor. Dum uirtutes tentant nos, prohibentes in nobis uirtutes humiliant. Augu. O uenenum superbix, non nisi ueneno temptationis curandum. Et Gregor. super Iob, Iebuscum Israël tolerat, ut humana mens de se humilia sentiat, dum minima non superat, & tamen neque

per omnia ista domatur superbia humani cordis. Vnde Bern. O mira fatuitas cordis nostri, cuius elationem perfecte dimittere, cuius ceruicofos motus omnino domare, humilitatis tanta materia non sufficit, quin adhuc superbiat terra, & cinis. ¶ Absq; modo uidetur Dominus persecutus fuisse superbiam, doctrina scilicet & exẽplo. Doctrina, cum consuiuit. Lucæ 14. Recumbe in nonissimo loco. Non dixit in mediocri loco, sed in nouissimo. Et Matthæi 18. Nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnũ celorum. Et ibidem: Quicũque humiliauerit se sicut paruulus iste, hic maior est in regno celorũ. Exemplo etiã uidetur persecutus esse superbiam sine modo in formatione hominis, cum quasi in eadem ueste sociauit purpuram cum sacco, animam carni coniungendo, & ex brutali natura & anima, quæ similis est angelicæ naturæ, hominem constituit dignissimam creaturã, imò limo terræ copulauit, & iuxta uerbum Esaiæ 50. celos induit tenebris, & posuit saccum operimentum eorum: quod constat esse factum specialiter cõtra superbiam. Item absque modo uidetur superbiam persecutus fuisse, cum ad ipsam destruendam semetipsum exinanauit, formã serui accipiens, & cum pedes discipulorum lauit. Vnde Ioan. 13. dicit ei Petrus: Domine, tu mihi la-

uas pedes? quasi dicat: Non lauabis mihi pedes in eternũ: quia nimia esset hæc humilitas, quæ precipuõ uidetur extitisse in passione. Vnde passio eius excessus uocatur. Lucæ 9. Dicunt aliqui, quod nimis potest esse humilis homo, sed quantumcunq; humiliauerit se, tamen humilior Christo non erit, cum ipse nouissimus uicorum fuerit. Esa. 53.

*De diuisione superbix, P A R S
I I I. quæ habet quadras
iuxta capitula.*

De diuisione Superbix. Et de illa specie superbix, quando quis credit se bona sua habere à se.

C A P V T I.

Postis his quæ pertinent ad detestationem superbix, conseqũes est, ut diuisiones ad idem uicium pertinentes ponamus, & prosequamur. ¶ Et notandum, quodã superbiam primo diuiditur in superbiam interiorem & exteriorem. Interior autem diuiditur in superbiam intellectus & superbiam affectus. Superbia intellectus quatuor habet species. Prima est, cum aliquis credit sua bona habere à se. Secunda est, cum aliquis credit à Deo sua bona habere, sed à suis meritis. Tertia, quando credit se habere quod nõ habet. Quarta, quando in opinione sua præfert se aliis. Vnde uersus: Ex se pro meritis, falso, plus omnibus inflant. ¶ Prima specie laborabant philosophi, qui dicebant, Labia nostra à nobis sunt. De hac specie

Iob 11. Vir uanus erigitur in superbiam, & quasi pullum onagri se liberum natum putat. Superbus nihil credit se tenere ab aliquo. Videtur tamen quod nullus habeat hanc speciem superbix. Nullus enim est, qui non credat bona sua à Deo habere. Vnde Bernar. super illud, Oleum effusum nomen tuum. Quis tam infans erit, ut aliud de quim à Deo aliquid habere præsumat? Nemo. sanẽ etiam infidelis uidetur esse in hoc errore. Bernard. Inexcusabilis est infidelis, si nõ diligat Deum ex toto corde, tota anima, totã uirtute. Nempe clamat intus ei in nata iustitia: quia ex toto se diligere debet illum, cui se totum debere non ignorat. Ad quod dici potest, quod ideo dicitur superbus credere bona sua à se habere, quia facit ac si crederet. Simili modo loquendi dicitur de aliquo, quod non credit Christum filium Dei esse: cum nec terretur eius comminationibus, nec attrahitur promissionibus, nec præceptis obtemperat, nec consiliis acquiescit, ut dicit Bernard.

¶ De sex quæ facit superbus, quasi credit bonã suã à se habere,

& non à Deo.

S E X. uerõ sunt quantum ad hoc, quod dicitur superbus facere, quasi credat bona sua à se habere, & nõ à Deo. ¶ Primõ, quod de bonis suis gloratur in corde. Vnde Apostolus 1. ad Cor. 4. Quid habes quod nõ accepisti

Y y 2 ¶ Sec

¶ Secundo, quodd de bonis suis iactat se. Iob 31. Si osculatus sum manum meam. In manu intelligitur operatio: in osculo, quod est contractus oris, laudatio proprii operis. ¶ Tertio, quia de bonis suis gratias non agit Deo. Vnde ingratus dicitur non cognoscere beneficiū acceptū, eō quodd faciat quasi nō cognosceret. Et est illud vitium ualde noticiuum homini. Bernard. Ingratitudo est uentus urēs, sicans sibi fontē pietatis, rorem misericordiae, fluentia gratiae. Gregor. Non est dignus dandis, qui non agit grates de datis. ¶ Quarto, quia non habentē similia bona, contemnunt. Vnde Bernardus loquēs Pharisæo: Frustra inflaris aduersus publicanū, qui ideo non habet ut tu, quia non accepit ut tu. Gratas agendo probas te nihil tibi tribuere, cæteros aspernando prodis quid in corde locutus sis. Non enim iudicares publicanū contemnendum præ te, si non præ illo honorandum te censerēs. ¶ Quinto, quodd sibi uult uiuere, & nō Deo. Vera recognitio Domini, est redditio celsus uel seruitii. Vnde cum superbus seruire Deo renuit, ipse bona sua se habere à Deo non recognoscit, nisi recognitione uerborū quæ est ridiculosa. Ridiculum enim est dicere aliquē, dominium in aliqua arbore sola folia habere. Contumeliosum est etiam domino, quodd aliquis eum Dominum fateatur, qui ei

seruire dedignatur. ¶ Sexto facit superbus quasi non crederet bona sua se habere à Deo, quia de bonis suis Deo non tribuit, quæ ipse requirit per pauperes suos: sed potius obiurgat querentē, dicens: Vos queritis quasi nobis commodassetis: non attendēs quodd Deus illi bona dedit, qui per pauperem ea requirit. Gregorius: Gratitum putas quod impendis proximo, uelis nolis debitor es. Aug. Dicit tibi Christus, Da mihi ex eo quodd dedi tibi: de meo quero, & mihi nō donas. ¶ Superbia ista ualde nociua est homini. Homo enim superbus aliter uiuere, si bona sua à Deo sibi data recognosceret, quàm uiuat. Et hoc quo ad multa. ¶ Primo, si hostem suum se fortiorem uideret, ad dominum suum pro succursu orationem quasi quendam nuntiū mitteret, & de impetrando succursu ualde consideret, sciens illud Apostoli 1. ad Corinth. 10. Fidelis Deus qui non patietur nos tentari supra id quodd potestis: sed faciet cum tentatione prouentum, ut possitis sustinere. ¶ Item si uideret quodd castrum corporis sui defendere nō posset, Domino suo redderet, ut ipsemet defenderet illud. Sicut quidam cum tentaretur de peccato fornicationis multū, & resistere ultrā non posset, prosternens se ante Crucifixum, dixit Domine, terram corporis quam à te teneo, amplius tueri nō possum.

sum: ego reddo eam tibi, defende eam. Et statim recessit tentatio. ¶ Item qui bona sua à Deo recognosceret, ipse de iniuriis sibi illatis se non uindicaret, sed expectaret, quodd dominus suus sibi iustitiā faceret. Pro uerbio- rum 20. Ne dicas, Reddam malum pro malo: sed expecta Dominum, & liberabit te, à labore scilicet uindicandi, & à debito gehennæ, quo te obligas uindicando. ¶ Item quo Deum solum omnium bonorum suorum dominum recognosceret, tantum eius iudicium formidaret. Non enim timēda est sententia à non suo iudice lata. Sic nec iudicia hominum sunt timēda. 1. ad Corinth. 4. Mihi pro minimo est, ut à uobis iudicer. Deinde subditur, Qui autem me iudicat, dominus est. Item Deo tanquā domino nō hominibus placere studeret. Apostolus ad Galat. 1. Si hominibus placere, Christi seruus non essem. Figuram uerō illorum qui sibi attribuunt bona sua, tenent illi qui uolebāt Ioannem uocare nomine patris sui. Figuram uero illorū, qui bona sua Deo attribuunt, tenet Elizabeth, quæ ait: Nequaquam, sed uocabitur Ioannes. Et merito Ioannes, id est, gratia, no catur, qui natus est de sterili secundum naturā. Sic bonū opus gratiæ Dei debet attribui, cum anima ex se sterilis sit: nec habeat nisi ex Deo quod bona agat. Psalm. Qui habitare facit sterili in do-

mo matrem filiorum lætantem.

De illa specie superbiæ, qua quis credit se habere bona sua à Deo, sed tantum pro meritis suis.

CAP. I I.

Sequitur de illa specie superbiæ, qua quis credit habere pro meritis suis bona, quæ à Deo habet. Ad cuius uitii detestationem, primo facit hoc, quodd uitium illud contrarium est gratiæ Dei, & quodd admodum euacuat eam. Si enim dantur hominibus bona pro meritis eorum, quæ gratia Dei erit? Sicut si paterfamilias soluat operario operationem quam ipse meruit, in hoc nullam gratiā ei facit. ¶ Secundo, quodd liberalissimum largitorem reputandorē, dum ea quæ dominus ei dat, credit se pro meritis emere, in quo Deo magnam contumeliam facit. ¶ Tertio facit ad detestationem huius uitii hoc, quodd uitii illud omnino obstruit homini fontē misericordiae. Si enim laborantes hoc uitio petant aliquid sibi dari à Domino, merito dicit eis dominus, Ite potius ad uendentes, & emite uobis: sicut dicit uirgines prudentes fatuus, Matth. 25. ¶ Quarto facit ad detestationē huius peccati magna fatuitas quæ comitatur hoc uitium. ¶ Multiplici uerō ratione potest ostendi fatuus qui hoc uitio laborat. ¶ Primo, quia quantumcunque conetur homo, tamen non sufficit soluere, quodd Deo debet. Vnde Bern. in lib. de

Yy 3. dilig

diligēdo Deo. Si totū me debeo pro me factio, quid addam pro me refectio? Nec enim tam facile refectus, quā factus. Siquidē non solum de me, sed etiam de quocunque quod factū est, scriptū est. *Dixit & facta sunt. At uerō in reficiendo, & dixit multa, & gessit mira, & pertulit dura: nec tantū dura, sed etiā indigna. In primo opere me dedit, in secūdo se. Et ubi se dedit, me mihi reddidit. Datus ergo & redēditus me pro me debeo, & bis me debeo, quid Deo retribuā pro se? Nam etiā si me millesies rependere possem, quid sum ego ad dominum? quanta ergo fatuitas est, quod homo credat pro meritis suis bona sua habere, cum non sufficiat soluere Deo, quod debet? Solutio enim debiti recipientē non obligat, sed debitorē absoluit.* ¶ Secūdo potest ostēdi fatuus qui bona sua credit habere pro meritis, quia bene operādo facit ipse propriā utilitatē, & nō Dei. Deus enim bonorum nostrorū non eget. *Luc. 17. Cum feceritis omnia quæ præcepta sunt uobis, dicite, Serui inuites sumus, quod debuimus facere, fecimus. In quo uerbo innūtur nobis duæ dicte rationes: scilicet quod bene operādo soluimus quod debemus, & quod Deo inuites sumus, uel ad minus reputare debemus: unde timere debemus quasi serui inuites, illā sententiā domini *Matt. 25. Inutilē seruum proficite illum in tenebras exte-**

riores. *Quid ergo debetur homini ex hoc, quod propriam utilitatē facit?* ¶ Tertio potest ostēdi fatuus per hoc, quod ipse nihil dat Deo, nisi prius hoc Deus dederit illi. *Vnde dominus *Iob 41. Quis dedit mihi ut reddam ei? Et Dauid ad dominum 1. Paralip. ulti. Quæ de manu tua suscepimus, dedimus tibi. Et Esaiæ 26. Omnia opera nostra operatus es in nobis domine. Et Aug. Domine, supererogatur tibi, ut debeas, & quis habet quicquam nisi tuū? Reddis debita nulli debens, dans debita nihil perdens. Et Bern. Non sunt talia merita, ut propterea uita æterna debeatur ex iure, ut Deus eis iniuriam faceret, nisi eam donaret. Nam ut taceā, quod multa Dei sunt dona, & ita homo magis propter ipsa debitor est domini, quā Deus homini, quid sunt omnia merita ad tantam gloriam? Non enim sunt condignæ, &c.* ¶ Quarto, quia opera bona nostra ex se sunt uelut moneta absq; argento. Gratia enim Dei ualor est in operibus: sine ea sunt opera uelut falsa moneta, qua nihil potest emi ab eo qui falsitatē illam agnoscit. ¶ Quinto, fatuus est talis, quia in oculis nostris frequēter uidetur merita, quæ in oculis Dei sunt demerita. *Iob 4. Ecce qui seruiūt ei nō sunt stabiles, & in angelis suis reperit præiuratiōem. Quanto magis hi qui habitant domos luteas, &c. & Esa. 44. Facti sumus, ut immundi oēs nos**

unde

unde quasi pannus menstruatae uniuersæ iustitiæ nostræ. *Gregorius: Sæpe iustitia nostra ad examen iustitiæ diuinæ deducta iniustitia est, & sordet in cōspectu iudicis, quod fulget in æstimatione operantis. Nullus ergo de suis meritis confidat. non modi cum ualet ad meritum, scire quod non sufficiant merita. Bernardus: Exaggera quantum uis merita, & extolle sudores, melior est misericordia Domini super uitas. Idem: Meum meritum est, miseratio Domini. Idem: Vapulem sanē ut male operans, si forte immerita uerbera computentur, forte miserabitur flagellato, qui in me non inuenit meritum quod remuneret. Idem: Nemo se seducat, quia si bene cogitare uoluerit, inueniet proculdubio, quia nec cum decē millibus possit occurrere ei qui cum uiginti millibus ad se uenit. Et est sumptum de *Luca 14. Idem: Spiritus sanctus illos quos repleuerit, & spiritu feruere, & ueritate agnoscere facit: quia sola misericordia est quæ homines præuenit & perducit. Et subdit: Multum sibi de hac misericordia undique attraxerat Dauid cum diceret: Misericordia eius præuenit me, & misericordia tua subsequetur me, & misericordia tua magna est super me, & misericordia tua ante oculos meos est: & qui corripit me in misericordia, & in miseratione, & Deus meus & misericordia mea.**

De superbia qua quis credit se habere quod non habet.

P A R S I I I.

¶ Sequitur de tertia specie superbiæ pertinente ad intellectum, quæ est quando quis credit se habere bonum quod non habet. Ad cuius uitii detestationē, ¶ Primo potest ualere cōmendatio eius contrarii. *Vnde Bernardus: Magna & rara uirtus profectio est, mirabile te apparere, & contemptibilem reputare. Ego cæteris uirtutibus mirabilius hoc iudico. Sic e contrario dici potest, quod ualde magnum uitium est, te miserabilem apparere, & laudabilem reputare. Hoc cæteris uitiiis mirabilius iudicandum est.* ¶ Secundō, maledictionem imprecatur Esaias laborantibus hoc uitio, *Esaiæ 5. Væ qui sapientes estis in oculis uestris.* ¶ Tertio, quia hoc uitium impedit hominem à gratia. *Prouerb. 26. Vidisti hominem sapientem sibi uideri, magis illo spem habebit insipientis.* ¶ Est autem triplex ratio, quod hoc uitium impedimentum sit Dei gratiæ. ¶ Prima est, quod laborans hoc uitio, gratiam Dei non petit, cum credit se eam habere: & quia non petit, ideo non accipit. *Sene. Ideo imitari nolumus, quia nos optimos credimus.* ¶ Secunda, quia tali non libenter dominus dat gratiam suam, quia scit quod non esset gratus, cum ipse iam credit eam habere: & sic quasi perderet dominus gratiam suam, si

Y y 4 illi

illi eam daret. Bernardus: Nunquid non perit quod datur ingrato? ¶ Tertia est, quod ille quasi plenus est de nihilo: ideo non potest capere aliquid. Bernardus: Non est quo se immisceat uanitas, ubi totum occupat charitas. Ita non est quo se immisceat ueritas, quando aliquem occupat falsitas. ¶ Quarto, facit ad dejectionem huius delusio magna, quæ sit laborantibus hoc uicio. Deluditur etiam eis sicut delusum est cuiusdam rustici portanti agnum uenalem ad forum: quæ quidam leccator uidens, dixit sociis suis, Vultis habere agnum quem portat rusticus? Illi dixerunt, Voluimus. Et ipse disposuit per diuersa loca focios, per quæ rusticus erat transiturus, dicens quod quilibet eorum quæreret frusticus ille uellet uendere canem illum. Et cum primus quæreret: Respondit rusticus, quod non esset canis, sed agnus. Sed cum quæsiuissent alii similiter, deinde credidit de agno quod canis esset. Sic superbus plus adulatoribus, quam sibi credens, deinde credit se habere bonum illud quod prius certissimè sciebat se non habere. Sen. Monstrabo tibi quid omnia possidētibus desit, ista scilicet, hominē qui uerum sibi dicat, & hominem intermentientes stupentem ipsa consuetudine proiectum, blanda autem dientem, aduersa producat. Sic adultores faciunt de superbo sicut de uesica pueri, quam unus

aliquantum inflat, alius plus, & tertius plus, donec bene inflata est. Sic unus adulator inflat superbum, alius uerò amplius inflat. Seneca: Omnium adulatorum unum officium, una intentio est, quis blandissimè fallat. ¶ Quinto, facit ad detestationem huius uitii hoc, quod hominem in tanta cæcitate ponit, ut etiam cæcitatē suam agnoscere non possit. Alii cæci saltem cæcitatē suam agnoscunt; licet alia cognoscere non possint. ¶ Ultimo facit ad detestationem huius uitii hoc, quod diabolus facit de tali saccum, non solum ad continendum uilia, sed etiam ad continendum nulla.

¶ De remedijs contra superbiam.

TRIPLEX autem potest esse remedium circa hoc uicium. ¶ Primum est, frequens meditatio proprii status. Bernard. Meditatio quid desit docet, oratio ne quid desit obtinet. Et est illud ualde utile homini, & Deo ualde placet, quod homo se inspiciat sæpe. Bernardus: Illam animam diligit Deus quæ sine cessatione se considerat, & sine simulatione se considerando iudicat. Idē: Si noueris mysteria omnia, noueris alta cæli, lata terræ, profunda maris: si te non noueris, eris similis homini ædificanti sine fundamento, ruinā, non structuram faciens. ¶ Secundum, ut corrigenti exhibeatur facies hilaris, adulanti tristis. Sic enim fiet

ut

ut à multis corrigaris, & à nullis adulatoribus decipiaris. Nemo enim inuito auditori libenter narrat, ut ait Hieronymus. Econtrario autē multos inuenit adultores, qui libenter eos audit. Prouerb. 29. Princeps qui libenter audit uerba mēdaci, omnes ministros habet impios. ¶ Tertium est, ut speculum Sacræ scripturæ faciei mentis sæpe opponatur. Vnde Greg. Sacra scriptura tanquam speculum mentibus nostris opponitur, ut si quid in ea cædum fuerit, uerius uideatur.

De superbia intellectus, qua quis preponit se alijs in æstimatione sua.

CAP. IIII.

SEQUITUR de quarta specie superbiæ, quæ est quando aliquis in æstimatione sua preponit se alijs. Quæ est magna rusticitas, & magna fatuitas, & magna iniquitas. Quod sit magna rusticitas, patet per hoc, quod laborans hoc uicio quasi uult sedere altior alijs in hospitio proprio, & ibi maximè inhonorat homines, ubi deberet maximè honorare eos, scilicet in propria domo. Non sic faciebat Abraham, qui dicit Genes. 18. Loquar ad Dominum meum, cum sim puluis & cinis, ubi dicit Gregor. Apertè cernimus in quo loco se posuerat, qui se puluerem & cinerem etiam cum domino loquebatur, æstimabat. Qua ergo poena feriendi sunt qui ad summa non proficiunt, & de minimis extollunt?

¶ Quod stultum sit se alijs præferre.

QVOD autem magna fatuitas sit se alijs præponere, patet, ¶ Primo, per hoc, quanto quis magis se appetiatur, tanto minus appetiabitur à Deo, & tanto minus ualet. Exemplum in Saule, qui cum esset paruus in oculis suis, factus est rex. Econtrario autē cum magnus esset, à regno deiectus est. 1. Reg. 15. Despicietem autem se Deus appetiatur. Psalm. Cor contritum & humiliatum Deus non despicies. Secundo, per incertitudinem quam habent homines in præsentia uita de bonitate sua uel athena. Eccles. 9. Sunt iusti & sapientes, quorum opera sunt in manu Dei, & tamen nescit homo utrum amore an odio dignus sit. Et licet homo præsentialiter certus sit de bonitate sua uel malitia aliena, finaliter tamē incertus est: qui enim hodie est homicidia, forsitan in Dei prouidentia est de ordine Cherubim: & licet tu modo sis bonus, tamē in Dei præsentia fomes affixus infernali patibulo. Ecclesiast. 8. Vidi impios sepultos, qui cum adhuc uiuerent in loco sancto erant, & laudabantur in ciuitate quasi iustorum operum. Vidit Salomon spiritum propheticum sepultos in inferno, qui in mundo isto sancti credebantur. Ideo nulli debet se homo comparare. Bernardus: Noli te comparare maioribus, noli minoribus, noli alijs, noli uel uni. Nemini te

Y y s non

non dico proponas: sed nec præsumas comparare. Idem: In anima planè non est timenda quantalibet humiliatio, horrenda autem nimiumque paenenda uel nimia temerè præsumpta erectio. Et est competens exemplum de illo qui ingreditur per ostium bassum, cui non nocet quantumcunque se inclinet: sed si eleuauerit se plus debito, ledet caput suum, quod accidit his qui per humile ostium paradisi uolunt ingredi. Augu. Ostium paradisi est humile: quod si sano capite uolumus intrare, oportet nos caput demittere. ¶ Tertio, per hoc, quod æstimatio qua aliquis præfert se aliis apud Deum, cui cogitatio locutio est, quædam ostentatio est propriarum diuitiarum, & obstruit sibi fontem diuinæ misericordiæ. Bernardus: Phariseus exufflat diuinam misericordiam, dum dissimulat miseriam. ¶ Quarto, per hoc, quod talis uult esse iudex sui ipsius, cum proprius amor homines fallat in iudicio sui ipsius. Bernardus: Amor sicut nec odium, ueritatis nescit iudicium. Idem de legibus humanis statutum, & in causis tam ecclesiasticis quam secularibus scio seruatum, homines speciales amicos causantium non debere admitti in iudicium, ne uel fallant, uel fallantur amore suorum, quod si culpam amici tuo iudicio illius amor aut minuit, aut prorsus abscondit: quanto magis amor

tui tuum contra te iudicium fallit? Senec. Ita ferè comparata est omnium natura hominū, ut aliana melius iudicet quam sua. Tali potest dici, Tu iudicium de te ipso facis, iudicium tuum nō est uerum. ¶ Quinto, quia tales credunt solem iustitiæ non lucem dare, nisi in domo conscientiæ eorū, quod indubitanter magna fatuitas est. Vnde Bern. Nolo ut nusquam arbitreris lucere diem, nisi in cella tua: nusquam esse ferenum, nisi penes te: nusquam operari gratiū Dei, nisi in conscientia tua: malo te cogitare ubique, esse serenū, nisi apud te: & peius de te, quam de aliquo alio æstimare.

¶ *Quod sit magna iniquitas se præferre alijs, quantum ad Deum.*

INIQUITAS etiam magna est præferre se alijs, & quo ad Deum, & quo ad proximum. Quantum ad Deum, quadrupliciter est iniquus qui se alijs præponit. ¶ Primo, in hoc, quod iudicium datum filio Dei sibi usurpat. Ioan. 5. Omne iudicium dedit filio. ¶ Secundo, quod opus eius despicit. Prouerb. 14. Qui calumniatur egentem, exprobrat factōri eius qui fecit talem. Multum displicet mulieri qui despicit filium suum, uel artificem, cum quis despicit opus eius: ita Deo displicet, cum quis despicit creaturam eius. ¶ Tertio, quia cum se solum bonum credit, quodammodo de Deo male sentit, & de sapientia Dei male sentit, qui credit quod Deus in uno solo loco diuitias

posuit

posuerit. Et de bonitate eius male sentit, cum credit quod alijs Deus non sit bonus, nisi sibi: uel credit quod sit alijs parum bonus, in quo Deo derogat. Vnde super illud Matt. 5. Qui dixerit, faue dicit glo. Nō modicus furor est, quem Deus sale sapientiæ conduxit, infatuatum dicere, & fallenti Deo derogare. ¶ Quarto, iniquus est talis in Deum: quia dum ipse Deus est magnus in se, in eo quodammodo paruus est, cum contrario modo oporteat esse. Oportet enim hominem minui, ut Deus in eo crescat: iuxta illud præcursoris Ioann. 3. Illum oportet crescere, me autem minui.

¶ *Quod sit magna iniquitas, se præferre alijs, quantum ad proximum.*

IN proximum uerò iniquus est, qui se præfert alijs, dupliciter. ¶ Primo, quia præsumit proximum iudicare, in quo non habet iudicium, & contra prohibitionem domini, Matt. 7. Nolite iudicare, & non iudicabimini. & Apost. Rom. 14. Tu quis es qui iudicas sensum alienū? Domino suo stat aut cadit. ¶ Secundo, quia iniq̄ue iudicat eum, & quasi habet statum doloſam, cum pro uno peccato quod scit de proximo suo, ei præponit se, cum se sciat multa peccata cōmississe. Præterea nescit circumstantias peccatorū in proximo, quæ multū possunt diminuerè peccatum eius: nescit enim qua int̄tione fecit, utrum

ex surreptione uel debilitate, utrum ex ignorantia uel ex certa scientia, utrū casu uel ex proposito, & utrū ex uehementia tentationis. Itē pro ridiculosa argumentatione, quā nō auderet etiam recitare in scholis, proximum suum iudicat malū, uel pro aliquo leui signo. De hac ita tera, Prou. 11. Statera doloſa abominatio est apud Deū: qui sapiens esset, longe peccata sua maiora quam aliorum æstimaret, cum melius cognoscat circumstantias peccatorū suorum aggrauantes, quam circumstantias quæ aggrauant peccata aliorū. Vnde Bern. Qui perfectè semet ipsum examinando intelligit, suo peccato nullius peccatū par esse existimat, quod non sicut suum intelligit. Homini qui se præfert alijs qui de se solo bonam habet opinionem, quādoque ita accidit, sicut accidit Amā, qui de se solo credebat quod à rege esset honorandus, cum à rege esset suspēdendus, Esther 6. Cogitans Aman in corde suo, quod nullum alium rex nisi se uellet honorare, respōdit, &c. Et subditur, quod suspēsus est Aman in patibulo quod parauerat Mardocheus: Mardocheum uerò quē Aman suspendere uoluit, rex honorari præcepit. Sic ille qui alium iudicat, quandoque est condēnandus: & qui ab eo iudicatur, ad regnum est sublimandus.

De diuisione superbiæ affectus.

Et primo de præsumptione, & de triplici damno quod ex ea provenit.

CAP. V.

Superb

Superbia affectus, diuiditur in præsumptionem, & appetitū propriæ excellentiæ. Primo igitur prosequemur de præsumptione. De qua primo ostendemus quantum præsumptio homini sit timēda. Secundo præsumptuosos homines fatuos esse. Tertio distinguemus diuersas species præsumptionis. ¶ Triplex potest ostēdi quod ualde timēda est præsumptio. ¶ Primo per hoc, quod dominus cum tanto damno & iactura animarum uoluit huic morbo mederi. Ideo enim distulit incarnari longo tēpore, ut præsumptio in homine destrueretur. Noluit enim uenire donec homo de lege naturali & scripta cōuinceretur, quod neutra iuari potuisset. ¶ Secundo per hoc quod dominus aliquando uiros sanctos permittit cadere in aliquod manifestum peccatum mortale, ne de se præsumant. August. Audeo dicere, superbis esse utile cadere in aliquod apertū & manifestū peccatum, unde sibi displiceāt, qui iam sibi placendo ceciderant. Salubrius enim sibi Petrus quādo fleuit displicuit quā placuit quando præsumpsit. ¶ Tertio per hoc, quod multiplex damnum prouenit ex præsumptione: & est triplex damnum quod inde prouenit. Deus enim præsumēti de se, auxilium suum subtrahit: subtrahit Deī auxilio homo in bono non proficiet, & tandē in malo corrui. De primo, Iudith 6. Præ-

sumentes de se & de sua uirtute gloriantes humilia. De secundo super illud Psal. Infirmata est, tu uerō perfecisti eam. Non firmaretur, inquit Augu. nisi infirmaretur. Idem: Multos impedit à firmitate præsumptio firmitatis. De ruina quam facit præsumptio, patet in Petro, qui uilius omnibus corruit, quia præ ceteris præsumpsit. De præsumptione eius Marci 14. Et si omnes scandalizati fuerint in te, sed non ego. & Luc. 22. Domine, paratus sum tecum in carcerē, & in mortē ire. De ruina eius, Mart. 26. qualiter ad uocem ancillæ Christum negauerit. Vnde Aug. loquens ei: Vbi dixisti, sufficio, ibi defecisti: ubi tibi placuisti, ibi periisti. ¶ De fatuitate illius qui de se præsumit.

F A T U I T A S uerò de se præsumētiū ostēditur, Primo per uerba scripturæ quæ infirmitatē humanā ostendunt. 1. Cor. 3. Non quod sufficientes simus aliquid cogitare ex nobis, &c. Si nō sufficit homo ad bene cogitandū quod minimū est inter bona opera, quomodo sufficiet ad alia? Io. 6. Nemo ueniet ad me, nisi Pater meus traxerit illū. Itē dicit Eccles. Cantic. 1. Trahe me post te, ubi dicit Bern. in persona ecclesiæ: Domine, scio me nequaquam esse perueniturū ad te, nisi gradiendo post te. Sed neq; hoc quidem, nisi adiuuus à te. Ideo precor ut trahas me post te. Beatus siquidem est, cuius auxilium

xilium abs te. Ascēiones in corde suo disposuit in ualle lacrymarū, peruenturus quandoq; ad te in montibus gaudiorū. Osee 13. Ex te perditio tua Israhel: tantummodo ex me auxiliū tuum. Et Psal. dicit homo: spiritus uadens, & non rediens. quia per se uadit homo ad peccatū, sed per se nō redit. Navis per se descendit in rapida aqua, sed per se nō ascendit. Piscis per se intrat in nassam, sed non per se exit. Terra spinas & tribulos per se profert, sed non profert per se triticum. Sic homo per se potest facere malum, sed non bonum. Io. 15. Sine me nihil potestis facere. Vnde August. loquens de negatione Petri, dicit: Hic cognoscitur quā uerum sit, Sine me nihil potest facere. Ecce ad unius auz impulsū firmissima columna cōtremuit. ¶ Secundo per collationem imbecillitatis nostræ ad fortitudinem hostiū nostrorum: nos enim sumus quasi locustæ gigantibus infernalibus comparati, qui sunt hostes nostri. Valde ergo fatuus est, qui de se præsumit. In Deo tamen possumus etiā gigantes uincere. unde Origenes super Numeris, ubi loquitur de exploratoribus missis à Moysē. Vult dominus Iesus res mirabiles facere, uult de locustis superare gigantes, & de his qui in terra sunt caelestes uincere nequitas. ¶ Tertio exēplis uiroꝝ fortium, qui corruisse leguntur. Sicut exemplo

Petri, Dauid, Salomonis, & similia. Gregorius, Dauid cadente nemo superbiat. Multos legimus in mōte præsumptionis corruisse, unde multum fugiendus esset mons iste, unde Augustinus: Multum instrenuus est, qui illuc ire contendit, ubi multos corruisse cōspicit. In monte hoc ceciderūt qui operantur iniquitatem. Præcipue potest agnoscī fatuitas præsumētiū de se per experientiam propriam imbecillitatis. Leuem enim correctionem uel modicum uerbum sustinere nequimus. Quomodo ergo magna præsumimus, qui modicum non possumus? Fatuitatē præsumētiū de se insinuat nobis Salomon, Prou. 14. dicens: Sapientis timet, & declinat à malo: stultus transilit, & confidit.

¶ De quatuor speciebus præsumptionis.

S E Q U I T V R de speciebus præsumptionis. Et possumus distinguere quatuor species ipsius. ¶ Prima species est, quando aliquis præsumit, quod alii nō præsumunt. Sicut illi qui noua præsumunt præferentes se antecessoribus suis, & qui coram aliquibus sibi æqualibus, uel maioribus præsumunt quod non ipsi. Ad hanc speciem præsumptionis uidetur referri illud Eccl. 32. Audi tacens simul & querens, & in medio magnatorum loqui non præsumas. ¶ Secūda est, quando aliquis præsumit, de quo præsumendū nō esset. Vt cum aliquis præsumit

præsumit de uiribus suis, uel de amicis carnalib⁹, uel de diuitiis. Cōtrā uidetur pertinere quod dicitur Ierem. 17. Maledictus homo qui cōfidit in homine, & ponit carnē brachiū suum. Et subditur: Benedictus uir qui cōfidit in domino, &c. Et illud Eccl. 36. Ecce cōfidis super baculū arundineū confractū istum, super Aegyptū: cui si innixus fuerit homo, intrabit manum eius, & perforabit eam. Et illud Prouer. 11. Qui cōfidit in diuitiis suis, corruet. ¶ Tertia est, cum quis præsumit aliquid ante tempus: ut cum quis præsumit de uictoria, qui est adhuc in pugna. Ad quod refertur illud Iob 12. Memento belli, nec ultrā addas loqui. Et illud 3. Regum 20. Nō gloriatur accinētus æquē ut discinctus. Et uocat glossa accinctū illum, qui indutus est armis, & adhuc est in acie. Discinctum uerō, qui uictor est, & iam arma deposuit. Ad idem potest referri quod dixit quidam pater cuidam fratri dicenti: Ego sum mortuus mūdo. Et si tu mortuus es, ait, pater diabolus tamē mortuus non est. Ad hanc speciem præsumptionis pertinet, quādo aliquis præsumit de perfectione, qui adhuc est in inchoatione. Quantumcumq; aliquis profecerit, semper reputare se debet incipiētem. unde Ecclesiast. 18. Cum consummauerit homo, tunc incipit, &c. Greg. in Moral. Nescit mens per torporē ueterascere, quæ semper studet per

desideriū inchoare. Idem: Si à bonis inchoatis nolumus lassescere, ualde necesse est, ut semper ea credamus nos inchoare. Unde David: Et dixi, Nunc cœpi. & Ier. 3. Patrem uocabis me, & post me ingredi nō cessabis. Et Eccl. 43. A luna signum diei festi luminare quod minuitur in consummatione mēsis. Sic uir iustus quāto perfectior efficitur, tātō in oculis suis minuitur. ¶ Quarta species præsumptionis est, quando aliquis præsumit quod est supra uires suas. Sicut cum aliquis præsumit quod exibat à peccato cum uoluerit, com tamen casum in peccatum modo cauere non possit, de qua præsumptione Eccle. 29. Repromissio nequissima multos perdidit. De hac præsumptione dictū est amplius ultimo capit. circa finē, de Luxuria. Ad hanc etiā speciem pertinet, quando aliquis insufficientes recipit curam animarum, & promittit se alios à lupo infernali liberare, cum ipse iam sit in ore ipsius. Ad destruendū uitium præsumptionis posuit dominus hominē iam formatum in paradiso: ut legitur Genesis 2. Ipse homo nō posuit se ibi, imo etiam positus à Deo ibi stare non potuit. Quomodo ergo in celesti paradiso se uiribus suis ponet?

De appetitu propriæ excellentiæ, quæ in tres species distinguitur. Et primo de appetitu dominij, & eius detestatione.

C A P. V I.

Dictum

Dictum est de speciebus præsumptionis, consequenter dicendum est de appetitu propriæ excellentiæ. Et cum sit triplex excellentiæ, scilicet excellentiæ domini, & excellentiæ magisterij, & excellentiæ simplicis excessus, quando scilicet aliquis excellit aliū in aliqua gratia, ita tamen quod non est superior ad eum. Adhuc poterit distingui appetitus propriæ excellentiæ in tres species, scilicet in appetitū domini, in appetitum magisterij, & appetitum simplicis excessus. De appetitu uerō domini, primo prosequemur. Qui ideo peccatum est, quia locus domini propriæ excellentiæ locus Dei est, nec debet ab homine appeti. Naturaliter enim inter homines aequalitas esse debet, nec est homo subiectus homini, nisi per peccatum in bestiam sit conuersus, & sic quodammodo homine inferior sit factus. unde Gregorius in Moral. Non est homini data prælatio, ut dominetur hominibus, sed bestiis terræ, & uolueribus, & piscibus: id est, hominibus in eo quod induunt faciem horum: ubi enim non delinquimus, pares sumus: & est sumptum illud de Genesis 1. super hoc uerbo, Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram, &c. Et subditur, Præcipiscibus, &c.

De his quæ faciunt ad detestationem huius uitij.

AD detestationē uerō huius

uitij, Primo possumus uti diffusionibus quæ faciunt scripturæ de hoc uitio, & de multis pauca ponamus. Unde Eccles. 7. Noli querere ab homine ducitū, neque à rege cathedram honoris. Sicut ad regem specialiter pertinet ponere aliquem in regno suo, qui loco eius sit: & regi iniuriaretur, qui ab alio quàm à rege sine eius consensu obtinere uellet. Sic Deo iniuriam facit, qui ab alio quàm à Deo dignitate querit. Item Ecclesiast. 7. Noli querere fieri iudex, nisi uirtute ualeas irumpere iniquitates: sicut in cōsiliū corporali, hostes precipue irruit super regem: sic hostes spirituales, scilicet uitia & dæmones, irruunt præcipue super illum, qui in dignitate est. Unde oportet eum uirtutem habere dirūpendi eos, unde Hieronymum. Caue honores, quos sine culpa tenere non potes. Sublimitas horum, magnitudo scelerum est. Et Gregor. in Pastoral. Polens uirtutibus inuitus, & coactus accedet ad regimen animarum. Si ille qui uirtutibus pollet, inuitus debet accedere, quid de illo qui uitiis sordet? Ille nō modo debet accedere: & si accedit, damnosum est & sibi & populo. De damno populi, Prouerbiol. 28. Regnantibus impiis ruina hominum. Item leo rugiens, & ursus esuriens, princeps impius super populum pauperem. Item: Dux indigenus prudentiā multos opprimit per calumniā. & Prou.

& Prouerborum 29. Cum impii fumpferint principatum, gemet populus. Damnum autem quod incurrit, qui cum indignus sit, sublimatur: dicit Augustin. In nullo sentio Deum ita iratum mihi, quam in hoc quod cum indignus essem ponti ad remum, positus sum ad amplustre, siue ad gubernaculum in capite regimnis ecclesie. ¶ Secundo ad detestationem huius uitii ualēt exempla, & de multis exemplis pauca ponamus. Et primo exemplum Christi, de quo dicitur Ioann. 6. quod cum quidam uellent eum regem facere, fugit: querentibus autem eum ad mortem, ultro se obtulit. Io. 18. Querentes autem se ad regimē, fugit: ut ostenderet quod quibusdā potius expediret esse mortuos, quam esse in loco dignitatis. Hoc ipsum confitentur aliqui nobiles & potentes, quod potius expediret eis esse leprosos, quam esse in statu in quo sunt. Hoc exēplo utitur Apostolus ad Hebr. 12. Curramus ad propositum nobis cer tamen, aspicientes remuneratorem fidei, qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem. De Augu. similiter qui fugiebat ab omni ciuitate quæ nō habebat episcopum, ne in episcopū raperetur. Inuenitur etiam de quodam nomine Gaufredo priore Clareuallēsi, quod quum electus esset in episcopum Tornacen. & ab Eugenio papa, & abbate suo sancto Bernar. cogereetur onus epi-

scopatus subire: ipse prostratus ad pedes abbatis, & clericorum qui se elegerant, in modum crucis, ait: Monachus fugitiuus si me eicitis esse potero, Episcopus uerō nunquam ero. Cui laboranti in extremis, quidam monachus ei charus assitens ait Chare mi, oro te ut si potes, statum tuum mihi post mortem reuelles. Cui oranti post mortem eius, coram altari apparuit in uisione Gaufredus, dicens monacho: Ecce assum Gaufredus frater tuus. Cui ille: Chare mi, quomodo est tibi? Cui ille: Benefed reuelatum est mihi à sancta Trinitate, quod si promotus essem in episcopum, fuisset in numero reproborum.

¶ *Quod ambitiosus sit male, peius, pessime, dum tendunt ad dignitatem.*

TERTIO potest ualere ad detestationem huius uitii hoc, quod ambitiosus male est dū ad dignitatē tendunt: peius est eis cum ipsam iam acquiserūt: pessimè erit eis cum punientur de hoc, quod in dignitate male se habuerunt. Quod male sit ambitiosus, dum ad dignitatē tendit, Primo patet ex uerbis Senecæ dicentis: Quæcunque eminere uidentur, quamuis pusilla sint, & tantummodo comparatione humillimorum extent, per difficiles & arduos tramites ademptur. Confragosa ad fastigium dignitatis uia est. Item Philosophus: Hoc maximum malum ha-

bet ambitio, quod non respicit uel Deū, uel se, uel alios, sed per fas & nefas, & mille pericula ad dignitatem tēdit quam appetit. Ambitiosus semper est pauidus. Timet enim ne quid dicat uel faciat, quod in oculis hominum displiceat, honestatem mentitur, humilitatē simulat, cunctis adulatur, cunctis inclinatur, omnium est seruus & tributarius: graue pugnā habet in se, dum iniquitas pulsatur animum, & ambitio conuincit manum. Quod autem ualde male sit ambitioso, cum iam habet dignitatem, multipliciter potest ostendi. Primo ex uerbis Bernard. dicētis: O ambitio ambientium crux, quomodo omnes torques, & omnibus places? Nil acerbius cruciat, nil molestius inquietat, nil tamen apud miseros mortales celebrius negotiis eius. Idem Seneca: Nemo ex his quos purpuratos uides, felix est: non magis quam ex illis quibus sceptrū uel chlamydem in scena fabulæ assignat. Qui in loco dignitatis sunt, sunt in maiori periculo, & quo ad corpus, & quo ad animā frequenter. Vnde Hieronymus: Honores secum pericula trahūt: cito periclitatur potestas, & quanto maior honor, tanto maiora pericula. Idem: Altissimi montes crebris fulminibus feriuntur. Vnde Augustin. Quanto in loco superiori, tanto in periculo maiori uersatur. Interdum principes propter magnū periculum in quo sunt,

non audent etiam ire in propriam ciuitatem, nisi ab armatis circumdantur, quod non est parua miseria. Vnde Tullius: Nonne millies melius est perire, quam in sua ciuitate sine armatorum præsidio non posse uiuere? In maioribus etiā criminibus sunt frequenter qui præsumunt. Vnde Ieremiæ tertio: Ibo ad optimates, & loquar eis. Ipsi enim cognouerunt uiam Domini, & iudicium Dei sui: & ecce magis hi simul confregerunt iugum, ruperūt uincula. Et in eodem cap. in fine: Inuenti sunt in populo meo impii insidiantes, quasi aucupes laqueos ponentes, & pedicas ad capiendos uiros. Sicut decipula plena auibus, sic domus eorū plena dolo. Ideo magnificati sunt & ditati in terra. Incrassati sunt, & impinguati, & præterierūt sermones meos pessimè. Vnde Seneca: Abstrahunt à recto diuitiæ, honores, & potentia, & alia quæ in opinione nostra sunt cara, pretio sui uilisa. In maiori etiam labore sunt tales. Vnde signati sunt per duo operimēta superiora quæ in tabernaculo erāt de pellibus arietum, propter astuum & imbrum defensionem: de quibus habetur Exo di uicesimo quinto: Operimenta illa custodiebant operimentū inferius quod erat ualde pretiosum. Sic illi qui præsumunt, custodiunt filios Dei, quos ipse tenerē diligit, nec uult incommodatibus & uexationibus

bus exponi. Vnde Greg. Misericors Deus, quos tenerè diligit, ab extremis actionibus abscondit. Nam & paterfamilias ad eū laborè seruos mittit, à quo subtiles filios suscipit. Et inde filii sine uexatione decori sunt, unde serui in puluere deturpantur. Capa pluuialis non ideo superponitur ceteris uestibus, quia charior habeatur, sed ut potius sola deturpetur: nec fit hoc principaliter ad utilitatem capæ, sed ceterarum uestiū. Sic qui superior est, non debet se reputare ceteris meliorem. Debet etiam credere se in statu illo positum propter utilitatem populi, non propter honorem. Expedit enim ut unus homo moriatur pro populo, id est, laboriosè uitæ & periculosè exponatur, quæ est uelut mors quædam. Multi tamen sic fatui sunt, ut mortem istam appetant, & dulcedinem quietæ uitæ fastidiāt. Vnde Gregorius. Cessationem à laboribus mundi dominus imperat: sed uesana mens plus assequi aspera carnaliter, quam tenere blanda spiritualiter gaudet. Habentes manna fastidiunt, & cæpas desiderant, quæ non sine lacrymis comeduntur. Præterea ambitiosi ex dignitate quæ appetunt, non obtinent honorem, quem intendunt. Non enim honorantur ex dignitate, sed potius dignitas exhonora- tur & deturpatur ab ipsis. Ideo egregiè de Cæsare Tullius ait: Cæsar cum quosdam honorare

noluit, non ipsos honestauit, sed ornamento deturpauit. Boetius: Quanto maior est dignitas, tanto despectiores improbos facit. At non impune. Reddit nanque improbi parem dignitatus uicem, quas ipsi sua contagione maculant. Et licet ualde male sit ambitiosus, dum sunt in dignitate: deterius tamen erit eis cum pro abusione sua punientur. Vnde Hieronymus: In maiori gradu maior sine dubio pena. Et Sapient. 5. Potentes autè potenter tormenta patientur. Et Apocalypsis decimo octauo. Quantum glorificauit se, & in deliciis fuit, tantum date illi tormentum & luctū. ¶ Quarto potest etiam ad huius uitæ detestationem facere hoc, quod uitium istud est ualde efficax ad homines capiendos. Vnde quidam: Plurima cum soleant hominum corrumpere mores, Fortius enertit femina, census, honor. Idè: Quem res nec femina uincere possunt, Subiugat ambitio. ¶ Quinto, possumus etiam uti ad detestationem huius uitæ, parabola illa Iudic. 9. Ierunt ligna, ut ungeret super se regè: dixeruntque oliuæ: Impera nobis. Quæ respondit: Nunquid possum deferere pinguedinē meam, qua diuituntur & homines, & uenire ut inter ligna promouear? Dixerunt ligna ad arborem ficum: Veni, & super nos regnū accipe. Quæ respondit eis: Nunquid possum deferere dulcedinem meā fructusque

Autque suauissimos, & ire, ut inter cætera ligna promouear? Locutique sunt ligna ad uirē: Veni & impera nobis. Quæ respondit eis: Nunquid possum deferere uinum meum, quod iustificat Deum & homines, & inter cætera ligna promoueri? Dixeruntque omnia ad rhamnū: Veni, & impera super nos. Quæ respondit eis: Si uerè me regem uobis constituitis, uenite & sub umbra mea requiescite. Ligna super se regem unguunt, quando aliqui aliquem eligunt, ut eis dominetur. Notanter autè dicitur eum ungere. Occasionem enim dant ut unctè & mansuetè debeat se habere erga eos, in hoc, quod eum sibi præficiunt, & sibi præponunt. Valde enim peruersum est eos exhonorare, qui eum in honore posterunt, & potestate de manu aliorum accepta in oppressionē ierunt. Vtique peruersitas est figurata Matthæi uicesimo septimo in hoc, quod milites præsidis accipientes arundinem de manu Christi, percutientes inde caput eius. In arundine enim quæ uacua est, intelligitur terrena potestas, quæ nihil soliditatis habet. Per oliuā, cuius pinguedine Deus hominēsque utuntur, signatur aliquis ut misericors, qui oleo misericordie suæ paupertatem aliorum condit & quasi impinguat, & lucem diuinæ gratiæ eodem oleo in se nutrit & conseruat. Talis prælacionem refugit, timens ne

occasione eius bonum amittat, quod accepit. In sicu intelligitur aliquis contemplatiuus iam dulcedinem Dei per contemplationem sentiens, qui prælacionem refugit, quia timet dulcedinem, quam lenit, perdere. Scit enim quod oportebit eum per sollicitudinem exteriorum extra se ire. Vnde Lucæ decimo quarto, Villam emi, & necesse habeo exire, dicit Glossa interlin. ab interna contemplatione, & ibidem dicit Glossa Augustini: In empta uilla dominatio notatur & superbia. Villam possidere, homines sibi subdere, uitium malum, uitium primū. Per uitem propter uitæ feruorē intelligitur aliquis perfectæ charitatis & feruentis, qui prælacionem similiter recusat, timens ne feruor charitatis in eo tepescat, propter aquam mundanæ curæ superinfusam. Rhamnus autem est genus rubi asperum nimis, & aculeatum sicut fentes, & secundum Iosephum, ad impetū uenti ignem naturaliter producit: & est primo molle, & post durefcit. Vnde signat aliquem malū ambitiosum, qui spiritus uitiorū spinosus est, qui spoliat subditos suos, sicut spinæ lana spoliat oues contingentes eas, qui ex se emittit ignem peruersæ conuersationis, quo se, & subditos cōburat incendio infernali. Qui primò se subditis suis mollem exhibet & mansuetum, deinde uerò durum, quia tyrannicam

uitam exercet, talis regimē non recusat. ¶ Responſio contra illud uerbū Apoſtoli, Si quis epiſcopatū, &c. quod ambitioſi pro ſe allegant. Poterit tamen uideri alicui quōd appetitus dominiū malus non ſit, quum dicat Apoſtolus 1. ad Timotheū tertio: Si quis epiſcopatum deſiderat, bonum opus deſiderat. Sed nulla eſt obiectio iſta, ſi quis uerbum Apoſtoli conſideret diligenter. Non enim dicit apoſtolus, quōd ſi quis deſideret epiſcopatum, quōd ipſe bene faciat, uel quōd deſiderium eius bonum ſit: ſed uult oſtendere quid ſignificetur hoc nomine epiſcopatus, quia nomen Græcum eſt. Vnde dicit Gloſſa ſuper illum locum: Exponere uoluit Apoſtolus quid ſit epiſcopatus, quia nomē eſt operis, non honoris. Græcum enim eſt, & inde dictum uocabulum, quia ille qui præſicitur, ſuperintendit curam eorum gerēs. Scopos enim intentio eſt. Vnde epiſcopus Græcè, ſuperintendens Latinè dicitur: ut intelligat ſe non eſſe epiſcopum qui præſeſſe dilexerit, non prodeſſe. Epiſcopus enim eſt ſuper ſuam & aliorum uitam intentio, nec ualet hoc argumentum, Si quis epiſcopatum, &c. ergo deſiderium epiſcopatus eſt bonū: ſicut non ualet, Latro qui uult furari bonam capam, deſiderat bonam rem, quia bonam capam: ergo deſiderium eius bonum eſt. Ibi eadem Gloſſa: Locus ſuperior,

ſine quo populus regi non poteſt, & ſi ita teneatur atque admiſtratur ut decet: tamen indecenter appetitur. Vnde Hieronymus: Otrum ſandum quaerit charitas ueritatis, negotium iuſtum ſuſcipit neceſſitas charitatis: quam ſarcinā ſi nullus imponit, percipiēda atque intēdenda uacandum eſt ueritati. Si autem imponitur, ſuſcipienda eſt propter neceſſitatem charitatis, ſed non deſerenda eſt delectatio ueritatis, ne ſubtrahatur ipſa fatnitas, & opprimatur iſta ſua uitas. Patet ergo quōd non appetendus eſt locus dignitatis, 1. Corinth. decimo tertio: Charitas non eſt ambitioſa. Quid autem in dignitatibus homines appetant, utrum lucrum animarum, uel lucrum burſarum, utrum laborem, uel honorem, ſatis apparet, ſi honores & diuitiæ ab officiis eccleſiaſtiſis ſeparentur. Vnde legitur q̄ mortuo Sixto papa, diu uacauit papatus, nec inuentus eſt, qui ſubiret illud onus: quoniam non habebat eccleſia diuitias, uel pompam ſeculare. His adiunctis tempore Sylueſtri illico ambitio naſcebatur, & latè peruagabatur.

De appetitu magiſterii.

CAP. VII.

Dictum eſt de appetitu dominiū, conſequentē dicendum eſt, de appetitu magiſterii, de quo hoc ordine dicemus. Primo oſtendemus ex quibus cauſis appetitus magiſterii poſſe

eſſe

eſſe culpabilis. Secundo oſtendemus de magiſterio curioſorū, quanta ſit uexationis & afflictionis. Tertio oſtēdemus quanti meriti ſit miniſterium magiſterii, quod habent uiri quos regit timor & charitas Dei. ¶ Primum igitur notandum eſt, quōd appetitus magiſterii culpabilis poteſt eſſe quinque de cauſis. Primo propter ignorantia, quando ſcilicet aliquis præſumit docere, quod non addidicit. Vnde Iac. 3. Nolite plures magiſtri fieri fratres mei. Gloſſ. niſi tantum diſceret & in ſcripturis docti. & Prouerb. 18. Qui prius reſpondet quā audiatur, ſtultum ſe eſſe demonſtrat, & confuſione dignū. Vnde Salluſtius: Poſtquam honores adepti ſunt, tunc primum acta & præcepta maiorum legere incipiunt præpoſteri homines. Eccleſ. 32. Audi tacens, & pro reuerentia accedet tibi bona gratia. Vnde Hierony. Ceteri qui uariam ſupellectilē & uilia opuscula fabricant, ſine doctore eſſe non poſſunt quod cupiūt: quod medicorum eſt, promittunt medici, & tractant fabricilia fabri. Sola ſcripturarum ars eſt, quam ſibi paſſim omnes uen dicāt. Et ſubditur: Hanc uniuerſi præſumunt, lacerant, docent antequam diſcant. & Gregorius: Turpe eſt tunc ſolutionē quaerere, quum debemus quaſtionem enodare. Socrates cuidam interroganti, Quomodo poſſet optime diſcere, ait: Si nihil di-

xeris, niſi dixeris, quod bene ſcieris. ¶ Secundo poteſt eſſe appetitus magiſterii culpabilis propter inhonēſtam uitam. Indignum enim eſt cæleſtem doctrinam eſſe in uaſe immundo. Vnde David: Peccatori autē dixit Deus, Quare tu, &c. Prouerb. 26. Quomodo ſi argento ſordido ornare uelis uas fictile: ſic tumentia labia cum peſſimo corde ſociata. Dignus irriſione eſſet qui argento uas fictile ornare uellet, ſi cum uellet ornare lutum, ſordidaret argentū: ſic irriſione dignus eſt, qui cum malus ſit, tamē ad ſuperbiam & uanam gloriam bona uerba dicit. Docēs quodam modo obligat ſe ex doctrina ſua ad bene faciēdum. Vnde ſuper illud Iob 39. Aut circundabis collo eius hinnitū, dicit Gregorius: Collo equi hinnitus circūdatur: quia ne ad peruerſa opera prodeat, ſuis uocibus uita prædicantis obſidetur. Et ſuper illud Prouerbiorum 3. Circūda eas gutturi tuo, dicit Gloſ. Virtutes docet circūdari gutturi, quum uox potius in gutture fieri ſoleat: quia ſcilicet prædicationis uox de interiori manat, ſed exterius circūdat: nam quo aliquos ad bene operandū & uiuendum excitat, eo ad bene agendum opera prædicationis ſeipſum ligat. Vnde Gregorius: Qui uerbū Dei loquitur, prius ſtudeat qualiter uiuat, & poſt ex actu colligat quæ & qualiter dicat. Et Eccleſiaſt. 29. Quæ

Zz 3 in

in manu habes, ciba ceteros. Ea in manu habemus, quæ opere implemus, & talia debemus prædicare aliis. & Ecclesiast. 29. Confirma uerbum, & fideliter age cum illo, & in omni tempore inuenies quod necessarium est. Bona operatio est uerbi confirmatio: mala uero operatio, infirmitas est uerbi. Fideliter agit cum uerbo, qui quod prædicat, crede re se ostendit, quia idem opere implet. Qui prædicat delectationem aliquam uenentam esse & toxicatam, & tamen eandem sumit, nõ uidetur credere quod prædicat, nec fideliter agit cum uerbo.

¶ De doctrina bona, & uita mala.

ET notandum quod habere doctrinam bonam & uitam malam, ipsi habenti ualde est uerecundum & erubescētia plenum, & Deo displicet, & ecclesiæ multum nocet. ¶ Primum multipliciter potest ostendi. ¶ Primo: ex hoc, quod ille qui bene docet & male uiuit, quasi defert lucernam ante se, quia immunditiam suam ostendit. Dauid: Lucerna pedibus meis uerbum tuum, &c. Prouerb. 6. Mandatum lucerna est, & lex lux est. Item talis de bello fugit, & tamen ad pugnam strenuè alios exhortatur. Item literas etiã propriæ damnationis publicat, unde Apostolus ad Romanos 1. In quo alium iudicas, te ipsum condemnas. Item in libro Prosperi: Bene lo-

qui, & male uiuere, nihil aliud est, quàm seipsum sua uoce damnare. Talis sibi ipsi contradicit, & seipsum confundit, unde Hieronymus: Non confundant opera tua sermonem tuum, ne cum in ecclesiâ loquaris, tacitus quilibet respondeat: Cur ergo hoc, quod dicis, ipse facis? Delicatus magister est qui pleno ventre de ieiuniis disputat. Acculare auaritiã etiam latro potest. Sacerdotis Christi mens manusque cõcordent. Talis opere destruit, quod uerbo ædificat. Ecclesi. 34. Vnus ædificans & alius destruens, quid prodest illis nisi labor? Talis habet linguam longe maiorem manu, quod sine dubio nõ fructuosum est, unde Greg. Mon. fructuosa res est manus remissa, & lingua magniloqua. De tali ironice solet dici illud Genesis 27. Vox quidem uox Iacob est, sed manus, manus sunt Esau. Quod hoc autẽ multũ displiceat Deo, potest ostendi ex hoc, quod dominus male dixit ficulneæ habenti folia sine fructu: ut legitur Matthæi 21. Ficulnea enim habens folia sine fructu, est prædicator habens uerba sine bonis operibus. Item ostendi potest ex hoc, quod dominus tot maledictiones faciebat Scribis & Phariseis, qui habebant folia uerborum sine fructu bonorũ operũ. Quas maledictiones habes Matthei 23. Quod autem ualde noceat hoc ecclesiæ Dei, multipliciter potest ostendi. Primo per hoc, quod do-

ctrina

ctrina ecclesiæ in eis non habet uitam, qualem debet habere. Vnde autoritas: Qui non ardet, non incendit. Grego. Magis ualet ad prædicandum sancti amoris conscientia, quàm exercitati sermonis scientia. Idẽ: Nulla est dulcedo linguæ, nisi condiatur sapore uitæ. Item Grego. super Ezechiel. Sermo dulcedinem non habet, quem uita reproba intra conscientiam remordet. Idem: Illi soli de Deo diluciter loqui uoluerunt, qui eum cordis uisceribus dilexerunt. Item: Sermo Dei contemptibilis redditur hominibus per uitam malam prædicantium. Vnde Gregorius: Cuius uita despiciatur, restat ut eius prædicatio contemnatur. Ipse etiam ueritas suspecta redditur hominibus. Quis enim crederet alicui qui aliquam uiam assereret latronibus plenam esse, & neminem posse transire per eam absque spoliatiõẽ & iugulatione, si post assertionem illam eandem uiam eligere uellet? Idem, Quis nõ haberet suspectam exhortationem insequendi hostes factam ab eo quem sciret esse ex parte hostiũ? Propter malam uitam eorũ qui habent instruere alios, multa mala euenerunt ecclesiæ Dei. Vnde Thren. 4. Non crediderunt reges terræ, & uniuersi habitatores orbis, quoniam ingrederetur hostis & inimicus per portas Ierusalem, propter peccata prophetarum eius, & iniquita-

tes sacerdotum eius, qui effuderunt in medio eius sanguinem iustorum, effuderunt, inquam, suo malo exemplo. ¶ Tertio, potest esse culpabilis appetitus magisterii propter hoc, quod appetitur, quod proprium est Dei, scilicet magisterium. Occasionem addiscendi potest dare homo homini, sed proprie non docet nisi Deus. unde Augustinus: Magisteria forissecus adiutoria quedam sunt & admonitiones: sed cathedram habet in cælo, qui corda docet. Aliud est oculis materiam ministrare quæ uideretur, & aliud est uisum conferre oculis. Ad doctores forissecos pertinet materiam ministrare illis qui addiscunt, sed ad interiorum magistrum pertinet, ut ad uidentium sensum cordis aperiat: & sicut oculus & res obiecta non sufficiunt, ut uisus in actũ fiat, nisi oculus illuminetur: sic præter discipulum & forissecum doctorem, necessarius est sol iustitiæ, à quo intellectus illuminetur, unde postquam aliquis audiuit à doctore forissecoco, ipse antequam atquescat consulat magistrum interiorum. ¶ Quod autem Dei sit proprium magisterium, multis testimoniis scripturæ potest ostendi. Vnde quibus pauca sufficiat ponere. Legitur Matthæi 23. Nolite uocari Rabbi: unus est enim magister uester, ubi dicit Gloss. interlin. Ne quod Deo debetur, uobis pre sumatis attribueret. Gloss. Vnus

est qui illuminat hominem, quod non alius homo: sed tantum exercet docendo, non intellectum præstat. Item gloss. Magister ex consortio ueri magistri tanquam eius nuntius, & pro reuerentia ipsius à quo mititur, honoratur. Item Prouerbior. 2. Dominus dat sapientiam, & ex ore eius prudentia & scientia. & Ecclesiastic. 1. Omnis sapientia à domino Deo est. & Ioann. 6. Et erunt omnes docibiles Dei, ubi dicit gloss. Testantur prophetiæ, omnes homines illius regni, id est, Christiana fidei, esse docibiles Dei: & quia si homines foris loquuntur, tamen solus Deus sensus aperit intus. Itē Ioannis 14. dicitur de Spiritu sancto, Ille uos docebit omnia. & 16. Docebit uos omnem ueritatem. Interlin. Intus sine sono. Sic fit & aliis sanctis. Item 1. Ioannis 2. Non necesse habetis ut aliquis doceat uos: sed sicut unctio eius docet uos de omnibus. glo. Nemo docenti tribuit quod ex ore docens intelligit. Nisi enim intus sit qui doceat, lingua doctoris exterius in uanum laborat: nec tamen doctor taceat, sed quod potest agat. Ad idē ostendendum ualeat quod dicit Philosophus, quod studium est expectatio diuinæ illuminationis. Idem: Impossibile est de pellibus caprarum aut ouium haurire sapientiam. Ideo oratio præmittenda est ab his qui studere uolunt. Sapientia enim Dei do-

num est. Nec debet aliquis tentare rapere eam uolentia laboris, uel studii, irrequisito domino. Iacobi 1. Si quis indiget sapientia, postulet à Deo. & Augustinus: Oratione melius soluntur dubia, quam inquisitione alia. ¶ Quarto, potest esse culpabilis appetitus magisterii, quia homo appetit esse superior illo, quem natura genuit sibi æqualem. Vnde Augustinus: Homine homini subdi, non natura est hominis bene instituti, sed pœna damnati. Aequalitas multum placet Deo. unde Dauid: Mirabile templum tuum in æquitate. ¶ Quinto, potest esse culpabilis appetitus magisterii, si propter uanam gloriam appetatur. Sic faciebant Scribæ & Pharisei. Vnde Matthæi 23. Amant primos recubitus in cœnis, & primas cathedras in synagogis, & salutationes in foro, & uocari ab hominibus Rabbi.

¶ De afflictione magistrum curiosorum.

DICTVM est ex quibus causis possit esse culpabilis appetitus magisterii, nunc dicendum est quantæ afflictionis magistrum curiosorum sit. Quod satis ostendit nobis Salomon Ecclesi. 1. dicens: Proposui in animo meo querere & inuestigare sapienter de omnibus quæ sunt sub sole. Hanc occupationem pessimam dedit deus filiis hominum, ut occupentur in ea. Alia translatio habet, hanc dissensionem pessimam,

nam. Studium curiosorum dici potest occupatio mala, peior, & pessima. Mala propter afflictionem tam corporis, quam animæ, quæ est tibi, & præcipue ista afflictio ubi parua uel nulla utilitas est. Vnde Sene. Quid te torques in illa quaestione, quam utilius est contempsisse, quam soluere? Idem: Nullius rei difficilis est inuentio, nisi illius cuius inuentæ hic nullus est fructus inuenisse. Peior uerò est propter contemptores sapientæ, & fastidiosos auditores. De contemptu sapientæ habetur Prouerb. 1. Sapientiam atque doctrinam stulti despiciunt. Ideo despicitur sapientia à stultis, quia ab eis non cognoscitur. Sicut aurum & argentum à brutis animalibus conculantur, quia ab eis non cognoscuntur. De contemptu etiam sapientæ dicit Seneca: Ad sapientiam quis accedit, quis dignam iudicat, nisi quam in transitu nouerit? Quis philosophum aut uolum liberale studiū respicit, nisi cum aliquis pluuies interueniat dies quem perdere libet? Nihil itaque inuenitur ex his quæ parum inuestigata antiqui reliquerunt. At si hic iuuentus sobria incumberet, hic maiores docerent, minores ad discerent, uix ad fundum ueniretur ubi ueritas posita est, quam nunc summa & leui manu quærimus. Dicit iterum Seneca: Fastidientis stomachi est multa degustare. Quam auditores adeo fastidiosi

sunt, quod non possunt sustinere quod aliquid eis dicatur, quod aliàs audierunt, licet illud nesciant. ¶ De quibus mirum est, quomodo ipsi possunt audire missam de beata Virgine quâ oties audierunt. ¶ Pessima uerò occupatio est propter multiplex periculum quod ibi est. Difficile enim est, docentes à superbia & uana gloria non seduci. Etiam pedibus apostolorum, id est, affectibus dicitur puluis uanæ gloriæ adhærisse. De hoc periculo habetur Matthæi 4. super illud, Et statuit illum supra pinnaculum templi. Ibi enim dicit Glo. in eò loco Christū tentat, in quo multos deciperat. Et alia Glo. Ibi erant sedes doctorum, unde populo loquerentur, ubi multos capit uana gloria honore magisterii inflat. Aliud periculum est infidelitas in Deum. Frequenter enim magistri Deo infideles sunt in tē lento sibi commisso. Eodē enim pretio quo ipsi emunt cuprum, quādoq; possunt emere aurum. Et eodē labore possunt habere ædificatiua, quo ipsi acquirunt inflatiua. ¶ Tertium periculum est impietatis in proximū. Frequenter enim magistri uolunt canillationibus inutilibus intendere, quàm fratres suos qui ad mortē trahuntur eripere. Sen. Securius est munita conquirere cū hostis instat à tergo, & mouere iussus est se miles &c. Necessitas excutit quod pax otiosa collegit. De mens merito uiderer, si cum sa-

xa in munimentum, senes feminaeque congererent, cum iuuentus manu portis armata expectaret, sed erem otiosus, & huiusmodi quaestiuiculas ponerem: Quod non perdidisti habes: cornua non perdidisti: ergo cornua habes. Non uacat ad istas ineptias. Ingens negotium in manibus est, mors me sequitur, fugit uita, aduersus haec me doce.

¶ *De merito bonorum doctorum,*

¶ *triplici genere hominum.*

SE QVI TV R uidere quanti meriti sit ministerium bonorum doctorum, quos timor Dei & charitas regit. Ad cuius rei euidentiā notandum est, quod triplex est genus hominum. Alii enim sunt indocti, alii sunt docti: non tamen adeo ut sufficiant docere alios: tertii uero adeo docti sunt ut docere possint. Primi miseri sunt in uita ista. Quodammodo enim brutis inferiores sunt. Vnde Boetius in libro Consolat. Humanæ naturæ ista conditio est, ut tunc tantum ceteris rebus excellat, cum se agnoscat: eadem tamen infra bestias redigitur, cum se nosse desierit. Nam ceteris animantibus se ignorare naturæ est, homini uero non conuenit. Ad idem facit quod legitur Cantico. i. Si ignoras te, o pulcherrima inter mulieres, egredere, & abi post uestigia gregum tuorum. Sponsa si se ignorat, post greges uadit: quia quodammodo iumentis inferior sit. Misericiores autem sunt indocti, quando moriuntur.

Proverbiorum 10. Qui indocti sunt, in cordis egestate moriuntur. De merito uero eorum qui docti sunt, legitur Daniël. 3. Qui docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamenti: & qui ad iustitiam erudiunt multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates. Sicut enim stellæ ualde splendidiore sunt, quam firmamentum: sic maior est gloria docentium alios, quam eorum qui non docent. Præcipue tamen utile est docere eos qui alios possunt docere. Vno seruo pigro & nequam obiicitur Matt. 25. quod oportuit pecuniā domini sui committere numulariis: ubi dicit gl. Numularii sunt, qui prædicationem auditam uolunt uerbis & opere exercere. Et quod ualde utile sit docere tales, quam docere alios homines, si bene & fideliter doceantur, manifestum potest esse ex hoc, quod maior utilitas potest sequi ex eruditione unius talium, quam ex eruditione mille aliorum.

De appetitu simplicis excessus.

CAP. VIII.

Dictum est de appetitu domini, & de appetitu magisterii. Nunc dicendum est de appetitu simplicis excessus. Hoc initio laborant illi qui uolunt excedere alios in diuitiis, uel pulchritudine, uel in aliquo alio bono, nec uellent aliquem sibi æquari. Ad hoc utium uidetur pertinere illud quod legitur Luca 22. Facta est contentio inter eos quis eorum uideretur esse maior. ¶ Ad detestatur

detestationem uero huius uitii, primo uidetur facere hoc, quod hoc uitium peccatum est malitiam. malitiam enim hic intelligimus affectionem alieni malitiam. Qui enim uult excedere alios, per consequens non uult excedi ab aliis, & sic uult malum aliorum. Uult enim aliorum paruitem, quia quodammodo facit ad hoc ut sua magnitudo uel sic appareat. Secundo potest ualere ad detestationem huius uitii hoc, quod ipsum reddit animam ualde mutabilem. Quando enim ille qui laborat hoc uitio, respicit aliquem quem ipse excedit, ipse inaniter lætatur: quādo uero aliquem à quo exceditur, tristatur, & sic modo tumet, modo dolet, modo inflatur, modo inflatur. Hæc mutabilitatem insinuat nobis Sene. dicens: Magnitudo certum modum non habet: cōparatio autem tollit eam aut deprimit. Naui quæ in flumine magna est, in mari paruula est. ¶ Tertium uitium est quasi quædam fames insatiabilis. Nunquam enim impletur desiderium eius qui omnes alios uult excedere: quia si excedit unum, exceditur ab alio. Præterea si excedit aliquem in aliqua gratia, exceditur ab eodem in alia gratia. Præterea excessus quem ipse appetit, ad malum suum est. Sicut enim abundantia humoris in aliquo membro apostema solet generare: sic excessus in hominibus apostema generat superbie.

Et sicut fatuus esset, qui uellet unum oculum alium excedere, cum secundum naturam debeant æquales esse: Sic fatuus est, qui desiderat ut ipse alios excedat. Profectum proprium potest quis desiderare, sed etiam debet ei placere profectus aliorum, quo ei æquentur. Debent omnes filii Dei uelut fratres amare æqualitatem & similitudinem. Vnde legitur de ipso filio Dei, ad Hebr. 2. quod debuit fratribus per omnia assimilari. & Ecclesiastic. 32. Rectorem postulerunt: nolli extolli, esto in eis quasi unus ex ipsis.

De speciebus superbie exterioris.

Et primo de superbia in corpore.

CAP. IX.

Dictum est de superbia interiori, consequenter dicendum est de superbia exteriori. Vocatur autem superbia exterior aliquid extrinsecum, quod à superbia interiore procedit, & ea ostendit. Et potest distingui ista superbia secundum diuersitatem rerum, in quibus superbia hominum potest apparere. Potest autem apparere superbia hominum uel in ipso corpore, uel in lectis, uel in equis, uel in ornatu, uel amplitudine familiarum, in conuiuuiis, in edificationibus, in deauratis libris, & in cantu. Et primo prosequamur de superbia illa quæ in ipso corpore apparet. Quæ potest distingui secundum diuersitatem membrorum quæ sunt in corpore: scilicet oris, oculorum, narium, colli, & sic

fic de cæteris membris. Ad superbiam oris pertinet illud Psalmi. Disperdat dominus uniuersa labia dolosa. Et illud Prouerbiorum 14. In ore stulti uirga superbix. Stultus enim uerbis superbis quasi quadam uirga homines cedit. De superbia nariũ, Esaia 2. Quiescit ab homine cuius spiritus est in naribus eius. De superbia oculorũ Ecclesiast. 23. Extollentiam oculorũ ne dederis mihi. Et Prouerbiorum 6. Oculos sublimes detestatur dominus. Et Psalm. Neq; elati sunt oculi mei. De superbia colli uel ceruicis, Iob 15. Currit aduersus Deum erecto collo. Et Psalm. Dominus iustus concidet ceruices. De superbia aliorum membrorum, Esaia 3. Pro eo quod eleuatae sunt filix Sion, & ambulauerunt collo extenso, & nutibus oculorum ibant, & plaudebant, & ambulabãt pedibus suis, & composito gradu incedebãt, decaluaabit dominus uerticem filiarum Sion, & dominus ceruicem earum nudabit. Cõtra Ezech. 1. Pedes eorum pedes recti, &c. Et loquitur de quatuor animalibus, quatuor Euangelistas præfigurantibus. Doctores enim ueteris legis habuerunt pedes seruorũ, dum pro terrenis Deo seruiabant. Sed doctores nouæ legis habent pedes rectos, qui cælestia promittunt. Vnde, beati pauperes spiritu. Item, agite penitentiam, &c. Vnde de eis dicitur Esaia 52. Quam speciosi pedes

euangelizantis pacem, annuntiantis bona. In ueteri lege annuntiantur uerba bona, scilicet aeterna. Similiter doctores nouæ legis pedes habent rectos. Cantic. 7. Quam pulchri sunt gressus tui in calceamentis. Ecclesia filia principis, id est, cælestis regis, cuius ancilla fuit synagoga. Ecclesia etiam recipit spiritum adoptionis filiorum, synagoga uero spiritũ seruitutis. In calceamentis autem sunt pulchri gressus ecclesix, quia calceati sunt exemplo Christi & Apostolorũ. Nota quod sponsus ecclesie uolens totam ecclesiam pulchram esse, lauit pedes eius, & de quorum iniquatione præcipue timebat. Vnde diligenter debet pedes, id est, affectus custodire. Canticor. 5. Laui pedes meos, quomodo inquinabo illos? Non debet iam ecclesia uel fidelis anima pedes suos ponere, nisi ubi sunt florida & uiridia. Florida sunt merita. In floridis enim est spes fructus. Viridia sunt aeterna premia. In uirore enim intelligitur aternitas. Vnde pedes sanctorũ suorum seruat: pedes enim cultodiendi sunt ne calore aduratur, quod malo exemplo frequenter accidit, & ideo discalceandi sunt. Exod. 3. Solue calceamenta de pedibus, &c. Qui tempore negligentix, frigeſcunt, exemplis sanctorum calceandi sunt. Exod. 12. Calceamenta in pedibus habebitis. Qui agnum paschale comedit, Dominica imitatur passionem,

nem, ad quod multum ualent exempla sanctorũ. Si pedes collisi sunt per irã uel odiũ ad proximum, tunc butyro diuine misericordix sunt ungenti & cõfiderationis misericordix quã nobis Deus exhibuit, & est exhibiturus misericordiam proximo impendamus, Iob 29. Lauabam pedes meos butyro, & petra fundebat mihi riuos olei. Hæc petra Christus est, qui riuos misericordix multiplici nobis fundit. Si luto uoluptatis inquinati sunt pedes laudãdi sunt aqua lacrymarũ uel tribulationis penitentialis. Io. 13. Vos debetis alter alterius pedes lauare. Si pedes aspersi fuerint puluere inanis gloriæ, excutientur. Matth. 10. Excutite puluerem de pedibus. Legitur etiam de Iacob Genes. 49. quod collegit pedes suos super lectulum.

De superbia ornatus, & his quibus uti possumus contra eam.

C A P. X.

Cum ornatus possit esse diuersarũ rerũ decor, ut hominum uel locorum, & multorum aliorũ: Primò ponemus ea, quibus possumus uti cõtra superbiam ornatus humani, & uiroũ, & mulierũ. Contra hanc superbiam primò possumus uti uerbis sanctorum & sapientũ. De quibus pauca ponere sufficiat. Eccles. 11. In uestitu ne glories unquam, nec in die honoris tui extollaris. Et 1. Timot. 2. Volo mulieres orare in habitu ornato, cum uerecundia, & sobrietate ornates se, non

in tortis crinibus, aut auro aut margaritis, uel ueste pretiosa, sed quod decet mulieres promittentes pietatẽ per opera bona. Habitus ornatus, in quo uult Apostolus mulieres orare, uocat glo. religionẽ earum ornantem eas. Vult etiam eas ornatas esse aliis uirtutibus, cum uerecundia uultus, ut non sint attrite frontis ut meretrices. Vult eas esse sobriæ mentis. Vult etiam eas esse ornatas non in crinibus tortis, id est, crispis, &c. Vel non ornantes se auro, &c. scilicet ut semper hæc crinibus intorqueantur. Item 1. Petr. 3. Mulieres subditæ sint uiris suis. Et subditur: Quorum tamẽ non sit exterius capillatura, aut circumdatio auri, aut indumenti uestimentorũ cultus: sed qui absconditus est, homocordis in incorruptibilitate modesti & quieti spiritus. Super quẽ locum talis glossa habetur, sicut Cyprianus ait: Serico & purpura indute Christum induere non possunt. Auro & margaritis & monilibus adornare, ornamenta cordis & pectoris, crediderunt. Quod de illis indubitanter uerum est, quæ ad capiendas animas ornant se. Et subditur in glossa quod si Petrus etiam mulieres admonet cõercendas, & ad ecclesiasticam disciplinã religiosa obseruatione moderandas, quæ excusare possunt cultus suos per maritos: quanto magis id obseruare fas est uirginem, cui nulla ornatus sui competat uenia?

nia: Item r. ad Timoth. 6. Habentes alimenta & quibus tegamur, his contenti sumus. Contenti debemus esse tegumeto, non querere ornamentum. Item Apocalip. 18. Vx uæ ciuitas illa magna, quæ amicta erat purpura, & bysso, & cocco, & deaurata est auro, & lapide pretioso, & margaritis: quoniam una hora destitutæ sunt tantæ diuitiæ. Item Augustinus: Tibi uestis purpurea circumdetur non ad pulchritudinem, sed propter necessarium tegumentum, ne dum exquisitis uestieris, alteram turpitudinem assumes. Ideo dicitur, Vestis purpurea, &c. quia sordes potest homo in uestimentis uitare. Vnde dicitur de Augustin. Vestimenta eius & calceamenta nec nitida nimium, nec abiecta plurimum. Hierony. Ornatus & sordes pari modo fugienda sunt: quia alterum delicias, alterum gloriam redolet. Senec. Non splendeat tota, nec sordeat quidem. Hieronym. Nec affectate sordes, nec exquisite deliciae laudē pariunt. Si tamen uestem sordidam pro Christi amore quandoque oporteat ferre, non est curandū, cum propheta uiderit Iesum sacerdotem magnum indutum sordidus uestimētis. Et cum dominus immunditiam corporalem non reputet immunditiam, Matthæi 15. Non quod intrat in os coinquinat hominem. Et iterum: Non lotis manibus māducare, non coinquinat hominem. Et in uerita-

te immūditia corporis uera immunditia esse non uidetur: consputum quasi mundum iudicatur, dum est in ore: quā cito est extra, immun dum iudicatur. Senec. Argumentum bonæ uoluntatis grabatus & pannus, ubi apparuerit aliquem non necessitate hoc pati, sed uelle. Idem: Nemo nascitur diues: quisquis exit in lucem, uisus est lacte & panno esse contentus.

De exemplis quæ dissuadent ornatum superbum, et humilem suadent. CAP. II.

Secundo possumus uti contra superbiam ornatus exemplis. Multa autem sunt quæ exemplo suo dissuadent nobis superbum ornatum, & suadent humilem habitū. Primo suadet nobis hoc ipse Deus. Et hoc dupliciter. ¶ Primo in plasmatione hominis. Voluit enim Deus pretiosum spiritū uili sacco carnis abscondere. Nec est uerisimile quod uoluerit corpus quod uile est, pretiosum tegumētum habere, qui pretioso spiritū uile tegumentum uoluit dare. ¶ Secundo in hoc quod parētibus nostris post peccatum tunicas pelliceas fecit, ut legitur Genes. 3. Ad idem etiam mōnemur diuersis exemplis hominum. De quibus licet sint multa, pauca ponere sufficiat, unde Augustin. de ipso dicit: Fateor, de pretiosa ueste crebescio. Esther 14. Domine, tu scis quod abominer signum superbiæ & gloriæ, quod est super ca-

put

caput meum in diebus ostentationis meæ, & derester illud quasi pannum menstruatæ, & non portem in diebus silentii mei. Merito abominabatur Esther si. genium superbiæ, quia signum est diabolice subiectionis. Diabolus enim est rex super omnes filios superbiæ: ut dicitur Iob 41. Et sic dicit Gregorius: Euidētissimum signum reproborum est superbia, humilitas electorū. Sicut ergo aliqua nobilis persona merito dedignaretur, si uilis persona signum seruitutis poneret in capite eius, & sic duceret eam per ciuitatem: Sic regina Esther, quæ cor nobile habebat, abominabatur signum superbiæ quod in capite suo erat. Notanter dicit quod est super caput meum in diebus ostentationis meæ: ornatū enim suum non ferebat, nisi quādo regi marito suo se ostendebat. In quo mulieres nostri temporis multum sunt ei dissimiles, quæ cum sint cum maritis, non curant de ornatu: quando uerò in publico uolunt procedere, uolūt esse ornate, & tamen dicunt quod ornant se propter maritos suos. Detestabatur etiam Esther ornatum capitis sui, quasi pannum menstrui. Et merito: melius enim esset ferre peplum sanguine alicuius animalis cruentatū, quā uariam gloriam, uel superbiam croceatum, excepto scandalo. Vittā enim ad uanam gloriam croceata, peccati sanguine

quodammodo intincta est, qui sanguis deterior est quocunque sanguine animalis. Item Iob 15. Saccum cōsui super cutē meam. Talis deberet esse uestis ad minus pœnitentium. Vnde Iona 4. Vestiti sunt Niniuitæ sacco: ad maiore usque ad minorem. Et peruenit uerbum usque ad regem Ninive. Et surrexit de solio suo, & abiecit uestimentum suum a se, & indutus est sacco. Item Matthæi 3. Ipse Ioannes habebat uestimentum de pilis camelorum. Antiqui etiā tegebantur uel sacco uel cilicio. Maria etiā Aegyptiaca nuda in nemore latitabat. Si obiiciatur de pellibus tabernaculi rubricatis & hyacinthinis: ad hoc respondet Hieronymus sic: Olim ista approbābatur, quādo sanguis pecudis remissio fuit peccatorū. Nunc autem pauper dominus suam paupertatem & simplicitatem in ecclesia consecrauit. Et subdit: Si hoc iudaizando reuocas in templo, reuocemus cruorē immolatorum. Ad idem etiam mone-mur exemplo mercatorum, qui quando torfellum est de panno pretioso, faciunt ipsi cooperaturam de burello. Quis fatuum non iudicet illum, qui uelit torfello pretiosam facere cooperaturam? Ad idem etiam mone-mur exemplo ipsius Sapientiæ, quæ in personis contemptibilibus sæpe se abscondit. Vnde Sapientis: Sæpe enim sub pallio fordido sapientia. Vade, & tu fac similit

militer, ut sub humili habitu abscondas te. Ad hoc etiam monet nos ipsa natura, quæ sub terræ uilitate aurum & alia pretiosa abscondit, & sub uilitate corticis dulcedinem nuclei habet.

De duodecim stultitijs se ornantium.

CAP. XII.

Tertio ualet contra superbiam ornatus, si ostendantur multiplices stultitiæ ornantium se. Prima est, quod exteriora sua uilia interioribus, quæ pretiosa sunt, præponunt: unde quasi paraturam pomi ipsi pomum præeligunt. Quando unum pomum datur duobus, & alter parat, nõne stultus esset si paraturam detineret, alii uerò daret totum? Item si paraturam daret suo socio, & sibi retineret totum residuum, fatuus esset qui portionem acceptaret. Sed portionem à diabolo factam isti similem multi acceptant. Ornatum enim exteriorem, qui paraturæ pomi similis est, quæ quodammodo est depicta (habet enim candorem & ruborem) multi præponunt animæ suæ: & sic quasi uilem cooperaturam pretioso torfello præponunt. Diabolus enim non curat nisi de torfellis: id est, de animabus. Genesis decimoquarto dicit rex Sodomorum, qui figuram tenet diaboli, ad Abraham: Da mihi animas, cætera tolle tibi. Istam stultitiam superbix innuit glossa super illud Ioannis sexto: Eū, qui uenit ad me, non euiciam

foras. Superbi est foras eici, qui nihil habet in interiori bono, nec hic, nec in futuro. Secunda est, quod ipsi ordinem Dei peruertūt in seipsis. Volūt enim quod ancilla habeat ea quæ dominæ sunt, & e contrario. Carnem enim quæ ancilla est, ornant, & deliciis pascunt, & oportet, ut fiat quod ab ea imperatur, licet mors animæ inde debeat sequi. E contrario anima quæ domina fame & siti affigitur, & male induta est, & ad præceptum carnis operatur: quod est ualde magna peruersitas, unde Bern. Dominam ancillari, & ancillam dominari, magna abusus & nimis magna est. Si quis assereret se fuisse in terra aliqua, in qua dominæ omnino se haberentur ancillæ, quum diceret, uix crederetur sibi. Sed in ueritate terra illa patria ista est. In ea enim ferè per totum annum fit festum ancillarum, quod alicubi consuetum est fieri in festo beati Vincentii. Tunc enim accipiunt ancillæ uestes dominarum suarum. Ista peruersitas similis est illi, quam ponit Salomon Ecclesiast. 10. seruos in equis, & principes quasi seruos ambulantes super terram. & peruersitas ista est ualde magna & uociua ecclesiæ Dei. Vnde Proverbiorum trigesimo. Per tria mouetur terra, & quartum quod sustinere non potest, per seruū cum regere coeperit. Tertia, quod ipsi ualde capiunt quod nihil ualere sciunt

scilicet

scilicet uanam gloriā, quæ non ualet eis, nec quo ad animas, quæ animabus sit ualde nociua, nec quo ad corpora. Ioan. 8. Si glorifico meipsum, gloria mea nihil est: nihil, inquam, in ualore. Quarta est, quod ipsi plus expendant ut pascant oculos aliorum, quàm ut pascant uentrem suum. Seneca: Nõ sunt homines ad pompam dentibus, & ore, & uentre contenti, oculis quoque gulosi sunt. Si quis eat per aliquam ciuitatem, plures artifices inueniet operantes, ut pascant oculos, quàm qui pascant uentrem. Vnde dixit quidam, mundum esse animal mirabile, qui maiores habet oculos, quàm uentrem. Porius uolunt homines bona sua perdere, & diuitibus hominibus quasi per oculos ponere, quàm os Dei in pauperibus famelicum pascere. Vnde Bern. Inueniunt curiosi quod delectentur, & non inueniunt miseris quo sustententur: cū periculo animæ suæ acquirunt, unde oculos hominum delectant. Mira fatuitas est, quum uidēs in pulchritudine rei uisæ habeat delectari naturaliter potius quæ res uisæ, eò quod uidetur melius pertinere ad inspicientes pulchritudinē eorum quæ inspiciunt prouidere, quàm ad eos qui inspiciuntur. Debet ergo homo pulchritudinē exteriorem negligere: procurer autē eam, si uoluerit, qui habet eā inspiceret. Quinta stultitia ornantium

se est, quod ipsi similes sunt illi, qui ex decore sella & fræni equum æstimat, unde Sen. Quæ admodum stultus est qui equum emprurus nõ ipsum aspicit, sed stratum & frænos: sic stultissimus est qui hominem ex ueste circumdata æstimat. Idem: Cum uoles æstimationem in re scire qualis sit, nudam inspicere. Et sicut quidam ait: Ex auro frænum non meliorat equum. Sexta est, quod omnia sua uolunt habere pulchra, & se turpes, unde Augustin. Ecce omnia pulchra sunt cum iniquis, & ipsi sunt turpes. Ita accidit peccatoribus ornantibus se extrinsecus, sicut accidit cuidam regi qui conuocatis magnatibus terræ suæ, fecit conuiuium magnum, & non erat locus in domo qui non esset operatus purpura, & aliis pretiosis. Et affuit quidam philosophus, qui uolens spueri, spuit in faciem regis. Et cū ministri propter hoc uellent eum suspēdere, non permisit rex: sed quasi uit ab eo quare hoc fecisset. Qui ait: Vidi alia loca plena argenteo & auro, gemmis, & purpura, & ideo in barbam regis quæ incrassata est ciborum pinguedine, quàm immundā uidi, expui. Non enim uidi locū minus mundum. Et compunctus est rex. Sic diabolus uidens hominem qui debet esse dominus aliarū creaturarū, minus pulchrum cæteris creaturis, in faciem eius spuit, uel eum contemnēdo, uel animam

AA mam

mam eius maculādo. Quod figuratum est ex spūitione facta in faciem domini. Et in illa quæ fiebat ei, qui nolebat suscitare semen fratris defuncti. Deutero nom. 17. Frater hominis defuncti sine semine, diabolus est, qui sine spe damnatus est. Cui homo debet suscitare semen: quia ex hominibus angelica ruina est reparanda. Erubescat ergo homo uidentem se malum & turpem inter suas res bonas & pulchras: sicut domine habentes ancillas pulchras, cum ipse sint turpes, erubescunt, unde Augustin. Nonne uides debere erubescere te de bonis tuis, si domus tua plena est bonis, & te habet malum? Septima est, quod cum morte damnati sint, & iam ducuntur ad illam, potius tamen cogitant de ornato, quam quomodo liberent animas suas. Senec. Omnes capitis supplicio condemnati sumus, & incessanter ad mortem tendimus, unde Augusti. Nihil aliud est tempus presentis uitæ, quam cursus ad mortem, in quo nemo uel paululum uel tardius ire permittitur, sed pari motu omnes urgentur. Vnde cum ornatus superborum, sit ornatus hominum mortis adiudicatorum, potius est illud, quam honor. Sicut purpuratio Christi postquam adiudicatus fuerat morti, illud fuit, unde Bernardus: Omnis purpura illud est, postquam domino Iesu in purpura illud fuit.

¶ Octaua est, quia inde gloriantur, unde deberent erubescere. ¶ Triplici ratione potest ostendi, quod homo de ueste debet erubescere. ¶ Primo, quia uestis signum est peccati parentum nostrorum. unde Bernardus: Qui gloriatur de ueste, similis est furri gloriati de cauterio: quia propter peccatum Ade introductus est usus uestium. Quis latrone non irrideat, si uideat eum gloriari de signo sibi facto pro latrocinio suo, quod in fronte portat? ¶ Secundo, quia uestis remedium est turpitudinis erubescetia, quam per peccatum contraximus. Ante peccatum sufficiebat homini pulchritudo sua, nec habebat aliquam causam erubescetia, unde non oportebat quod absconderet se sub ueste. Sicut sol ueste non eget: sufficit enim sibi pulchritudo suæ lucis pro uestimento. Similiter rosa non eget ornato: sufficit enim sibi pulchritudo coloris ad uestiendum, & sic de cæteris floribus. Matth. 6. Considerate lilia agri quomodo crescant: non laborant, neque nent. Dico autem uobis quoniam Salomon in omni gloria sua cooperatus non est sicut unum ex istis. Sed si per peccatum incurrit homo turpitudinem & erubescetiam, necessarium est uestrimentum, quod est remedium turpitudinis & erubescetia. Sicut ergo ad gloriam loripedis non cedit, quod habet pedem

lig

ligneum, quum sit remedium infirmitatis: nec ad gloriam scabiosi, quod scabiem uelat: sic nec ad gloriam hominis ornatus, est alicui uideatur. Vnde Augu. Qui superbit ex abundantia temporalium, est tanquam ægrotus qui superbit ex superabundantia medicamentorum uel emplastrorū. Quis non irrideat aliquem, si uideat eum depingere domum, quæ minatur ruinam: Domus talis est corpus hominis. Vix enim staret per quinque dies, nisi cibis & potibus fulciretur. Vnde irridendi sunt qui uariis ornatus illud depingunt. A simili possumus dicere, quod ille qui superbit ex pulchritudine uestiū, est tanquam ægrotus, qui superbit ex pulchritudine emplastrorū. Et sicut ridiculum esset, si loripes pedem ligneū depingeret, uel deauraret: sic ridiculum est, cum homines se ornant. ¶ Tertio ostenditur per hoc, quod ornantes se mendicant pulchritudinem suam a creaturis uilioribus quam ipsi sunt. Nobilis homo erubesceret a uilibus hominibus mendicare, & potius indigentiam sustineret, quam mendicaret ab eis sic debet homo erubescere a uermibus, & muribus suū mendicare decorem. Vnde frater Guido Carthusiē. Quomodo non gloriabitur de pulchritudine, qui gloriatur de turpitudine? Vestes te ornant, pulchritudo esset si tu eas orna-

res. ¶ Nona stultitia est, quod ipsi credunt se bene indutos & ornatos, cum equus eorum, scilicet corpus, bene ornatus est, cum tamen omnino nudi sint. Vnde Apocal. 16. Beatus qui cuncto dit uestimenta sua ne nudus ambulet, & uideat homines turpitudinem eius. Et Ezechie. 18. Denudabit te uestimentis tuis. Et ibidem: Dimittant te nudam, & ignominia plenam. Ipsi sunt similes cuidam clerico, qui in festo stultorum induit equum suū scarleto, & ipse indutus erat martina una. ¶ Decima stultitia est, quod ipsi turpitudinem suam detegunt, quando tegere debuerunt: quia qui uident superbū ornatum eorum, malè suspicantur de eis. Vnde super illud 1. Timot. 2. Non in tortis crinibus. dicit glof. Superbus habitus non recta facit de se credi. Et Ecclesiast. 19. Amicus corporis, & rufus dentium, & ingressus hominis enuntiant de illo. Si nux relinquat corticem exteriorē ante tempus, signum est interioris corruptionis. Sic si Christianus non habet exterius habitum, quem Christiana religio requirit, signum est quod uermis alicuius peccati intus lateat: magis erubescibilis culpa est, quam nuditas hominis, quum nuditas hominis a culpa habeat quod est erubescendum. Vnde magis erubescere deberent illi, quorum peccata apparent hominibus, quam si ipsi nudi hominibus

appareret. Illi ornantes se dū uolūt uitare turpitudinē corporis, turpitudinem assumunt mentis, & dum se ornare uolunt, inquinant se ad minus quo ad uitia superbia, quæ inquinant omnia bona quæ sunt in homine. Vnde illud, Si tibi gratia, si sapientia formaque detur: Inquinat omnia sola superbia si comite-
tur. ¶ Undecima stultitia est, q̄ mulieres uolunt uideri fatuæ, licet nolint esse, & potius uolunt simulari statuis, quam matronis. Si equus uenalis non est, quare signa uenalitatis portat in fronte? Quare circulus est ante domum, si ibi nō est uinum uenale? Quis Dei quare uult habere signum, quis diaboli? Nunquid non meritō dicit ei pastor ecclesiæ, Non noui te, & rapietur à lupo infernali. Signo crucis debent esse signati omnes fideles. id est, signo pœnitentiæ. Vnde Apostolus ad Galatas 6. Stigmata domini Iesu in corpore meo porto. Præcipue enim debent habere in capite signa pœnitentiæ & humilitatis. Et ideo illis, qui baptizantur uel confirmantur, imprimitur signum crucis in fronte. In capite enim ieiunii asperguntur cinere capita fidelium. De signatione ista legitur Apocalyp. 7. Nolite nocere terræ & mari, quousque signemus seruos Dei in frontibus eorum. Et Ezechie. 9. Transi per mediam ciuitatem in medio Ierusalem, & si-

gna thau super frontes uirorum gementiū. Thau figura fuit crucis. Crux enim tria brachia habuit ad figuram thau, postea ad data est quædam tabula à parte superiori ad scribendum titulu. Crucem ergo quæ per thau intelligitur, uult dominus signi in frontibus fidelium: sed mulieres abiecto signo domini, posterunt signū diaboli in frontibus suis. Vnde Psal. Posuerunt signa sua. Et Apoca. 17. Mulier circumdata est purpura, & coccino, & inaurata auro & lapide pretioso. Et subditur: Et in fronte eius nomen scriptum, Mysteriū. Vnde timendum est eis illud quod legitur Ezechie. 9. de non habentibus thau: Percutite, & nō parcat oculus uester, neq; misereamini. Et subditur: Omnem, super quem uideritis thau, ne occidatis, & à sanctuario meo incipite. ¶ Duodecima stultitia ornantium se est, quod ipsi habent charam pulchritudinem corporis, quæ adeo parua est, ut pelli-
bus murum & stercoribus uermium adiuuetur. Decorem autem animæ qui similis est diuino, sic uilipendunt, quod etiam non reputant, cum demones eis aures & nasum prædicunt: iuxta illud Ezechie. 23. Nasum tuum & aures tuas prædicent, &c. Quæ non fit sine magna contumelia Dei, cum homo potius uelit esse similis in decore muribus, quam Deo. Pulchritudinem etiam solulariū suorū bene custodiunt homi-

homines, singulis diebus ostergendo: de pulchritudine autem animæ (quæ Dei imago est) uix semel in anno cogitant, imò quoddam plus est, peccatorū facies quæ sunt facies demonum superinduant. Psal. Facies peccatorum sumitis. Non attendentes illud Ecclesia. 4. Non accipies faciem aduersus faciem tuā. Nec offenditor parum Deus in hoc contemptu imaginis suæ. Vnde super illud Psal. In ciuitate tua imaginem ipsorum, &c. dicit glo. Merito imaginem ipsorum ad nihilum rediget Deus in cælesti ciuitate: quia ipsi in sua terrestri ciuitate imaginem ipsius ad nihilum redegerunt.

*De alijs quæ deberent homines
cohibere ab amore superbi
ornatus.* CAP. XIII.

Præter ista sunt alia multa quæ deberent homines cohibere ab amore superbi ornatus. ¶ Primum est Dei ordinatio, quæ uult ut in præsentem tempore intendatur reformationi animarum: & ad hoc specialiter fuit primus aduentus filii Dei in mundum. In futuro uero uult ut fiat reformatio corporum, & ad hoc erit secundus aduentus. Tunc enim resurgent corpora sanctorum, & gloriam suam habebunt, qui hic sine gloria fuerunt. unde Bernar. Noli, o corpus, præripere tempora. Potes enim impedire animæ tuæ, salutem suam operari non potes. Omnia tēpus habent: patere ut

nunc anima pro se laboret: magis autem collabora ei, quia & si compateris, & conregnabis. ¶ Secundum est, q̄ ornatus iste tunc deficiet, quando magis effecerit necessarius, quando scilicet anima uenire debebit ad illam magnam curiam, in qua congregata erunt quæ in terra, & quæ sub terra, & quæ in cælo sunt. Vnde Esa. 3. Decalnabit dominus uerticem filiarum Sion. Et ibidem: In illa die auferet dominus ornatum calcamentorū, & lunulas, & torques, & monilia, & armillas, & mitras, & discriminalia, & periscelidas, & murenulas, & olfactoria, & in-
aures, & annulos, & gemmas in fronte pendentes, & mutatoria, & palliola, & linteamina, & acus, & specula, & syndones, & uittas, & theristra, &c. Armillas uocat Glos. ornamenta brachiorum. Periscelidas uocat ornamenta talorum: similia armillis. Murenulæ sunt catenæ circa col-
lum. Olfactoriola uocat illa, in quibus continebant muscum & similia. Theristra uocat uestes æstuales ualde subtiles, uisui peruias, quæ dicuntur à theron, quod est æstas. Tūc enim mulieres quæ se alienis plumis quasi cornix pulchras faciebāt, amittent plumas, & turpissimæ apparebunt: & nō solum deficiet gloria ornatus tunc, sed etiam mutabitur in ignominiam, & quæ plus habuit de gloria, plus habebit de ignominia. Ole. 4. Gloria

eorum in ignominiam commu-
tabo. & Esai. 3. Et erit pro stuaui
odore factor, & pro zona funi-
culus, pro crispanti crine calui-
tium, & pro fascia pectorali ci-
licium. Tertium est hoc, quod corpora
quæ hic fuerunt superbe orna-
ta, à domino tunc non orna-
buntur. Vnde Bern. Nunc eant,
nunc rideant qui corpora sua
pellibus murium & stercoreibus
uermium informant: quia cum
dominus ad iudicandum uenerit,
non reformabit nisi quod abie-
ctionis & humilitatis inuenerit.
Vnde Apost. ad Phil. 3. Saluato-
rem expectamus, qui reforma-
bit corpus humilitatis nostræ,
&c. Super quod uerbum dicit Bern.
Requiesce in hac spe misera ca-
ro: qui propter animam uenit,
propter te quoque uenturus est:
qui reformauit illam, tui quoque
non obliuiscet. ¶ Quartum est, ma-
gnus contemptus eterne gloriæ in
eis qui se ornant. Multum enim
contemnunt eternam gloriam, qui ei
præponunt gloriam & laudem ho-
minum. Charius enim habet ut
pulchri dicatur, quam quod regnum
æternum consequatur. Nec etiã
laudem semper habent, quã ha-
bere intendunt. In arca enim non
ferata thesaurum suum faciunt, &
ideo leuiter illum amittunt. Vnde
Bernard. Inspiciens tu, qui con-
gregas merces in sacculis pertu-
sum, qui thesaurum tuum in alie-
no ore constituis, ignoras, quod
arca ista non clauditur, nec se-
ras habet. ¶ Quintum est, ingra-

titudo magna quæ est in eis qui
superbe se ornant. Valde enim
ingrati sunt, qui Deum inhonorant,
in hoc, in quo ipse uoluit eos
præ cæteris creaturis honorare.
In hoc specialiter Deus honora-
uit præ cæteris hominem, quod est
ad imaginem & similitudinem
suum creauit, unde multum ingra-
tus est ei qui in imagine sua con-
tumeliam facit. Quis enim non
timeat irreuerentiam aliquam
facere imagini beate Virginis,
uel imagini Christi hominis,
scilicet Crucifixi? Quomodo
ergo non timent homines ima-
ginem beate Trinitatis irreue-
renter seruare? illi, qui se ornant
exteriori, similes sunt sepulchris
dealbatis, quæ foris apparent
hominibus speciosa, intus uero
plena sunt omni spurcicia & of-
fibus mortuorum. Corpus enim
peccatoris animæ mortuæ est se-
pulchrum: ut dicit Aug. unde do-
minus Matthæi 23. Vae uobis
Scribæ & Pharisei, qui similes
estis sepulchris dealbatis, quæ à
foris apparent hominibus pre-
tiosa, intus uero plena sunt of-
fibus mortuorum, & omni spur-
cicia. Ad quod potest induci quod-
dam exemplum: Barlaam rex qui-
dam magnus habuit in itinere
duos uiros obuiam in ueste at-
trita & sordida, & facie attenua-
ta, & psallebant domino. Rex
autem de curru exiliens ample-
xatus est eos, quod uidentes prin-
cipes eius, indignè tulerunt, &
cum per se non auderent cor-
ripere

tipere eum, rogauerunt fratrem
eius ut quæreret ab eo quare
tantam reuerentiam exhibuisset
talibus uilibus personis. Rex au-
tem uolens ostendere illis erro-
rem suum, præcepit fieri quatuor
arcas, duas deauratas, in quibus
posuit ossa mortuorum, obfirmas
eas aureis seris. Alias duas de
pice & bitumine, in quibus po-
suit pretiosas margaritas, & un-
guenta optima, ligans eas funi-
bus cilicinis, & posuit eas ante
magnates, ut æstimarent quid
singule ualere. At illi deaura-
tas magni pretii indicauerunt.
Quibus rex ait: Erratis, omnia
oportet inspicere interioribus o-
culis, non exterioribus, siue ho-
norem, siue contumeliam. Aper-
tis ergo deauratis arcis, ait rex:
Iste est typus eorum qui exteriori
sunt gloriosi, intus repleti mor-
tuis & fatentibus operibus. De-
inde apertis aliis duabus, ait:
Iste est typus eorum, qui extra
sunt sordidis uestibus operiti,
intus pretiosi bene redolentes
apud Deum, quales fuerunt illi,
de quorum ueneratione me re-
prehendi fecistis. Et sic confu-
dit eos. item ornantes se similes
sanctimo cooperto.

Quod superbus habitus potest esse
culpabilis, multis de causis.

CAP. XIII.

Notandum ergo quod su-
perbus habitus potest esse
culpabilis multis de causis. ¶ Pri-
ma causa est, pretiositas. Vnde
super Lucam 16. de diuite qui

induebatur purpura & bysso,
dicit glo. Si culpa pretiosarum
uestium culpa non esset, sermo
Dei non ita uulgariter exprime-
ret, quod diues purpura & bysso
indutus apud inferos torquere-
tur. Vnde Gregor. Nemo pre-
tiosa uestimenta, nisi ad inanem
gloriam querit: uidelicet ut ho-
norabilior cæteris uideatur. Ne-
mo uult pretiosis uestibus ibi
indui, ubi à nemine potest ui-
deri. ¶ Secunda causa est molli-
tates uestium. Vnde Matthæi 11.
Qui mollibus uestiuntur, in do-
mibus regum sunt. Et super il-
lud Matthæi 3. Ipse Ioannes ha-
bebat uestimentum de pilis came-
lorum, dicit glo. Seruus Dei non
debet habere uestimentum ad
decorem, uel ad delectationem,
sed tantum ad regendum nudita-
tem. unde Greg. Nemo æstimet
in fluxu ac studio pretiosarum
uestium peccatum deesse: quia
si hoc culpa non esset, nullo mo-
do dominus Ioannem de uesti-
menti sui asperitate laudasset.
¶ Tertia causa est, extraneitas:
quando scilicet aliquis uult ha-
bere uestes aliis dissimiles. un-
de Sopho. 1. Visitabo super om-
nes, qui induti sunt ueste pere-
grina. ¶ Quarta causa est super-
fluitas. Potest autem ista super-
fluitas esse duplex, uel quo ad
multitudinem, uel quo ad ma-
gnitudinem. ¶ Primo modo est
superfluitas in illis qui uolunt
habere uestes longas, ut maio-
res esse uideantur: quod uitium

multum abundat in quibusdam prelati, qui pileos longos deferunt in capitibus, calopodia in pedibus, & uestes longas per terram trahunt, uolentes sic adiuicere ad staturam suam cubitum. Vnde Lucę 20. Attendite Scribis, qui uolūt ambulare in stolis. Stola uestis est longa. Illi qui uel magnitudine uel altitudine corporis sui dignitatem uolunt honorare, non uidentur attendere qđ legitur de Saul, qđ rex malus fuit, & altior uniuerso populo ab humero & sursu, 1. Reg. 10. & illud, qđ dicit Dauid in Psalmi. Nec in tibiis uiri beneplacitum erit ei. Et illud Prouer. 16. Spirituū ponderator est dominus, fatui corpora ponderant, & iudicant hominem ex ea parte, ex qua non est homo: dominus uero spiritum ponderat. Vnde 1. Reg. 16. dicit dominus ad Samuelem, quum pręcepisset ei de unctione Dauid in regem: Ne respicias uultum eius, nec altitudinem staturę eius: quoniam abieci eum, nec iuxta intuitu hominis iudico. Homo enim uidet quę apparent, dominus autem intuetur cor. Pretiosiores species aromaticę in minoribus saccis solent reponi, ut garyophylli, & similia.

¶ De caudis mulierum.

HOC utio laborant dominę, quę longas caudas trahunt post se terrę pretiosius uestibus induentes, & de nuditate Chri-

sti in pauperibus non curantes, caudis suis pulices colligunt, & puluerem mouent hominibus: Christu uero, quę in tot pauperibus nudu respiciunt, & nō operiunt. timendu est eis ne in caudis earu diabolus quiescat. Vnde legitur de quodā sancto, qui uidit diabolū quēdam ridente: & quęrens ab eo causam risus, dixit: Vidi sociū meū equitatem super caudam cuiusdā mulieris, quę dū retraheret caudā, cecidit focius meus in lutū, & inde risi. ¶ Secūdo modo est superfluitas in illis qui uolūt habere diuersa paria uestiu, & potius uolūt uestimenta sua a tineis comedi, quā inde Christū in pauperibus indui. Iac. 5. Agite nūc diuites, plorate ululātes in miseris quę euenient uobis. Diuitiæ uestrę putrefactę sunt, & uestimenta uestra a tineis comesta sunt. Et Bern. Clamant nudi, clamant famelici, & conqueruntur: Nobis fame & frigore miserabiliter laborātib; qđ conferūt tot mutatoria, uel extensa in pectus, uel plicata in māticis? ¶ Quinto potest esse reprehēbilis habitus propter materiam, ut si est serica, uel aurea, uel argētea. Et notandum, qđ circa materiā uestium multū proficit, uel potius deficit curiositas humana. ¶ Primo enim fuit materia uestiu pelliculana. Vnde Genesis 3. Fecit quoq; Deus Adā & uxori ei⁹ tunicas pelliceas. ¶ Deinde processum est usque ad lauam par-

ram,

ram, quę est leuior quā pellis. ¶ Tertio processum est ad cortices arborum uel herbaru, scilicet ad linum, & huiusmodi. ¶ Quarto ad stercora uermiu, scilicet ad sericiū. Deinde ad aurifrigiu, & ad lapides pretiosos.

¶ De Superbia corrigiarum.

INTER ornatus uero qui propter materiam reprehēbiles sunt, specialiter uidentur esse reprehēbiles corrigiæ sericę deauratę uel deargentatę. Et hoc multiplici ratione. ¶ Primo, quia superbia taliu corrigiarum in loco humiliationis est, unde Michę 6. Humiliatio tua in medio tui. Vnde sicut supbia in paupere amplius displicet Deo, quā in diuite, quia pauper habet materiam humiliationis & quoddam represiuū superbię: sic potius Deo displicet superbia circa uentrē, ubi tanta materia est humilitatis, quā in alia parte hominis. ¶ Pręterea sicut ignis uehemens est qui ardet cū aqua quę cōtraria est ei: sic ualde magna est supbia quę durat ubi tāta est materia humilitatis. Bern. Non est magnū humile esse in abiectiōe: magna proflus & rara uirtus, humilitas honorata. Sic contrario potest dici qđ magnum proflus uitium est superbia cum humilitate magna. Ideo humilitas beatę Virginis omnē humilitatem purę creaturę superauit, quia maiorem materiam superbiendi habuit, cum Dei mater fuerit. Sic

superbia uentris superbiā aliorum membroru superat, quum maiorem materiam humilitatis habeat. Item saccus bono tritico plenus bene ligatur fune unius oboli. Non modica fatuitas est ad ligandum saccū immunditię plenum, quęrens corrigiam sericam deauratam, uel deargentatam, & uasis unū pretiosum continentibus circuli lignei sufficiunt. ¶ Ridiculū ergo est circulis deauratis uel argentatis ligare saccū uentris abominatiōne plenu. Pręterea quis non irrideat, si uideat ornatū templi poni circa simū, uel aliquem locum cōtinentem immunditias? Sic faciūt mulieres quę ornant se circa mediū corporis. Vnde Psalmi. Filix eorū compositę, circumornatę ut similitudo templi. ¶ Est etiam magna stultitia mulierum, qđ corrigiæ illę carē constant eis, & nō profunt animę, nec corpori, imō Deus in eis offenditur, & proximus scandalizatur. Ipsę etiam mulieres ex pondere grauantur, quum interdū magis ponderosę sint, quā circuli ferrei quos pœnitentes deferūt. Multę mulieres sunt, si iniungeretur eis pro pœnitentia ut ita ponderosas ferrent corrigias, nō acquiescerent iniungenti. Mira infamia mulierum, qđ tantis expensis diabolo se ligant, & quod tam carē emunt unde a diabolo ligentur. ¶ Diabolus enim bene scit ligare aliquem suo proprio

cingulo. ¶ Sexto reprehensibilis est propter colorem, ut in ueribus clericorum color uiridis, rubeus, & uarius. Cuius rei ratio esse potest, quod talis color in lana ouium naturaliter non inuenitur. Si enim Deus uoluisset lanam ouium talium colorum esse, ipse potuisset depingere sicut & aues. Et forte in principio non fuit facta tinctura huiusmodi absque culpa & curiositate. Audui quandam uirginem quam conscientia remordebat, quia habebat uestem alterius coloris quam naturalem, allegantem contra se, quod ouis, quæ nunquam peccauit, contenta esset naturali colore: ipsa uero, quæ multum peccauerat, pretioso colore uteretur. Et in ueritate cum homo mendicet uestem ab oue, iuxta illud Augustini: Ouis mandatum Euangelicum implens, de duabus tunicis, dat unam non habenti. Sufficienter deberet homini mendicanti color ille, qui sufficit ouis lanam largienti. Superbus mendicus est, cui non sufficit illud, quod sufficit illi, à quo mendicat.

¶ *De peplis & uittis croceatis mulierum.*

IN T E R ornatus uero, qui propter colorem reprehensibiles sunt, specialiter uidentur esse reprehensibilia pepla, siue uittæ mulierum croceatæ. Quod multipliciter potest ostendi. ¶ Primo, quia displicet alicui

principi, quando uidet uexillum inimici in terra sua. Sed plus displicet ei, si uidet in aliqua de uillis suis. Multo plus si in aliquo de castris suis, & precipue si uideat illud in superiori parte castris sui. Sic Deo multum displicet quando uidet superbia uexillum (quod est diaboli signum) in superiori parte castris sui, scilicet in capite muræ ueris, & uidet uexillum suum remotum à loco, in quo potius uolebat illud esse. Humilitatem enim poenitentiae potius uoluit dominus esse in capite. Ezechiel, 9. Signa thau super frontes uirorum gementium. In signum huius rei fit crucis signum in illis qui baptizantur, & in illis qui confirmantur in fronte. Et in capite ieiunii capita cinere asperguntur. ¶ Secundo per hoc, quod uelum, quod est in capite mulieris, signum est subiectionis. In hoc ostenditur, quod superiorem habet, scilicet uirum suum. In hoc enim ostenditur, quod ab ea præuaricatio inceptit, & ideo potius mulieres uelamina deferunt, quam uiri, & precipue quando à uiris suis coguntur. ¶ Unde super illud I. ad Corin. II. Capilli mulieri pro uelamine dati sunt. dicit glossa, Ad hoc habet mulier uelamen, ut se ream agnoscat, & subditam. Et iterum in eodem capite super illud, Non est uir creatus propter mulierem, sed mulier propter uirum. dicit glossa, Ideo

Ideo debet mulier super caput suum habere uelamen propter angelos, ut dicit Ambrosius, ut scilicet ostendatur subiecta uiro, & quia per eam præuaricatio coepit. Unde cum peplum debeat esse signum humilitatis, multum Deo displicet si superbia inde mulieres. Irridendus esset fur, cui in signum furti bursa suspendi debet ad collum, si peteret ut illa bursa purpurea esset. Sic irridendæ sunt mulieres quæ uolunt habere pepla croceata. In opprobrio enim suo quaerunt gloriam, ubi esse non potest. Non cedit ad gloriam furis, si bursa ad collum suspensa sit deaurata. ¶ Tertio per hoc quod mulieres quæ croceum colorem in peplis deferunt, colorem decentem, amabilem Deo & angelis, & hominibus mundi cordis uilipendunt: colorem uero minus decentem contra doctrinam ecclesiae deferunt, scilicet croceum. Color decens & amabilis Deo & angelis est color albus. Quod croceus color minus sit decens, quam candidus, patet ex hoc quod nulla est que non uelit habere faciem suam candidam potius, quam crocei coloris. Quod autem color iste placeat Deo, patet per hoc quod dicitur Cantic. 5. Dilectus meus candidus. Non dicit, croceus. Sapient. 7. de ipso: Candor est lucis aeternæ. Et Bernardus loquens de sapientia increata, dicit: Candor est lucis sapientia,

& candidam oportet esse animam. in qua ipsa sedere elegerit. ¶ Sic etiam placet Deo candidus color in ornatu corporis, potius quam croceus. Quod patet per illud Matthæi 17. quod in transfiguratione Domini uestimenta eius facta sunt alba sicut nix. Magister enim Spiritus sancti institutum est, quod sanctissimum corpus Domini panno candido inuoluatur, non croceo, uel alterius coloris. Unde bene debet sufficere immundo corpori color ille ad inuoluendum se, qui sufficit Deo corpori. Quod etiam color iste placeat angelis, patet per hoc quod legitur Marci ultimo angelum apparuisse stola candida. & Matthæi ultimo legitur, uestimenta angelum alba fuisse sicut nix. Et Ioannis 20. Et uidit duos angelos in albis sedentes. Quod autem hominibus mundi cordis placeat color iste, patet: quia si quis occurrat duabus mulieribus, quarum una habeat peplum candidum, & altera croceum, statim illa que defert candidum honestiorē iudicabit, & ita magis ei placebit, nisi iniquitas propria cor eius subuerterit. ¶ Quarto potest idem ostendi per hoc, quod cum ornatus propter uanitatē reprehensibilis sit, quod uanius & mutabilis erit in ornatu, magis reprehensibile erit. Unde cum croceus color in peplis ualde mutabilis sit, reprehensibilis est. Si aliqua mulier tunicam suam qual

qualibet septimana tingeret & lauaret, satis fatua diceretur: tales sunt que singulis septimanis popla sua & tingunt & abluunt.

¶ De peccato illarum, quæ præsumunt ponere alienum colorem in uultibus suis.

S E P T I M O est reprehensibilis habitus uel ornatus propter presumptionem, quando scilicet aliqua præsumit facere quod specialiter ad Deum pertinet, sicut faciunt illæ quæ alienos crines apponunt capiti, uel colorem innaturalem super faciem, huiusmodi enim proprium est Dei. Vnde tales cum Lucifero similes nolunt Altissimo esse. Ipse sunt ueluti simia, quæ dum uoluit se decorare, specialiter se ingulat. Sunt etiam angeli tenebrarum transfigurati in angelos lucis, non attendentes illud Ecclesiastic. 4. Ne accipias faciem aduersus faciem tuam. Quam mulier assumit contra faciem interioris animæ, quia eam deturpat. Dum enim mulier exterius uult habere pulchram faciem, interius assumit faciem diabolicam, iuxta illud Psalm. Facies peccatorum sumitis. Facies enim assumpta, contraria est faciei naturali, quia ante debitum tempus facit eam senescere, & in futuro pro ea punietur. Ioëlis 2. Omnes uultus redigentur in ollam. Multum offenditur aliquis artifex, quando alius præsumit meliorare opus eius: sic Deus in istis. Præterea magnam contumeliam facit Deo talis perso-

na, quæ potius uult talem faciem habere qualis pictor facit, quam qualem eius Deus fecit. De tali muliere dicit Hieronymus. Quæ fiducia erigit ad caelos uultus, quos conditor non agnoscit.

¶ Quod sex deberent cohibere mulieres à portâdo alienos crines.

S E X uero sunt quæ possunt cohibere mulieres ab alienis crinibus, si eis diligenter ostendantur. ¶ Primum est, poena quam scriptura cominatur eis. Vnde Esaiæ 2. Decalubabit Dominus uerticem filiarum Sion, & Dominus crines earum nudabit. Et in presenti etiam quandoque crines earum nudatur. Vnde Parisiis accidit in quadam processione, quod quædam simia cuidam dominæ pepilum cum alienis crinibus abstulit coram populo, & turpis & depilata sicut cornicula, depositis plumis alienis remansit: quod iusto Dei iudicio accidit, iuxta illud Esaiæ 33. Væ qui prædatis: nonne tu prædaberis? De prædata fuerat illa mulier mulierem mortuam crinibus suis & ideo merito eam simia prædauit. unde Poëta: Non est lex æquior ulla, Quam necis artifices arte perire sua. ¶ Secundo sunt tuitas magna, quæ comitatur hoc uitium, quod patet ex hoc, quod pugiles crines suos abbreviant quando duellum facturi sunt, ne per crines ab hostibus capiatur. Et illi similiter qui intrant regionem tanquam pugiles spirituales. Fatue tamē mulieres cri-

nes

nes suos augent, licet in bello periculosissimo sint, quasi nolint de manibus diaboli euadere. Non de facili euadit mulier de manu diaboli, ex quo tenet eam per crines, quando scilicet mulier habet nimium amorem ad decorem crinium. Item tales mulieres materiam periculosa infirmitatis quam habet, augent, cum potius deberent eam mitigare, quasi nolint à sua infirmitate curari. Infirmitas autem ualde periculosa est, sicut prius ostensum est, superbia: quæ materia augetur, quando crines alieni propriis crinibus adduntur. Satis sunt istæ superbiæ quæ parum habent de crinibus. ¶ Tertio peruersitas magna. Faciunt enim tales ad contumeliam Dei, ac damnum animarum suarum, quod nullo modo facerent propter amorem Dei & salutem propriam. Si iniungeretur alicui mulieri pro peccatibus quod haberet per noctem ad caput suum manum mulieris mortuæ, nullo modo uellet habere. Diceret enim terrore se amittere fieri. Crines autem mortuæ mulieris uult habere in nocte ad caput suum in contumeliam Dei, & contra uoluntatem ecclesiæ. Nec terretur inde nescio quo diabolico miraculo. ¶ Quarto deberet cohibere mulieres à uitio isto, magna ingratitude quæ est ibi, quando scilicet ipse uolunt habere in loco isto crines ad Dei contumeliam, ubi Christus pro amore earum tulit spi-

neam coronam. ¶ Quinto contemptus Dei qui est in uitio isto. Valde enim Deum contemnit qui capillos Deo præponit, cum capilli uideantur esse superfluitates hominis, sicut & ungues. De receptaculo ledium & pediculatorum faciunt mulieres thesaurum suum, imò Deum suum: quia hoc ab homine colitur, quod præ cæteris diligitur: sicut dicit gl. sup illud ad Philip. 3. Quorum Deus uenter est. De Maria Magdalena legitur Lucæ 7. Quæ capillis capitis sui terxit pedes Domini sui. Non enim eos amabat tantum, quantum amat dominam nostram. ¶ Sexto deberet cohibere mulieres à uitio isto, multiplex malum, quod inde peruenit tamen eis quam proximis earum. Proximis de facili malum prouenit ex pulchritudine crinium. Crines enim uelut quidam laquei sunt, quibus fatui capiuntur. Vnde legitur Iudith 14. Quæ ipsa colligauit cincinnos suos ad capiendum Holofernem. Cincinni sunt capilli dependentes à capite mulieris. Sicut pueri laqueos faciunt de pilis caudæ equi ad capiendum aues: sic diabolus laqueos facit de pilis mulierum, ad capiendum uiros. Ipsi etiam mulieribus multiplex malum facit pulchritudo crinum. Accidit enim eis sicut legitur Absaloni accidisse de pulchritudine crinium eius, sicut legitur 2. Regum 14. Porro sicut Absalon uir non erat pulchrior in omni Israël. Et

subd

subditur: A uestigio pedis usq; ad uerticem non erat in eo ulla macula. Et quanto magis tendebat capillos, tãto plus crescebat (semel autem in anno tãdebat, quia grauabat eũ cæsaries) ponderabat capillos capitis sui ducentis siclis p̄dere publico. Quid autẽ ei acciderit, legitur 2. Regum 28. scilicet quod caput eius quercui adhæsit, & illo sustenso inter cælum & terrã, mulus cui insidebat pertrãsit, & ueniens Ioab tres læceas infixit in corde ipsius. Sic per pulchritudinem erinium adhæret fatua mulier alicui uiro luxurioso, qui per quercum designatur. Quercus enim fructum defert quo porci pascuntur: sic luxuriosi opera faciunt in quibus infernales porci delectantur: & ueniens Ioab, id est diabolus, infigit tres læceas in cor fatuę mulieris. Prima lancea est nitium superbię. Secunda, uirium luxurię. Tertia, nitium discordię propter ipsam inter mulierem & uirum suum. De hoc require in tractatu de Luxuria, in capitulo de Choreis: ubi ponitur illud uerbum Apocal. 9. Et similitudines locustarum, &c.

¶ De habitu reprehensibili, propter formam uel compositionem.

OCTAVO. p̄t esse reprehensibilis habitus uel ornatus propter formam uel cõpositionem. In forma uerò reprehensibilia sunt ista, incisio ex parte inferiori: sicut fit in uestibus io-

culatorum, corrugatio ex parte superiori. Vtinam, si Deo placeret, facies earum corrugare faceret, quo uestes corrugare fieret. Reprehensibile etiã est quod caudę ibi affluantur. Natura caudã negauit hominibus, sed miseri homines eã sibi assumunt. Præcipuẽ autem uidetur reprehensibiles quo ad formã & cõpositionem, sotularibus rostrati, & perforati, & stricti. Rostrũ in sotularibus diabolica uidetur esse inuẽtio; cum non inueniatur simile in rerũ natura. Nullũ enim animal est quod in pede rostrũ habeat, etsi habeat aliquod in capite. Mulieres uero quæ nũquã rostrũ deberet habere, uolunt habere in pedibus. Perforatio etiã in sotularibus magna uidetur fatuitas, cũ sotulares integri meliores sint quã perforati. Similiter strictura in sotularibus magna fatuitas est, cũ etiã Deus inde offendatur, pedes grauẽtur. Nõ enim ita cõstringeretur pedes, si essent in compe-
pedibus, sicut cõstringuntur quandoque à sotularibus. Multi sunt qui nõ reciperet pro poenitentiã tale grauamen, si sacerdos eorũ uellet hoc eis iniungere. Magna etiam ingratitude est, uelle deferre sotulares perforatos in cõtumeliã Dei in pedibus suis, cũ Deus pro amore eius pedes suos uoluerit perforari. Magna etiam fatuitas est, querere pulchritudinem in sotularibus, cũ ad hoc inuenti sint ut inquin-

tur,

tur, & per hoc pedes ab inquinatiõibus seruetur. Nec enim in radicibus arborũ uel fundamētis domorũ pulchritudo solet requiri: sic nec in sotularibus deberet requiri pulchritudo.

¶ De superbia ornatus raptorum & usurariorum.

NONO potest esse reprehensibilis habitus uel ornatus, quia est de re iniuste acquisita: sicut accidit in uxoribus usurariorũ uel raptorũ quæ uestes pretiosas deserunt de lacrymis pauperum. Vestes tales sanguinolentæ sunt. Iere. 2. In alis tuis inuentus est sanguis animarũ pauperum. Alæ sunt extremitates superborũ palliorũ. Alis istis uolatur in infernum, non in cælum. In alis istis inuenitur duplex sanguis, scilicet sanguis pauperũ. Spolia enim pauperũ ex quibus est uestis illa, iudicio scripturæ sunt sanguis pauperũ, & uita eorum. Vnde Eccl. 34. Panis egentũ uita pauperũ est. Qui defraudat illũ, homo sanguinis est. Alius sanguis qui in alis istis inuenitur, est sanguis ipsius mulieris, quæ defert palliũ quod emptũ est de re iniuste acquisita. Mors enim sua latet ibi cũ ad dånationẽ suã illud deferrat. Cruentatio ista quæ est in uestibus diuitum figurata est per chlamydem coccinẽã, in qua illusus est Dominus. Illusio autem illa ostensus est status principũ huius mũdi. ¶ Decimo potest esse reprehensibilis ornatus uel habitus, propter amorẽ

nimiũ, quem habet mulieres ad pulchritudinẽ. Tãtus enim potest esse amor ille q̄ est mortale peccatũ, & quasi idololatria, ut quãdo amor ille amorẽ Dei superat. Hoc enim ab homine collitur, quod præ ceteris diligitur, sicut prius dictum est.

¶ De quinque quæ debent cohibere mulieres ab amore pulchritudinis.

QUINQUE autẽ sunt quæ debent cohibere mulieres à nimio amore pulchritudinis. ¶ Primo est uanitas ipsius pulchritudinis. De qua legitur Prouerbio. ultimo: Fallax gratia, & uana est pulchritudo: mulier timẽs Deũ, ipsa laudabitur. Pulchritudo uana est, quia ad nihil ualet ei qui eã habet: potius uidetur ualere illis qui uidet eã, & in ea uisa delectantur. Potest etiã dici uana, quia uadit in nihilũ, propter quod flori cõparatur, Etsi 40. ubi sic legitur: Omnis caro scẽnũ, & omnis gloria eius tanquam flos agri. Licet flores sint magni decoris, tamẽ parũ amatur, quia citò transit decor eorũ. Sic parũ amada esset pulchritudo corporis, quia citò perditur: ad minus in morte quãdo maxime necessaria esset cũ Deo debeat presentari, & angelis eius, cũ ituri sint ad curiã cælestis regis. ¶ Secundo deberet mulieres cohibere ab amore nimie pulchritudinis hoc, q̄ pulchritudo talis frequẽter maledicta est. Vñ Iob 5. Vidi stultũ firmam rad

radice, & maledixi pulchritudini eius statim. Vnde dicit gloss. super hoc uerbum, statim: Infirmus, cum inæqualitate rerū uariatur: dum uidet prospera, laudat: cū mutatur, nihil esse indicat: sed sanus cum gloria ipsam poenā sequentē cōsiderat, & statim damnat. Malē fuerunt pulchræ illæ mulieres, quæ propter pulchritudinem suam damnabuntur. ¶ Maledicta est talis pulchritudo mulieris. Multis re uera potius expeditset q̄ fuissent leprose, uel naso, uel auribus mutilatæ, quàm q̄ esēt pulchræ. ¶ Tertio deberet cohibere mulieres à nimio amore pulchritudinis, turpitudine & immunditia quæ frequenter comitatur pulchritudinē corporis. Vnde dicitur Ezechielis 16. ad fatuā mulierē: Abominabilē fecisti decorē tuum. Hoc est unū, de quo multum dolēdum est, quod pulchræ mulieres quæ plus debent abhorre immunditiam, amplius se inquināt per peccatum. Propter hoc pulchritudinem fatuæ mulieris cōparat Salomon circulo aureo in naribus suis. Prover. 11. Circulus aureus in naribus suis, mulier pulchra & fatua. id est, pulchritudo mulieris fatuæ. Sus si circulum aureū haberet in naribus, distraheret illū per quodcūquē uolutabrum luti. Similiter mulieres fatuæ pulchritudinem suā distrahunt per quodcūque uolutabrum luxuriæ. Sus non parcat ori, sicut nec

pedi, quin illud in lutū infingat. Sic nec mulier fatua parcat faciei suæ, imò illam præ cæteris mēbris operit iniquitate & impietate sua. Vel aureus circulus potest intelligi mulier pulchra & fatua, quā diabolus trahit per omnem immunditiam, quia habet eā in potestate sua, sicut sus circulū aureū traheret per immunditiam, quē haberet in naribus suis. ¶ Quarto deberet cohibere mulieres à nimio amore pulchritudinis hoc, q̄ pulchritudo earum ualde nocua est. Est enim pulchritudo illa pulchritudo exurēs, qualis est pulchritudo carbonis uiui. Et est etiam pulchritudo uulneris, qualis est pulchritudo splendētis gladii. Vnde Hierony. Gladius igneus est species mulieris. Et pronerbiōrū 5. legitur de fatua muliere, quod nouissima illius amara sunt uelut absynthium, & acuta quasi gladius biceps. Sicut puer in gladio fulgenti primò solam aduertit pulchritudinē, & ideo gladium anaplectitur, sed nouissimè sentit læsionē: Sic fatua homines in specie muliebri primò solam aduertunt pulchritudinem: sed postquam eam tetigerint per amorem, ex uulnere cordis perpendunt pulchritudinem illam esse gladium acutum. Biceps autem gladius potest dici pulchritudo illa: quia ipsam mulierem, in qua est, lædit per superbiam, & ipsas aspicientes per luxuriam. Vel potest

potest dici gladius biceps, quia corpori & animæ occasio est mortis æternæ. Et uerè gladius igneus est pulchritudo mulieris. Multum enim potens ad exurendū cor humanum, Vnde Barlaam rex quidā habuit filiū, de quo dictū est ei à medicis, q̄ cæcus fieret, si infra decem annos solem uideret. Vnde rex ipsum fecit includi decem annis in spelunca. Quibus finitis fecit eū egredi de spelunca. Et ostensa sunt ei aurum & argentum, & multa alia pretiosa & concupiscibilia. Et ad interrogationem eius nominata sunt singula. Cū autem inquireret anxie de mulieribus, quæ præsentēs erant, quæ res essent, dixit ei quidam iocose, Eas esse dæmones qui seducunt homines. Et cum rediit ad regem requireretur ab eo quid magis ipse desideraret: Respondit, se super omnia quæ uiderat desiderare dæmones qui seducunt homines, Et miratus est rex q̄ tam tyrannica res esset species mulieris. ¶ Quinto debet cohibere mulieres à nimio amore pulchritudinis hoc q̄ pulchritudo aduersatur bonitati. Nō enim de facili habetur bonitas cum pulchritudine. Poëta: Lis est cū forma magna pudicitia. Vnde cum pulchritudo aufert bonitatem, quæ longè melior est quàm pulchritudo, ipsa non est multū desiderāda, imò ualde timenda. In magno periculo est pulchritudo mulieris. Est enim

quasi thesaurus in aperto, qui à multis cōcupiscitur. Vnde Greg. De prædari desiderat, qui thesaurum publicè in uia portat. Fatuæ sunt quæ neglecta bonitate pulchritudinem quaerunt. Similes sunt pueris qui pyra uel poma uermes habentia (quia pulchriora aliis sunt) præligunt. Præcipuè autem fatuæ sunt illæ, quæ naturaliter deformes sunt, & tamen laborant ad hoc quod sint pulchræ, ad quod nullo modo pertingere possunt. Ad hoc autem q̄ sint bonæ, laborare nō lunt, quod tamen melius & de facili obtinere possunt. Mulier quæ laborat amplius ad hoc q̄ sit pulchra quàm bona, uidetur plus amare alterius utilitatem, quàm suam. Si enim pulchra fuerit, alius pulchra erit. Pulchritudo enim eius alienos oculos pacit. Si autē bona fuerit, sibi bona erit. Prover. 9. Si sapiens fueris, tibi bimetip si eris.

¶ Quantis, & quot personis nocet superbus habitus.

VND E C I M O potest esse culpabilis ornatus mulieris: quia multis nocet. ¶ Primo nocet uiro suo quem interficit spiritua-liter, dans ei occasionem, quod usurarius sit uel raptor. ¶ Secundo nocet illis quibus debuit restitui, q̄ præcipue uerum est in uxoribus usurariōrum & raptorū. ¶ Tertio nocet ipsi mulieri, Et hoc multis modis, ¶ Primo, quia ei materia est infirmitatis magnæ, scilicet superbia. ¶ Se-

cūdo, quia aufert sibi illud unde debuit redimere animam suam morti æternæ cōdēnatā. ¶ Tercio, quia aufert ei tempus quod debuit expendere in seruitio Dei. Nec est paruū damnū, cum tēpus res pretiosissima sit, unde Bern. Nihil pretiosius tempore: sed heu nihil hodiē uilius reputatur. ¶ Quarto, aufert ei orationes quas facit in ecclesia. Nō enim exaudit Deus orationes, quas facit mulier ipsa superbe ornata, cum ipsa filios Dei occidat ex alia parte offensione incautæ suæ pulchritudinis. unde super illud 1. ad Tim. 2. Non in tortis crinibus &c. dicit Glof. Superbus habitus nō impetrat. Nō est paruū damnū mulieri, quæ pauper est spiritualiter, si orationes, quas in ecclesia facit, amittat. Orationes enim sunt magna pars bonorū quæ ipsa facit: frequenter potius utile esset eis humiliter esse in domo, quam superbe in ecclesia. Si aliqua mulier esset quæ in nulla solēnitate iret ad ecclesiam, ipsa reputaretur heretica. Quid ergo est de ea quæ facit quod deterius est? Quomodo talis mulier remissionem peccatorum suorū consequetur, quæ in ecclesia Deum offendit, ubi eū placare debuit? ¶ Quinto, nocet ei superbus habitus, quia bonam famam aufert ei, unde super illud 1. ad Tim. 2. Non in tortis crinibus, &c. dicit glo. Superbus habitus nō recta facit de se credi. ¶ Sexto, nocet

ei, quia facit eam sollicitari sicut equus. Ex quo enim equus habet signū uenialitatis in fronte, nō quæritur utrū sit uenalis, sed pro constanti habetur, & de pretio quæritur. Sic mulier habens ornatū meretricium, sollicitatur, & sollicitata, nisi ualde fortis sit, facile labitur: quia casta est quā nemo rogauit, ut ait poeta. ¶ Quarto nocet superbus ornatu alii mulieribus, quia ministrat eis exemplū superbiæ. Dat etiā eis occasionem inuidiæ & discordiæ ad uiros earū, & quādoq; occasionē adulteri: quia quando nō possunt habere similes ornatus à uiris suis, rixantur cum eis, & quandoq; eos habere uolunt ab aliis uiris, & sic adulteriū committūt. ¶ Quinto nocet maritis altarū mulierum. Reddit enim eis uxores eorum molestas, & quandoque aufert eas illis. ¶ Sexto nocet domino, cuius templum exurit. Tēplum Dei est unusquisq; fidelis. Plus diligit Deus unum templū spirituale, quam omnia templa materialia mundi: unde magna Dei offensio est, incēdere huiusmodi tēpla. Septimo nocet sanctis: quia festa eorū non obseruant mulieres, quæ sic se ornāt, quia tunc magis peccāt quā in aliis diebus, cū magis superbe se habeant. Tūc etiā quādoq; uiolat festa, præparando ornatus suos. ¶ Octauo, nocet angelis, quia filios Dei in eorum positos custodia occidunt. Ideo dicitur 1. ad Cor:

Corint. 11. Quod mulier debet habere uelamē super caput suū propter angelos: ne scilicet offendat angelos, occidendo homines, quos ipsi custodiūt. Et ut breuiter dicam, Deo & angelis eius non timent contumeliam facere etiam in ecclesia, quando corpus Christi præsens est, & angeli assunt, & populus ibi est congregatus, scilicet quādo missa celebratur. Quod angeli ibi assint, patet ex uerbis Gregorii sic dicentis: Quis fidelium dubium habere possit in ipsa immolationis hora, ad uocem sacerdotis cælos aperiri, atque in illo Christi mysterio choros angelorum adesse, summis imaciat, terrena cælestibus iungi? Et super illud 1. ad Cor. 11. Vbi dicit Apostolus, quod mulier debet habere uelamen super caput: dicit glossa: Angelici spiritus nobis adesse credendi sunt, maxime cum diuinis obsequiis mancipemur: id est, cum ecclesiam angelis lectionibus sacris autem accommodamus, uel psalmodiæ operam damus, uel orationi incumbimus, uel missarū solēnia celebramus. ¶ Ideo monet Apostolus uelamen habere propter angelos. Nec dubitari debet ubi Dominici corporis & sanguinis mysteria gerūtur, supernorū ciuū cōuentus adesse, qui monumentū, quo uenerabile corpus positum fuerat, & unde resurgendo abscesserat, tam sedulis excubiis seruabant.

¶ Quod habitus mulierum se ornantiū est culpabilis propter intentionem multiplicē.

VLTIMO potest esse culpabilis ornatus propter intentionē. Multiplex potest esse intentio mulierum ornantium se. Quædam enim ornant se ut concupiscantur ab aliis, quā uiris suis: quod constat esse mortale peccatum, licet nō habeant uoluntatē consentiendi illis quæ eas concupiscunt: quia secundum Augustinum, non solū appetere, sed etiam appeti uelle, criminolum est. Aliæ uerō ornant se ex superbia, ut pulchriores sint aliis, uel saltem non excedātur ab aliis, uel ex amore uanæ gloriæ & laudis, ut dicatur quod ipsæ sint pulchræ. Istæ uidentur multum impiæ esse, nō curantes de morte fratrum suorū, dum solū habeant uentū uanitatis ut pulchræ reputentur. Non uidetur quod tales mulieres charitatem habeant: quia uerba uanæ laudis chariora habent, quā fratres suos, aliæ uerō ideo se ornant, ut uiris suis placeant, ut sic contineant ab aliis mulieribus. Sed de talibus accidit, quod sic quandoque occidunt eos spiritualiter, dum dant eis occasionē quod nimis ament eas: quia nimis amator uxoris propriæ, adulter est, sicut dicit Ambr. Ex quo amor iste nō sit citra Deū, iam iudicatur peccatū mortale. ¶ Præterea si ornatu suo uelut quodam rete uult capere uirum

suum, ne capiatur ab aliis mulieribus, quare illud rete expandit, ubi non est uir eius? Multæ enim potius ornant se quando prodeunt in publicum, quam quâdo sunt cum uiris suis in domo. Tales similes sunt illis qui dicunt se uelle capere aues syluestres, & capiunt domesticas. ¶ Præterea sicut uir cauet ne perdat uirum suum, sic uir debet cauere uxorem suam. Vnde debet cauere ne ipsa immoderate ornata sicut murilegus syluestris efficiatur & fugiat. Sicut enim murilegus syluestris fugit quando habet pulchram pellem, & quandoq; hac de causa amittitur. Aliquis enim propter pulchram pellem uellet eam habere. Sic mulier ornata libentius uadit ad spectacula, ut ab aliquo concupiscatur, & à uiro quandoque amittitur. Potius deberet uelle uir eam habere minus pulchram, quam aliis pulchriorem. Item si non placet uiro quod uultures, id est luxuriosi, sequantur uxorem suam, quare uult eam esse absque pelle conuersationis honestæ? Item cum non uult uxorem suam meretricem esse, quare uult eam similem meretrici esse & in habitu meretricio? De hoc habitu legitur Pro uerbio. 7. Ecce occurrit ei mulier in ornatu meretricio, præparata ad capiendas animas. Et cum ex hoc uerbo constat aliquem ornatum meretrici esse, non uideo quid sit meretricius

habitus, nisi croceus sit, & similia. Ezechiel. 16. Habens fiduciam in pulchritudine tua fornicata es. Ad omne caput uiae ædificasti signum prostitutionis tuæ. Solent caupones in domibus suis ex diuersis partibus circulos ponere, quando diuersæ uiae sunt circa domum, ut transeuntes per quancunque uiam sciant ibi uinum esse uenale. Sic fatuæ mulieres signa uenalitatis ponunt in capite, in pedibus, & in brachiis, & tamen se dicunt esse castas, castitatem amare, uolentes quod magis credatur uni testi assueti mædaciis, quam multis testibus ueris qui mentiri non nouerunt. Testis assuetus mædaciis, lingua est earum. Testes ueri sunt cætera membra quæ impudicitiam ostendunt. Hieronymus: Aut loquendum nobis est ut uestiti sumus, aut uestiendum ut loquimur. Quod autem pollicemur & aliud ostendimus, lingua personat castitatem, & totum corpus profert impudicitiam. Deberet esse mulier uiro suo adiutorium salutis. Genesis 2. Non est bonum hominem esse solum: faciamus ei adiutorium simile sibi. Similiter & uir debet uxorem inuolare, ut saluari possit. Et cum mulieres, ut sapius pronæ sint ad nimium amorem pulchritudinis, & gloriam ornatus, uir debet inuolare in hac parte & cohibere eam ab ornatu inhonesto. Pronitas ista mulierum ad gloriam

nam ornatus insinuatur Matthæi 23. De decem uirginibus, quarum quinque quæ laudem quaesierunt, caelestem ianuam clausam inuenerunt. Similiter cum uiri proni sint ad nimium amorem diuitiarum, quia habet prouidere familiis suis, uxores debent inuolare eos & prohibere à cupiditatibus suis, & dicere eis se contentas esse paruo uictu & humili uestitu, si ipsi cessauerint ab usuris & aliis generibus cupiditatum. Sed heu hodie remedium uersum est in uenenum. Uxores enim impellunt uiros ad infernum, dando eis occasionem male acquirendi, dum superfluas expensas ab eis requirunt. Viri etiam impellunt uxores ad infernum, dum eas consentire faciunt usuris suis, & dum non permittunt eas facere bonum quod ipsæ possent. Vnde hodie quantum ad personas multas, societas coniugalis est quasi complexus spinarum, quæ simul in ignem mittentur, quia non possunt separari. Est etiam uelut complexus aliquorum simul se inuicem submergentium.

¶ De mulieribus se ostentantibus.

MULIERES pulchritudinem suam per uicos in ecclesia ostendentes, sunt incendiariæ sacrorum locorum, scilicet uiros: quilibet enim fidelis est templum opere Spiritus sancti in baptismo dedicatum: sicut dicit glossa super illud 1. ad Corin. 3.

Templum Dei sanctum est, & estis uos. Ipsæ etiam sunt homicidæ fratrum suorum & filiorum Dei. Sunt etiam uenatrices diaboli in filios Dei ad mortem. Diabolus etiam utitur eis tanquam esca ad capiendos uiros, sicut cum cattis & aliis uilibus animalibus excoriatis uultures solent capi. Utitur etiam eis tanquam laqueis. unde Ecclesia. 7. Inueni amariorem morte mulierem, quæ laqueus uenatorum est. unde legitur quod beatus Bernardus cum quaedam soror eius uenisset cum superbo habitu ad abbatiam, in qua ipse erat, noluit exire ad eam asserens eam esse rete diaboli. Quæ confusa & compuncta mandauit ei ut non despiceret animam eius, etsi carnem in omnibus facere uoluntatem eius. Quo audito uir sanctus gaudens uenit ad eam præcipiens ei ut illum superbum habitum de cætero non portaret. Quæ illi acquiescens ita mutata est, ut homines eius mutationem mirarentur. Utitur etiam diabolus eis tanquam gladio ad occidendum filios Dei. Etiam si dicat aliqua se non habere malam intentionem: Respondeo, quod neque gladius malam intentionem habet, quando ab illo aliquis occiditur, sed utens illo habet ibi malam intentionem. Sic diabolus qui utitur his mulieribus ornatis tanquam gladio, ibi malam habet intentionem.

nem. Et licet etiam nullus haberet malam intentionem, nihilominus tamen mortuus esset qui occisus esset: & secundum leges, qui occasionem damni dat, damnum dedisse uideret. Dicitur etiā Exo. 21. Si quis aperuerit cisternā, & foderit, & non operuerit eam, cecideritque bos uel asinus in eam, reddet dominus cisternæ pretiū iumentorū. Cisterna quæ habet aquā ad remediū fitis, incautis tamen potest esse occasio mortis uel præcipitii. Sic uxor etiā alicuius, quæ uiro suo est remediū fornicationis, aliis potest esse occasio mortis. Sic etiā uocat Salomon uxore, Proverb. 5. ubi sic legitur: Bibe aquam de cisterna tua, id est, de propria uxore. Hæc cisterna aperitur, quando mulier nimium ornatur. In eam uero non cooperat bos uel asinus cadit, quando ostensione pulchritudinis, quam mulier incaute ostendit, aliquis perit. In hoc casu anima pereuntis de manu mulieris requiritur. Si quis incaute deferendo ignem domum aliquam incēdat, nonne tenebitur ad emendam? Quomodo ergo innocēs erit, quæ pulchritudinē suā incaute ostendendo, domos spirituales exurit? Quædam etiam ideo se ornant, quia erubescunt non deferre ornatus, quos deferre consueuerunt, uel quos alia mulieres deferunt: uel quia timent ab hominibus derideri, si ornatus tales dimiserint.

De bona erubescencia & eius commōdatione. Et quōd peccatum sit ualde erubescibile.

CAP. XV.

ET quia uerecūdia hæc multū nocet ecclesiæ Dei, ideo tractabimus hic de uerecūdia. Et quia quædam uerecūdia bona est, & quædam mala est, iuxta illud Ecclesiast. 4. Est confusio adducens peccatum, & est confusio adducens gloriam. Primo de bona erubescencia dicemus. Secundo de mala. Tertio tangemus de iridentibus eos, qui bene faciunt. Notandum ergo, quod erubescencia bona est quoddam frænum, quo aliquis regitur in uiam paradisi. Dum aliquis habet frænum istud, sperari potest de eius correptione. Vnde Sapiens: Erubescencia salua res est. Ad commōdationem huius erubescenciæ facit illud Ecclesi. 22. Ante grandinē præbit confusio, & ante uerecūdiam præbit gratia. Præcipue uerecūdia placet in mulieribus. Ecclesiast. 7. Gratia uerecūdiæ mulieris senata super aurum. Verecūdia etiam specialiter placet Deo in pœnitentibus, unde Bernardus: Quantum displicet Deo impudentia peccatoris, tantum placet erubescencia pœnitentis. De non habente erubescenciam legitur Ierem. 3. Frons mulieris meretricis facta est tibi, nolisti erubescere. & Esa. 3. dicitur de non habentibus eru-

be

berescenciam istam: Peccatum suum quasi Sodoma predicauerunt, nec absconderunt. Legitur etiam Iere. 6. Confusi sunt, quia abominationem fecerunt: quin potius confusione non sunt confusi, & erubescere nescierunt. Vere erubescere nescit, qui de peccato non erubescit. Peccatū enim ualde erubescibile est. Magis erubescibile est peccatū, quam nuditas totius corporis: quod patet, quia peccatū nuditatem facit erubescibilem. Pœntes enim nostri, non erubescabant ante peccatum, licet essent nudi. Vnde cū illud, propter quod aliquid est tale, magis erit tale: magis erubescibile uidetur esse peccatū, quam nuditas. Præterea quū erubescencia sit fuga rei indecentis, peccatū autem indecentius sit quam aliquid aliud, quod sit in mundo, cū sit opus diaboli, & ipso amoto omnia decetia essent, constat magis erubescibile esse, imo comparatiōe ipsius alia non sunt erubescibilia. unde dicit Greg. de Maria Magdalena, Quia semetipsam grauius erubescerat intus, nihil esse credidit, quod uerecūdatetur foris. Præterea, peccatū est immunditia, & comparatiōe ipsius immunditia corporalis non reputatur immunditia. Matth. 15. Quæ procedūt de ore, de corde exeūt, & ea coinquinant hominem. Et quibusdam interpositis subditur: Non lotis manibus manducare, non coinquinant ho-

minem. Est etiam peccatum abominatio magna, unde Psalms. Corrupti sunt, & abominabiles facti sunt. Vnde patet peccatum ualde erubescibile esse. Multis autem aliis modis ostendi potest, quod peccatū sit ualde erubescibile. Et quia hominem proditorem reddit apud Deū, & quia facit eū ualde uilem: facit etiam inferiorem brutis animalibus, quæ tantum unam mortem solunt: sed peccator debitor est duplicis mortis, & quia peccatū finis est, quo quis in inferno suspendatur: non habet diabolus unde hominem suspendat, nisi ipsemet suum istū ei attulerit. Est etiam peccatū illud cū quo sustigabitur homo in die iudicii corā toto mūdo. Thre. 1. Vigilauit iugum iniquitatis mearum: in manu eius conuolutæ sunt, & imposiæ collo meo.

¶ De xv. erubescibilibus.

IL L A de quibus erubescendum est, enumeratur nobis Ecclesi. 41. Erubescite à patre & à matre de fornicatione &c. Et sunt xv. quæ ibi tanguntur, de quibus multū erubescere debemus. Et ponitur primo fornicatio, quæ quadruplici ratione ualde erubescibilis est, quia tam uiliū membrorū, & quia anima & corpus in ea maculantur, & quia mulier ibi uenditur, dat animam suam quandoque pro duobus denariis diabolo, & corpus leccatoris: non faceret tale forum de forularibus suis. ¶ No-

BB 4 tab

tabiliter etiam dicit, Erubescite à patre & matre. Pater est Deus, & Ecclesia est mater, de quibus debet multum erubescere fornicans. Potest multum erubescere filia diuitis dum fornicatur, quia pater suus poterat eam honorifice maritare. Nonne erubescere debet filia Dei de tanto patre, si fornicetur, cum ipse possit eam optime maritare? A presidente & à potente demum erubescere debet homo de mendacio: quia potior est fur, quam absconditas uiri mendacis, ut legitur Ecc. 20. & quia mentiens non seruat fidem, licet uelit sibi fidem adhiberi, & fallit eum qui confidit in eo: erubescendum est enim propter Deum presidentem: id est, presentem, & potentem uindictam sumere de mentiente, & potest illud intelligi specialiter de mendacio promissionis in baptisinate facte. Tertio erubescendum est de delicto: id est, de negligentia & pigritia. Sen. Turpissima iactura est, quae per negligentiam fit. Ecc. 22. In lapide luteo lapidabitur piger. A principe autem ideo erubescendum est de delicto, quia multum dupliciter ei pigritia serui, sicut uelocitas multum placet. & Prou. 22. Vidisti uirum uelocem in opere suo, coram rege stabit. Praecipue tamen à summo principe erubescendum est de delicto, & ab illo iudice cui cuncta aperta sunt. Et cuncta quae sunt adducet in iudicium, & de quolibet

momento temporis negligenter expenso exiget rationem. Quarto erubescendum est de iniquitate à synagoga & plebe. Et primo de hoc, quod homo sibi inique appropriat, quod debet esse commune: ut faciunt usurarii, qui tempus omnibus commune sibi appropriant, quod dominus uoluit ab omnibus aequaliter possideri. Et mali dispensatores qui sibi retinent, quod pauperibus debet diuidere, quibus dicitur Luc. 16. Facite uobis amicos de mammona iniquitatis, id est, de pecunia inique uel inaequaliter detenta. Quinto erubescendum est à focio & amico, de iniustitia: id est, hoc quod iniuste agit erga focium & amicum. Hoc ualde iniquum est. Prouer. 3. Ne moliaris amico tuo malum, cum in te habeat fiduciam. Sexto erubescendum est de furto. Tob. 2. Non licet nobis aliquid edere de furto, aut contingere. Et praecipue erubescendum est, si quis furtum fecerit, uel sustinuerit fieri in loco in quo ipse habitat. Septimo, erubescendum est, de ueritate Dei & testimonio: id est, de ueritate quam Deus docuit, & tot testimonii confirmauit, si aliquis illi fidem non adhibuit. Octauo erubescendum est de discubitu in panibus, si quis se inhoneste habuerit, uel si ei, ad cuius mensam comedit, fidem postea non seruauerit. Sicut faciunt illi, qui postquam ad mensam domini sederant, uel

spirit

spiritualiter uel temporaliter, non timent ei contumeliam inferre. Nono, erubescendum est, ab obfuscatione dati & accepti. Datum obfuscat, qui cum tristitia dat. Eccl. 35. In omni dato hilaris fac uultum. Vel qui dat cum dilatione. Prou. 3. Ne dicas amico tuo, Vade & reuertere, Cras enim tibi dabo: cum statim possis dare. Datum etiam obfuscat, qui illud extollit. Potius enim debet qui dat donum diminuire, quam extollere. uel de Gene. 33. dixit Iacob ad Esau, Si inueni gratiam in oculis tuis, accipe munusculum de manu mea. Acceptum etiam obfuscat qui de beneficio est ingratus, uel ipsum attenuando uel obliuioni tradendo. Senec. Lex beneficii est, quod alter obliuisci debet dati, alter debet memor esse accepti. Cato: Exiguum munus cum det tibi pauper amicus, Accipito placidè plene & laudare memento. Decimo, erubescendum est, à salutatibus de silentio. Quod in duobus casibus praecipue intelligendum est, scilicet quando aliquis non uult reddere salutem alicui causa superbia, uel causa odii. Sapiens: Saluta liberem non confundaris, & à facie illius non te abscondas. Nec obstat illud Luc. 10. Neminem per uiam salutaueritis. Et illud 4. Reg. 4. quod dixit Eliseus ad Giezi: Si occurrerit tibi homo, non salutes eum: & si salutauerit te, ne respondeas ei. Per hoc enim

prohibetur prolixitas uel curiositas salutationis. Quod autem bonum sit salutare, patet per illud Mat. 10. Intrans autem domum, salutate eam. Undecimo, erubescendum est à respectu mulieris fornicariae. Quia secundum Aug. Impudicus oculus impudici cordis est nutius. Duodecimo, erubescendum est ab auersione uultus cognati: quia sicut legitur 1. ad Tim. 5. Si quis futurum, & maxime domesticorum curam non habet, fidem negauit, & est infideli deterior. Nec solum erubescendum est ab auersione uultus cognati, sed etiam proximi, praecipue patris. Unde Tobie 4. Noli auertere faciem tuam ab ullo paupere. Ita enim fiet ut nec à te auertatur facies domini. Unde sequitur in uerbo proposito. Eccl. 4. Ne auertas faciem à proximo tuo. Tertio decimo, erubescendum est, ab auferendo partem, & non restituendo. Sicut enim ualde honorabile est dare, sic erubescibile ualde est auferre, & praecipue fratri suo fideli: scilicet partem quam pater caelestis dedit ei de rebus huius mundi. Specialiter autem non restituere ablata, uel uter se erubescibile usurariis & raptoribus, qui cum sint iam condemnati suspendio inferni pro male acquisitis, potius uolunt retinere & suspendi, quam reddere & liberari. In quo sunt petores latronibus, qui omnia libenter restituerent, si scirent se per

BB 5 hoc

hoc posse liberari. ¶ Quarto-
decimo à respectu mulieris alie
ni uiri. Periculosus est enim talis
de respectus talis. Ipse respectus
fuit occasio David adulterii, &
homicidii, ut dicitur 2. Reg. 11.
Nec solū à respectu isto erube-
scendum est, sed etiā à quacunq;
familiaritate, uel ad ipsam uel
ad ancillā eius, unde possit ori-
ri mala suspicio. Vnde sequitur:
Ne scruteris ancillam eius, & ne
steteris ad lectum eius. ¶ Quin-
to decimo, erubescendum est ab
amicis de sermonibus improp-
rii. Et si amicus debet arguere
amicum, tamen absq; improp-
rio. Tullius in tractatu de Amici-
tia: Monere & moneri est offi-
cium ueræ amicitia, ita tamē, qd
adulatione careat admonitio,
& contumelia careat obiurga-
tio. ¶ Sexto decimo, erubescen-
dum est ab improprietate da-
ti. Imitari debet illū qui dat om-
nibus affluenter, & non impro-
perat, ut legitur Iacob. 1. ¶ De fa-
tuo uerò legitur Ecc. 10. Exigua
dabit, & multum improprietat.
Qui enim non erubescit male
agere, est sicut equus absq; frā-
no, qui de facili regi nō potest.
¶ Duo solebant homines cohi-
bere à malo, scilicet timor Dei,
& pudor mundi. Sed timor Dei
multos iam parū cohibet à ma-
lo. Benignitate enim Dei & mi-
sericordia abutuntur homines
male agentes, quia Deus beni-
gnē eos ad penitentiam expec-
tat. Ecc. 8. Quia non profertur

cito contra malos sentētia, absq;
que timore ullo filii hominum
perpetrant mala. Non attenden-
tes, qd misericordia ista super-
exaltat iudicium: iuxta uerbum
Iac. 2. Quia quanto misericor-
dus hic parcat, tanto iustitia in
futuro durius ferit, ut dicit Hie-
ronymus. Quanto amplius malleus
eleuatur, tātō postea durius per-
cutit: & quanto arcus plus curua-
tur, tantō uehemētius sagittam
emittit. Similiter se habet iusti-
tia Dei. Aug. Lento gradu diui-
na procedit seueritas, sed tardi-
tatem compensat grauitas. Pu-
dor etiam iam potius impellit
homines ad malum, quā co-
hibeat à malo: quia qui solebat
erubescere male agere, iam e-
rubescunt bene facere.

*De mala erubescētia, & eius
detestatione. CAP. XVI.*

DE erubescētia mala, hoc
modo dicemus. ¶ Primo
ponemus ea quæ possunt uale-
re ad detestationem erubescen-
tiæ malæ. Secūdo ponemus re-
media quibus uti possumus cō-
tra eam. ¶ Primo, ualere potest
ad detestationem eius, si osten-
datur quanta sit timiditas eo-
rum, & ignorantia qui propter
erubescētiā non audent be-
nefacere. Ipsi sunt sicut equi um-
bram timentes. Vera mala non
sunt præsentis uitæ, sed futuræ.
Præsentia enim mala sunt sicut
umbra futurorū. Vnde qui eru-
bescētiā præsentē timent, &
non futurā, ipsi timēt umbram,

non

non ueritatem. Trepidauerunt,
ait David, timore, ubi non erat
timor. Ipsi etiam sunt sicut par-
uuli qui terrentur latratu catu-
lorū, qui mordere non possunt.
Senec. Auctoritatem habemus
senum & uitia puerorum. Non
puerorum tantum, sed etiam in-
fantium. Illi leuia formidant, hi
falsa, nos utraque. Leuia formi-
dāt, qui uerba irrisorum formi-
dant. Falsa formidāt, qui repu-
tāt dedecus quod in ueritate est
honor. Mūdus iste est uelut ca-
tulus latrans irrisoribus contra
eos qui bene agūt: sed mordere
nescit, quia non eos percunt, &
cum satis latrauerit, tacebit. O
quā strenui milites sunt, qui
propter latratū relinquūt domū
suam: sed bene relinquerēt eā, si
uiderent milites armatos inse-
quētes se. Si aliquis de militibus
regis Frāciæ ipso petēte debitū
seruitiū ab eo, diceret se nō au-
dere ei seruire: quia homines
inde loquerētur: friuola & ridi-
culosa reputaretur eius excusa-
tio. Sic friuola est excusatio il-
lorū, qui ppter uerba hominū
dimittūt seruire Deo. Ipsi etiam
sunt timidi ut lepores. Vtinā ta-
mē essent leporibus in aliis si-
miles. Lepusculus plebs inuali-
da collocat in petra cubile suū,
ut legitur Prou. 30. Labia habet
in motu, aures lōgas, pedes ue-
loces. Timor enim addit alas
pedibus. Sic facere debet qui
debilē se nouit. In petra cubile
collocat, qui in petra Christo fi-

ducia habet. Labia habet in mo-
tu, qui sepe orat. Longas habet
aures, qui iuxta sunt sicut Iacob. 1.
uelox est ad audiendū, & tardus
ad loquēdū, ad respōdēdū scilicet
opprobriis quæ sibi dicūtur.
Pedes ueloces habet, quæ timor
Dei occupat. Quia qui timet
Deum, nihil negligit: ut legitur
Eccle. 7. Causa huius timoris est
duplex. ¶ Prima est amor placē-
di mūdo. Senec. Desines timere,
si desperare desieris. Cōtra tales
qui uolūt placere mūdo, dicitur
Iac. 4. Adulteri, nescitis quia ami-
citia huius mundi, inimica est
Deo. Quicumque ergo uoluerit
amicus huius seculi esse, inimi-
cus cōstituitur Dei. Psal. Confusi
sunt qui hominibus placēt, quo-
niā Deus spernit eos. Et Aposto-
ad Gal. 1. Si hominibus placē,
Christi seruus nō essem. ¶ Secū-
da causa pōt esse hæc, qd Deus
fortitan recesserit ab eis. Vix em̄
posset esse tāta timiditas in eo,
cū quo esset Deus. Psal. Si ambu-
la uero in medio umbræ mortis,
nō timebo mala, quoniā tu me-
cū es. Quod autē aliquis timidus
fiat, postquā Dominus recesserit
ab eo, patet ex eo, qd Cain
caput tremulū habuit, & adeo ti-
midus fuit, ut Domino diceret:
Omnis qui inuenerit me, occi-
det me. Gen. 4. Ad idē facit illud
Leuit. 26. Si spreueritis leges
meas, & iudicia mea cōtēpseri-
tis, ut nō faciatis ea quæ à me cō-
stituta sunt, & ad irritū pducatis
pactū meū, ego quoq; hæc faciā
uobis,

uobis, *Conuertis coram hostibus uestris, & subiciemini his qui oderunt uos. fugietis nemine persequete. Tanta timiditas est erubescantium, q̄ ex hoc, q̄ sunt coram hostibus suis corrunt. Non enim possunt sustinere aspectum irridētium. Imò sicut fluit cera à facie ignis, & nix à facie solis, sic corda erubescētium defluunt à facie irridētium. Ipsi etiam subditi sunt hostibus suis. Cùm enim irrisores sint hostes eorum, ipsi facere non audent, q̄ eis displiceat: q̄ tamen deberent libentius facere, quàm quod eis placeret. Erubescētes etiam fugiunt nemine persequente. Irrisor enim non persequitur, sed obsequitur. Ministrat enim materiã, unde corona æterna fabricetur. Irrisores enim sunt uelut aurũ & argentum, & lapides pretiosos, ex quibus fit corona paradisi. Pro uerbi. 33. Fugit impius nemine persequente. Mala pœnæ quidã succursus sunt à Deo missi cõtra mala culpæ. Mira fatuitas, q̄ homines fugiunt mala pœnæ, & sequuntur mala culpæ. Succursus à Deo missus timent & fugiunt, & mortẽ suam sequuntur, scilicet peccatum. Eccl. 21. Quasi à facie colubri fuge peccatũ. Et subditur: Dentis leonis dentes eius, interficiẽtes animus hominum. Itẽ de timore eorũ quos deseruit dominus, dicitur Leuit. 26. Terrebit eos sonitus folii uolãtis, & ita fugiet quasi gladium.*

Cadent nullo persequente, & corrunt singuli super fratres suos. Folium uolans est uerbũ irrisoris, q̄ terret homines erubescētes. Folium illud plus timet, quàm Dei gladium, qui paratus est interficere eos. Deute. 33. Si acuro ut fulgur gladiũ meũ, & arripuerit iudiciũ manus mea, reddam ultionẽ hostibus meis. Et Job 19. Fugite à facie gladii, quia ultor iniquitatis est gladius. Exo. 15. Euaginabo gladiũ meũ, & interficiet eos manus mea. Dicunt erubescētes, quid dicerent de me si hoc facerẽ? tamen non attendunt, quid fiet de eis si hoc non fecerint. Plus dicta hominũ timent, quàm facta Dei: & plus timet uerba hominũ, quàm gladium Dei euaginatũ. Dicit erubescens: Nõ possum pati ut hoc de me dicatur: nõ erubescit confiteri tantã ignauia de se, q̄ tam facile sibilis hominũ dericiatur, uerẽ de illis est, quibus dicit de Psal. Non sic impii, non sic, sed tanquã puluis quẽ proiicit, &c.

¶ De triplici fatuitate erubescētiũ bene agere.

SECVNDO potest ualere ad detestationem erubescētiæ malæ, si ostendatur quantã sit fatuitas eorum qui erubescunt bene agere: quæ fatuitas primo potest ostendi per hoc, quod ipsi permittunt se uinci ab irrisoribus, quos tam facile uincere possint, quia solum taciturnitate uinceretur irrisores. Esaiæ 30. In silentio & spe erit

fortitudo

fortitudo tua. Si enim qui irridetur, taceret, & animũ haberet ad mercedẽ quã expectat pro tolerantia irrisorũ cõfusi essent irrisores. Sidonius: Garrulo nõ respondere, cõuitũ est. Sicut enim garrulus uincitur à nõ respondẽte, atque cõtra ignẽ pugnãdum est aqua, cùm sit ei contraria: sic taciturnitate pugnãdũ est cõtra garrulitatẽ: Cogitare debet erubescēs, quando irridetur, quod plus potest audire duabus auribus, quàm irrisor loqui uno ore. Sapiens: Vnũ os à natura, & duas aures accepimus. Ac si diceret: Plus debemus audire, quàm loqui. Poeta: Quis labor est, in quã, quàm tacuisse minor? ¶ Secũdo, quia timet ab eis irrideri, qui irrisione sunt digni. Quãdo mali irrident bonos de bonis operibus quæ agunt, idem est ac si cæci irriderent uidentes de hoc quod ipsi uident, & claudii recte incedetes. Ideo ipsa irrisio irridenda est. Sene. Aequo animo audienda sunt imperitorũ cõiucia. Cõtendendus est ipse cõtēptus. Quis sanæ mētis nõ cõtēnat claudicatẽ, si uideat se irrideri ab ipso, eò quod recte incedat: Et quis talem nõ iudicet fatũ, si ideo claudicatũ uelit assimilari, quod ab eo deridetur? Deridendi sunt ergo derisores. Quidã senex in Vitis patũ ait: Aut fuge homines, aut irrideas mũdum, aut quæ in mũdo sunt. Stultũ te ipsum faciõ in pluribus. Si dicat aliquis

quod derisio malorũ praualebit, quia plures sunt: Respondeo, quia Deus & sancti sui iuuabunt bonos, irridendo malos. Psal. Qui habitat in cælis, irridebit eos. Et iterũ: Videbit iusti, & timebunt, & super eũ ridebunt, &c. Nõ est uituperium Solis q̄, nõ tua non appetriat uel aspiciat eũ: nec uituperiũ auri & argenti, quod iumẽta non appetriat ea. Iumẽta enim nesciunt æstimare nisi scẽnũ & similia. Et porci nisi furfur, & similia. Sic nõ est uituperiũ bonorũ, si à malis deridetur. Mali enim sunt uelut noctuæ. unde Boetius de eis dicit: Hi sunt similes aubus, quarum oculos nox illuminat, & lux cæcat. Nõ est curadũ de uituperio eorũ, qui dicunt malũ bonũ, & bonũ malũ. Esai. 5. Vẽ qui dicitis malũ bonum, & bonũ malũ &c. Ipsi etiã sunt sicut iumenta, qui uiros sanctos, qui sunt uelut aurũ & argenti, & lapides pretiosos, despiciunt. Vnde Prou. 14. Ambulãs recto itinere, & times Deũ, despiciuntur ab eo qui infami graditur uia. Et 29. Abominantur impiũ eos qui in recta uia sunt. Aristippus, cùm quidã ei diceret, Et homines te cõtēnũt, inquit, Et illos asini. Sed nec illi asinos, nec illos ego curo. Vituperiũ talium laus est, & laus uituperiũ. De primo dicit Sene. Malis displicere, laudari est. Nõ põt sententia ullã authoritatẽ habere, ubi qui dānatus est, dānat. De secundo etiã dicit Sene. Tã turpe sit tibi laudari

dari à turpibus, quàm si lauderis ob turpia. ¶ Tercio potest ostēdi fatuitas erubescētū per hoc, quod ipsi erubescūt de hoc, unde gloriari deberent, dū erubescūt bene agere, eō quod cōsueverunt male agere, uel quia uidēt alios male agere. Hoc enim ualde gloriosum est, quū aliq̄ bene agit inter male agētes: uel uitare illum, qui male agere cōsueuit. Tales sunt similes illi qui erubesceret de hoc q̄ de naufragio euasisset, uel de hoc q̄ nō fecisset sicut facere solitus esset, uel de hoc q̄ sanus esset aliis existētibz leprosis, uel mundus aliis inquinatis. Tales derisōes nō solū nō sunt timēdæ, sed etiā appetēdæ. Sen. Nondū felix es, si nō dū turba deridet te. Et Dominus Matt. 5. Beati eritis cū maledixerint uobis homines, & persecuti fuerint, & dixerint omne malū aduersum uos mētientes, propter me. Quādo quis uituperatur uel laudatur, primo debet attēdere quis est qui eū laudat uel uituperat, & tūc placeat ei laus, uel displiceat uituperiū. Sen. Non quā multus, sed quibus placeas cogitato.

¶ *Quōd erubescētes de bono, se male habeant ad Deum.*

TERTIO ualere potest ad detestationem erubescētīæ, si ostēdatur quā male & iniquē se habeant erubescētes ad Deū, & ad ea quę Dei sunt. ¶ Ad Deū male se habent tripliciter, & in quātū Dominus est, & in quātū

Pater est, & in quātum sponsus animæ est. ¶ In quātum Dominus est, dum ipse erubescit Dominum confiteri: diabolus autem non erubescit confiteri dominū, seruitiū diaboli manifeste faciēdo. Nulla enim certior Domini confessio, quā seruitiū redditio. Si autem Deū dominum habet, non tamē ut primum uel maiorem, sed ut secundum. Solum enim seruitiū uult ei reddere in quo mundus prebet assensum, non attendens q̄ Deus rex est, & regaliter & libere uult dominari. Erubescētes ad eō negauerunt Christū, quōd nec etiam leui signo uolunt uideri eius discipuli. Erubescētes, signa diaboli libere portāt, uexillum uerō Christi non uolunt portare nisi occultē, non attendentes illud Ierem. 4. Leuate uexillum in Sion, & confortamini, & eiusdem 6. Leuate uexillum, &c. ¶ In quātum Pater se male habet erubescēs ad Deum, dum eū negat. Vix aliquis negat patrem suum, licet pauperē. Quātam ergo contumeliam facit iusto patri qui eum negat? Merito ipse negabitur ab eo, unde Mat. 10. Qui autē me negauerit corā hominibus, & negabo eum, &c. Ita accidit fatuo erubescēti, sicut accidit cuidam scholari, qui cum esset indutus pretiosis uestibus, & à sociis suis honoratus, cum uisitasset eū pater suus in humili habitu, timens ne socii contemnerent eum, si scirent

cum

eum habere talem patrē, rogauit patrem ut nullo modo se indicaret eis: & simulās ipsum esse unum de seruentibus patris sui, fecit eum comedere cū garthiōe domus. Quod pater patēter sustinuit. Sed cum finito pradio scholaris duxisset eū in cameram suam secretō, & quæsisset ab eo quid ei attulisset, ostēdit ei pater denarios quos attulerat, asserens, quōd nec ullum de illis haberet. Tu negasti me fili, ait pater, & ego nego te: de cætero non comedes uel bibes de eo quod tibi mittam. ¶ Erubescētes etiam male se habent ad Deum, in quātum Deus sponsus est anime, dū de tanto sponso erubescit. O anima, nō est ita ignobilis iste spōsus, ut de eius ignobilitate erubescas. De nobilitate eius legitur Proverbio. ult. Nobilis in portis uix eius, quādo sederit cum senatoribus terre. Non est etiā ita deformis, quōd anima eius deformitate debeat erubescere. P. sal. Speciosa forma prae filiis hominū, & candor est lucis æternæ: ut legitur Sapient. 7. Splendor gloriæ, & ad Hebr. 1. Legitimus etiā spōsus est, non adulter, ut de eo debeat anima erubescere. Sed mira infania, legitimum spōsum cōfiteri dedecus creditur, adulteri uerō mundū scilicet: absque uerecūdia cōfiteri, scilicet quādo dicit quōd ideo se ornāt ut mūdo placeant, unde Ierem. 3. Sed quomodo si contemnat mulier

amatorē suū, sic cōtēpsit me dominus Israel, dicit Dominus. Hūc spōsum nō erubescēbat illa quę dicebat: Ipse sum desponsatus cui angeli seruiūt, cuius pulchritudinē sol & luna mirātur. O anima, sponsus iste te singulari pugna acquisiuit. Ipse est quē nec mors ab amore tuo separauit. ¶ Male etiā se habet erubescēs ad opera bona, dū ea cōtēnit, & ea facere erubescit. Iniquum est ualde bona opera inhonore, à quibus homo sic honorat. Eccl. 13. Omne opus electū iustificabitur: & q̄ operatur illud, honorabit in illo: quā gloria huius mundi deficiet, tūc gloria dabitur pro bonis operibus. De defectu præsens gloriæ dicit Psal. Quis cū interierit, nō sumet oīa: nec descēdet cū eo gloria domus eius. ¶ *Quōd bona opera tripliciter glorificant hominem.*

BONA opera tripliciter glorificant hominē. ¶ Primo, faciēdo ei societatem in morte, quādo relinquitur ab amicis carnalibus, unde in Apocal. 14. Opera enim illorum sequūtur illos. ¶ Secundo ministrādo materiā coronæ æternę. Bern. Si pœnitētia nostra crudeli miseratiōe minuitur, paulatim gemis corona nostra priuatur. ¶ Tertio uerō ad modū uestimenti hominum decorando. Psal. Attitit regina à dextris tuis in uestitu deaurato circumdata uarietate. Vestis deaurata sunt bona opera ex charitate facta. Hæc tria sunt quæ solent

solēt hominē facere gloriosum, Honorabilis societas, decor ue-
stium, & nobilitas. Hæc tria, ut
ostensum est, uir iustus ex bonis
operibus cōsequetur. Ad hūc sta-
tū peruenit Christiana religio,
quod hodie inter Christianos
Christianē uiuere opprobrium
est: & facilius posset Christia-
nus uiuere inter aliquos paga-
nos, quā inter multos Chri-
stianos. Mira insānia. Ipsi paga-
ni fidē Christianam honorabilē
reputāt: ipsi uerō Christiani uirā
Christianā, à qua fides habet ua-
lorē suū, opprobrio habēt. Bern.
Quid diuidis opus à fide? Ini-
quus diuidis, fidem tuam peri-
mēs. Nam si fides sine operibus
mortua est, munus mortuum of-
fers Deo. Idem: Quid fides quæ
non operatur ex dilectiōe, nisi
cadauer exanime? Bene hono-
ras Deum munere foetido? bene
plācas Deum fidei tuæ interfe-
ctor? Iac. 2. Sicut corpus sine spi-
ritu mortuū est, &c. Veritas Chri-
stianæ religionis adeo oditur à
multis, etiam qui dicūt se Chri-
stianos, ut scilicet signa eius ui-
dere nō possint: quā tamē ue-
ritatem deberent amare super
omnē thesaurū terrenū: imō etiā
adoranda esset eis ueritas ista,
quantumcunque fatuis cōtem-
ptibilis esset: unde frater Guido
Carthusiēsis: Sine aspectu & de-
core cruci affixa adoranda est
ueritas. In signū huius osculatur
fideles & adorāt crucē: multi ta-
men adorātes crucem exterius,

crucem spiritualē interius per
contemptum conculant, & in
eam expuūt, & magnum odium
uidentur habere ad ueritatem
Christianæ religiōis, qui etiam
signis ei bellum indixerunt.

¶ De quatuor remedijs contra ma-
lam erubescētiā.

POSITIS his quæ possunt
ualere ad detestationē erube-
scentiæ malæ, consequenter tā-
gemus aliquid de remedijs qui-
bus possumus uti contra erube-
scentiam malam. ¶ Et sunt qua-
tuor meditatiōes ualētes cōtra
erubescētiā malā. ¶ Prima me-
ditatio est erubescētiæ, siue op-
probrii, quod Christus pro nobis
sustinuit: quod opprobrium
prædixerat Ieremias Thren. 3.
Dabit percutiētī se maxillā, sa-
crabitur opprobriis. Si quis bene
attēderet opprobriū illud, quod
filius Dei pro eo sustinuit, quā-
do positus fuit in cruce, paruam
reputaret uerecūdiam, quā pro
Christo sustineret. Solennitas
enim paschæ erat tunc, propter
quam de diuersis partibus mil-
di ludæi cōuenerāt in Ierusalē,
qui uiderūt eū pēdētē in cruce,
Bernard. Grata ignominia cru-
cis, sed ei qui Crucifixo ingra-
tus nō est, Et ad Hebræos 12. Per
patiētiam curramus ad propo-
situm nobis certamen, aspicien-
tes in authorem fidei & cōsum-
matorem Iesum, qui proposito
sibi gaudio sustinuit crucē, con-
fusione cōtempta, atque in dex-
tra sedis Dei sedet. ¶ Secunda
medi-

meditatio est erubescētiæ seu
opprobrii quod sancti sustinue-
runt. Vnde ad Hebræos 11. Fide
Moyſes grandis factus, negauit
se esse filium filix Pharaonis, ma-
gis eligens affligi cum populo
Dei, quam tēporalis peccati ha-
bere iocunditatem, maiores di-
uitias æstimans thesauro Aegy-
ptiorum improprium Christi.
Et Actū 5. Et illi quidem ibant
gaudentes à conspectu concilii,
quoniam digni habiti sunt pro
nomine Iesu contumeliā pati.
¶ Tertia meditatio est illius eru-
bescētiæ, quam patientur in fu-
turo illi, qui hic fugiunt eam.
Prouerborum 10. Quod timet
impius, ueniet super eum. Et Iob
sexto: Qui timet pruinā, irruet
super eum nix. Gregorius dicit
de illis qui uolūt repugnare uo-
luntati Dei: Hinc Dei uolunta-
tem peragunt, unde eum irrita-
re cōtendunt, & consilio Dei re-
sistentes obsequuntur: quia hoc
dispositioni eius militat, quod
per humanum studium relucta-
tur: qui uerecūdiam, uel egesta-
tem, uel aliam tribulationem à
Deo missam nolūt recipere mo-
do, habebūt in futuro eam lon-
ge maiorem. Tunc ueniet quasi
uiator egestas, & pauperies qua-
si uir armatus. Prouerborum 6.
Tunc nō poterit homo effuge-
re, nec ei resistere. De uerecun-
diā quam mali in futuro patien-
tur, legitur Ierem. 20. Confun-
dentur uehementer, qui non in-
tellexerunt opprobrium sempi-

ternum, quod nunquā delebī-
tur. & uicesimo tertio: Dabo uox
in opprobrium sempiternum, &
in ignominiam æternam, quæ
nunquā obliuione delebitur.
¶ Quarta est meditatio illius ue-
recundiæ, de qua Lucæ 9. dicit
dominus, Qui me erubuerit, &
sermōnes meos, hunc filius ho-
minis erubescet cum uenerit in
maiestate sua, & Patris, & sancto-
rum angelorum. Tunc illi qui
contemnunt modo alios, con-
temnentur à Deo, ut mors co-
rū non reputetur sicut nec mors
uniūs canis. Ipse enim Deus ri-
debit de morte eorum. Prouer-
biorum primo: Ego quoque in
interitu nestro ridebo.

De malitia irrisorū quā nocina sit
ecclesiæ Dei. CAP. XVII.

Vltimo loco in tractatu de
erubescētia, tangendum
est aliquid de malitia irrisorum
quæ multum nocina est ecclesiæ
Dei, etiā plusquā hæresis. Cuius
ratio hæc est: quia diabolus per
irrisores filios Dei suffocat, dum
paruuli sunt. Hæc enim est una
de astutijs diaboli suffocare bo-
num inceptū in germine. Vnde
per serpentē religionē inchoa-
tā in paradiso suffocauit. Et per
Pharaonem populum Israēliti-
cū destruiere uoluit submersiōe
paruulorum: ut legitur Exodi 2.
Et per Herodem Christum paru-
ulum occidere uoluit: & ut eum
occideret, paruulos innocentes
occidit. Matt. 2. Vnde malitia ir-
risorum malitia Herodiana est,
CC quæ

quæ filios Dei paruulos occidit. Bernard. Malitia Herodiana est, nascetem persequi religionem. Imò maior quam Herodiana uidetur esse malitia irrisorū, quo ad hoc, quòd Herodes occidit paruulos iam natos: irrisores uerò occidunt filios matris propriæ, id est, ecclesiæ, in utero adhuc existentes. Non enim expectant quòd ecclesia pariat eos in sacramento penitentia, imò quam citò apparent in eis signa bonæ uoluntatis, ipsi suffocant eos, uerecundiam eis faciendo. ¶ Irrisores peiores sunt, quam draco. De quo dracone legitur. Apocal. 12. quòd stetit ante mulierem quæ erat paritura, ut cum peperisset, filium eius deuoreret. Ipsi autem partū matris ecclesiæ non expectāt, sicut dictum est. ¶ Derisores sunt uulpeculæ uineæ Domini demolientes. Ad modum enim uulpecularū fraudulenti sunt & dolosi. Cant. 2. Capite nobis uulpes paruulas, quæ demoluntur uineas. ¶ Irrisores sunt, ut bufones uenenati, qui pati nequeunt odorē uineæ domini florentis. Ipsi uidentur esse focii dæmonum, & in lucro & in damno. Si diabolus aliquē amittit, dolet tanquam de proprio damno. Si autē diabolus lucratur aliquem, sicut fit cum aliquis uadit ad prostibulum uel ad tabernam, gaudent tanquam de proprio lucro. ¶ Irrisores sunt aduersarii Saluatoris: quia qui summē Saluatori placēt, ipsi odio

habent: scilicet salutem animarum. Grego. Nullum sacrificium ita placet Deo, sicut zelus animarū. Ergo sic Deo nihil displicet, sicut impedire salutem animarum. Beatum Petrum uocauit dominus satanam, quia salutem animarum uolebat impedire: habetur Matth. 16. Vade, inquit, post me satana. Iudicio ergo Dei irrisor satanas fit, quado irrisoribus suis impedit salutem animarum. Maius damnum uidetur facere irrisor Deo, quando auferet ei unam animā, quam si auferret ei mille corpora: cum una anima præualeat mille corporibus hominum. Item cum Deus, & tota curia cælestis gaudeat de cōuersione unius peccatoris, irrisores domino suo diabolo se conformātes de illa tristatur. Ipsi uidentur esse Christiani, & potius sunt antichristi, id est, Christo contrarii & inimici. 1. Ioan. 2. Nūc antichristi multi facti sunt. Et subditur: Hic est antichristus qui negat Patrē & Filiū. ¶ Irrisores apostatæ sunt, uexillū Christi habētes odio. Nunquid apostata iudicaretur, qui nō permitteret crucem esse in templo materiali: quāto magis apostata iudicandus est, qui nō permittit crucem penitentia esse in templo spirituali? ¶ Irrisores facti sunt proditores, eodem ore Christū persequentes, quo ad mensam eius comedunt. Ipsi sunt nocturne lucem odientes. Et cum clauderent, & cæci sunt, irrident tamen

redd

reddē incidentes & uidētes. Sunt etiā lupi agnos Dei, & oues clamoribus exterrentes. ¶ Item ipsi sunt impij in Deum, & matrē ecclesiam, in proximū & in seipfos. In Deū, dum filios eius occidūt: in matrem ecclesiam tam militantem, quam triumphantē, dum defraudāt eam gaudio quod habere debuit de cōuersione peccatorum. Nōne impius esset in matrem suam, qui postquam peperisset filium cum magno cruciatu, quando deberet consolari in filio suo nato, occideret ei illum? Sic facit irrisor matri ecclesie. Ioan. 16. Mulier cum parit, tristitiam habet, quia uenit hora eius: cum autem peperit puerū, iam non meminit pressuræ propter gaudium, quia natus est homo in mundo. ¶ Item impij sunt irrisores in Deum, quia rursus crucifigunt filium Dei, ad Hebr. sexto. Et in Psal. Super dolorem uulnerum eius addiderunt, dum animas, pro quibus mortem sustinuit, ei auferunt. ¶ Irrisores etiam sunt impij in proximum, dum uulnus spirituale ipsius iam per penitentiam sanātū iterum concidunt. Iob 16. Concidit me uulnere super uulnus. ¶ Derisores fratres suos à diaboli carcere liberatos iterum capi faciūt. Nō reputaretur Christianus ille qui Christianos liberatos à carceribus paganorum iterum capi faceret: quid ergo dicendum est de his qui liberatos à carcere diaboli iterum capi faciūt? Hi

retrogradē diaboli uidētur esse. Maiorem compassionem haberent derisores de cane uno, uel de asino suo, quam de fratribus suis. Si enim canis portaretur à lupo, liberarent eum, si possent. Et si asinus alicuius cecidisset in lutum, ipsi inuarent ad leuādum eū: fratres uerò suos impediunt, ne à lupis infernalibus liberentur, uel ne à luto peccati subleuentur. Fratres suos à naufragio liberatos iterū submergi faciūt. Impii etiam sunt in seipfos: quia cum in mari huius mundi naufragentur, tamen penitentiam, quæ secundum Hieronymum, est secunda tabula post naufragium, sine qua euadere nequeūt, odio habēt. Ex quo aliquis est in mortali peccato, si omnes angeli, & sancti rogarent pro eo, nō posset saluari nisi penitentia pro eo intercedat. Vnde mirabiliter esset penitentia amāda peccatoribus, tanquam singulare remedium ipsorum. Irrisores ad paradisum transire uolunt: tamen pontem, per quem solum transire possunt, scilicet penitentiam, odiunt. Ipsi propitiacione indigent, cum rei sint æternæ damnationis: tamen propitiatorium odiunt, scilicet penitentiam, per quam solum Deum possint habere propitium. De propitiatorio legitur Exodi 25.

De superbia ornatus lectorum.

C A P. X V I I I.

Post superbiā ornatus humani, dicendum est de superbia

ornatu lectorū. Notandum ergo quod tria possunt esse reprehensibilia in lectis: scilicet nimia mollities, nimia pretiositas, & magnitudo. Aliqui enim tam magnos lectos faciūt, quod diabolus bene possit quiescere ibi cū eis. In paruo lecto pauperis, non inuenit diabolus, ubi quiescat. Esa. 28. Coangustatū est stratum, ita ut alter decidat, & pallium breue utrunque operire nō potest. Et Matr. 12. Cum immundus spiritus exierit ab homine, ambulat per loca arida querēs requiem, & non inuenit. Loca arida sunt, pauper lectus, & pauper domus pauperis, ubi diabolus non inuenit requiem.

¶ *De sex quæ debent cohibere homines ab ornatu lectorum.*

S E X uerō sunt quæ possent & deberent cohibere homines à lectis superbis. ¶ Primum est, maledictio quæ fit eis. Amos 6. Væ uobis qui dormitis in lectis eburneis, & lasciuitis in stratis uestris. Pauper intrans lectum suum, benedictione præmissa, facit signū crucis super lectum suum: superbus intrat lectū suum superbum, maledictione Dei præmissa. ¶ Secundū est consideratio lecti Domini, scilicet crucis. De quo lecto August. Lectum suum dimisit Christus discipulis suis. Quicumque uult cum illo quiescere in celo, cum illo in isto iaceat lecto. Moriatur in cruce, si uult Crucifixum placatū uidere. Crucem autem Christi intelligo to-

tam uitā eius cruciatū plenam. Superbus minister est, cui non sufficit lectus domini sui. Bern. Circuire possum cælum, terram, mare, & omnia quæ in eis sunt, & non inuenio te nisi in cruce. O bone Iesu, ibi iaces, ibi dormis in meridie. Idem: Omnem reuolue uitā Saluatoris, ab utero uirginis usque ad patibulum crucis, non inuenies in eo nisi stigmata paupertatis. ¶ Tertium est, timor lecti infernalis. De quo lecto Esaia. 14. Detradata est ad inferos superbia tua, cōcidit cadauer tuum: subter te sternerunt tinea, & operimentum tuū erunt uermes. Interlin. Cui prius pallia auro gemmisque distincta. Satis moleste sustinebunt superbi, qui nunc nullo modo iacerent in lecto, in quo alius iacuisse: qui nunc pati non possunt, quod in lecto eorum esset pulex, quando in lectis eorum erunt tinea sub eis, & uermes super eos. Ad augmentum uerō molestiæ erit, quod nunquam consueti fuerūt talibus. Ad augmentum etiā penæ erit, quod lecti illi nunquam mutabūtur. Non est ita pulcher lectus in mundo in quo aliquis non grauaretur iacere per octo dies continuē: quā graue erit iacere in tam horribili lecto homini delicato pluribus annis, quæ sint aquæ gutta in mari. ¶ Quartum est, amor lecti interioris. Amore enim illius lecti deberet negligere lectū exteriorē. In lecto conscientiæ quiesceret ipsi

de

de nocte & de die, & etiā Deus cum illis, si diligentia debitā haberent circa illum. Ideo laudandus est per singulas noctes, exēplo Dauid, sicut uiri delicati uolunt habere candida lintheamina quasi singulis noctibus. De lecto isto legitur Cant. 1. Lectus noster floridus. Ecōtrario lectus aliquorū per negligentia eorum non floridus est, sed fordidus: & ubi quiescere debuerunt cum Deo, ibi inquinantur & cruciantur cum diabolo. ¶ Quintū est, consideratio lecti in quo corpus ponetur in morte: scilicet consideratio sepulchri in quo à uermibus corrodetur. Eccl. 10. Cum moritur homo, hæreditabit serpentes, bestias, & uermes. Incongruū est cadauer poni in tam superbo lecto, quod ponēdū est in tam uili sepulchro. ¶ Sextum est, consideratio illius lecti in quo nobilior pars hominis iacet, scilicet cor: uelut nolit superbus, cor illius iacet super lectū immunditia plenū, scilicet stomachum.

De superbia quæ apparet in equitaturis.

C A P. X I X.

Equitur de superbia quæ apparet in equitaturis. Quæ quadrupliciter apparet. ¶ Primo, in multiplicatione equorū, quæ prohibita est etiā regi. Deuotero. 17. Cum fuerit rex cōstitutus, nō multiplicabit sibi equos, nec reducet populum in Aegyptū equitatus numero subleuatus. ¶ Secūdo, in non necessario usu equorum. Sicut accidit illis,

qui per modicam leucam nolūt ire nisi equitent, qui pro nihilo nidētur pedes habere, cum non ambulent ex illis. Dauid: *Pedes habēt & non ambulabūt. Importetiores uidentur esse tales homines paralyticis, cū ire nō possūt nisi habēt multos equos.* ¶ Tertio, in nimia exquisitioe eorum, sicut accidit illis qui equos uolunt habere impingatos ad pascēdū oculos hominū. ¶ Quarto, in superbo ornatu equorum: sicut accidit illis qui Christū dimittūt in pauperibus nudū & famelicum, & equos suos phaleris deauratis, & deargētatis ornant.

¶ *De his quæ debent homines cohibere à tali superbia.*

M V L T A sunt quæ possent & debēt homines cohibere à superbia ista. ¶ Primum est multiplex cōminatio, quam facit sacra scriptura equitauribus. Vnde Zachar. 10. Confundantur ascensores equorū. & 12. eiusdem: In die illa, dicit dominus, percutiam omnem equū in stupore, & ascensorem eius in amentia. In stupore, dicit Gl. ita ut qui uiderint percussos stupeāt, & ascensores eorum pressi magnitudine periculi uertantur in dementia. Et Esa. 31. Væ qui descendunt in Aegyptum in equis sperantes. ¶ Secundū est exemplum Christi, qui non legitur equitasse, sed semel tantum asinasse, & tunc ibat ad mortē suam, in signū quod multū equitāto tendunt ad mortem aternā. Multū deberet mouere

homines exemplum istud Zachar. 9. Ecce rex tuus ueniet tibi iustus & Saluator: ipse pauper & ascendens super asinam & super pullum filii asinae. Et disperdam quadrigam Ephraim, & equum de Ierusalem. Dispergere deberet exemplum istud de ecclesia Dei equum. Mirum est, quod non erubeat seruus ire equester, ex quo dominus uadit pedes. Bern. Intolerabilis impudētia est, ut ipse sese exinaniam maestas, infletur uermiculus, & tumescat. ¶ Tertium, exempla sanctorum. Indecens enim est ex quo filii Dei, scilicet niri iusti pedes incedunt, seruus diaboli equites incedere. Hanc peruersitatem dicit Salomon se uidisse, Eccle. 10. Vidi seruos in equis, & principes quasi seruos ambulantes super terram. ¶ Quartum, est hoc, quod cum equitaturae habeantur a superbis ad gloriam, tamen diligenter aspicienti potius cedunt ad ignominiam, unde frater Guido Carthusiensis: Quomodo non gloriatur de fortunacine, qui gloriatur de infirmitate? Equus qui te fert, infirmitas tua est, fortitudo esset si eum ferres. ¶ Quintum, est hoc, quod superbia ista apostasia est infidelibus. Abrenuntiauerunt enim populi diaboli in baptismo, unde pompaticè incedere, apostasia est ipsis. Amos 5. Vae uobis qui opulenti estis in Sion, & confiditis in mote Samariae: optumates capita populorum, ingredienti-tes pompaticè domum Israel.

¶ Sextum est hoc, quod superbia ista multum constat, & parum habet utilitatis, quantum constat haec superbia, multi apertius legitur libro experientiae, quam in libris scripturae: multi enim depauperati sunt hac de causa, & merito depauperantur: quia carè emunt equos, & uoluntariè equi comedunt super eos. Hic est enim unus de uelocioribus modis depauperandi aliquem, quando equi comedunt super eum: nec solum superborum equi comedunt super eos, imò etiam comedunt eos, quando illi equi comedunt de rapina. Comedunt enim super animas pauperum. Vnde hoc modo loquendi, quo aliquis dicitur comedere pallium suum, quando comedit illud pro quo pallium suum impignoratum est, possumus dicere, quod superborum raptorum equi comedunt eos. Non multum etiam utiles sunt huiusmodi equi, cum facilius sine equo perueniatur ad caelestem patriam, quam in equo. Facilius enim fugit aliquis, & effugit manus hostium infernaliū sine equo, quam cum equo. Vnde Elia 30. dicunt mali: Super equos ascendemus. Et subditur: Ideo uelociores erunt qui persequuntur uos. Nec solum parum utiles sunt equi superbis, imò etiam ualde nocui sunt eis: cum enim illi sint alligati uinculo uani amoris, ipsi trahunt eos ad patibulum infernale. Merito in inferno punietur, qui propriis expensis equos parat à quibus illic trahitur. ¶ Septimum

est, amor pauperum. Timendum est ne Deus multum offendatur, quoniam subtrahitur ori suo in pauperibus, unde equi impinguantur.

De superbia quae apparet in familia. C A P. XX.

Notandum quod tria possunt esse reprehensibilia in familia alicuius potentis. ¶ Primum est, multitudo, unde Eccle. 7. Vbi multae sunt opes, multi & qui comedunt eas, & quid prodest possessori, nisi quod cernit diuitias oculis suis? ¶ Secundum est, unita inhonestas, unde Bernardus: Nec te dixeris sanum dolentem latera: hoc est, ne te dixeris bonum malis inintendem. Non tuta est bonitas tua obsessa malis, non magis quam sanitas uici non serpenti. & David in Psalm. Oculi mei ad fideles terrae, ut se deant mecum: ambulans in uia immaculata, hic mihi ministrabat. Non habitabit in medio domus meae qui facit superbiā, &c. ¶ Tertium est, inutilitas. Fatuum enim est habere familiam sibi inutilem. Prouerborum 14. Iracundiam regis seruus inutilis sustinebit. Matth. 25. Seruum inutilem proicite in tenebras exteriores, & sicut diximus prius, Christianos qui popatici sunt, quantum ad multitudinem equorum, apostatas esse & transgressores baptismatis, quo promiserunt abrenuntiare pompis diaboli: sic possumus dicere de illis qui popatici sunt, quantum ad magnam familiam,

qui gaudent de multitudine familiae sequentis eos. Tota fatuitate laborant quasi laborat ille qui deferens mel, gauderet eo quod multa muscae sequerentur eum. Senec. Multi aliquem comitantur, mel muscae sequuntur, cadauera lupi, frumenta formicae, praedam sequitur turba ista, non hominem. Quandoque familia quam credit superbus esse suam, potius est familia diaboli, custodiens eam diabolo, uendit etiam eam diabolo, dum procurat, quod ipsa corrumpatur in iudicio uel alio modo: quandoque etiam uiuum sepelit eum, dum ei adulatur. Vnde Greg. loquens de illo uerbo Matt. 8. Sinite mortuos sepelire mortuos suos, dicit: Mortuus mortuum sepelit, cum peccator peccatorem agere adulationis premit. Familia etiam superbi eum comedit, dum temporalia quae illi unita sunt per amorem consumit, unde Augu. Nihil amatorem temporalium fecerunt ea membra sua. Vnde usualiter solent dicere auari cum bona eorum comeduntur, se comedi.

De superbia conuiuiorum. C A P. XXXI.

Superbia conuiuiorum apparet, ¶ Primo in hoc, quod magni & diuites inuitantur qui non indigent, & pauperes relinquuntur: contra illud Luc. 14. Cum facis conuiuium, uoca pauperes, debiles, claudos, caecos, & beatus eris, quia non habent unde retribuunt tibi: retribuetur enim tibi in retributione iustorum. ¶ Secundo in hoc, quod sunt multi mini

ftri ibi in superbo apparatu. Qui autem gaudet de multitudine superborū ministrorum, adhuc ueniet hora quod uellent habere unum ministrū leprosum, nec poterunt habere, unde Luc. 16. dicit diues qui erat in inferno: Pater Abraham, miserere mei, & mitte Lazarum &c. Lazarus plenus fuit hūlceribus, & tamen diues eius ministerium desiderabat, pro superbis ministris quos habuerat hic. Non gaudebat Dauid de talibus ministris, cum diceret: Non habitabit in medio domus meæ, qui facit superbiā. ¶ Tertio, apparet superbia in uarietate ferculorum, & deauratio ne, & splendore eorundem ad uanam gloriam. Senec. Non magno constat nobis fames, sed ambitio. Idem: iam non sunt homines dentibus, & ore, & uentre ad pompā contenti: oculis quoque gulosi sunt. ¶ Quarto, apparet superbia in uasis aureis & argenteis. Mira fatuitas, quod homines uolunt habere uasa aurea, & argentea ad replendum uentrem, qui est uas immunditiæ, cū ad replendum uasa uinaria, quæ munda sunt, sufficiant medio-cria seu uasa lignea. ¶ Quinto, apparet superbia in multitudine musicorum instrumentorū. Job 21. Tenent tympanum, & citharam, & gaudent ad sonitum organi. Ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt. Esaia 5. Cithara, & lyra & tympanum, & tibia, & nimum in

conuiuuiis uestris: & opus Domini non respicitis, scilicet iustitiam quam faciet in die iudicii.

De superbia adificiorum.

C A P. XXI.

NOtandum quod circa adificia sex possunt esse reprehensibilia. ¶ Primum est multum ad domum. Item reprehensibilia sunt in adificiis magnitudo, sumptuositas, & delectabilitas. Delectabilitas uero attenditur circa colores picturarum, & quantum ad caliditatem in hyeme, & frigiditatem in æstate. Ierem. 22. Væ qui dicit, Adificabo mihi domū latam, & cœnacula spatiosa, ecce magnitudo. Qui aperit sibi fenestras, ecce delectabilitas. Et facit laquearia cœdrina, ecce sumptuositas. Pingitque sinopide. Interlin. id est, Christi sanguine. Item reprehensibile est in adificiis, quando de rebus iniuste acquisitis sunt. Ierem. 22. Væ qui adificat domum suam in iniustitia. Item reprehensibile est in adificiis intentio mala: quando scilicet sunt ad uanitatem, non ad necessitatem. Senec. Domus munimentum sit aduersus infesta corpori hanc utrum sepes erexerit, an uarius lapis gentis alienæ, nihil interest. Scitote homines tam bene culmo, quam auro regi. ¶ Cōtemnite cætera quæ superuacuis labor uel ut ornamento ac decus ponit: memento nihil præter animū esse mirabile.

cui magno nihil est magnum.

¶ De his quæ deberent cohibere homines à superbia adificiorum.

IT E M notandum quod sex sunt quæ debent homines cohibere ab amore superborū adificiorum. ¶ Primum est hoc, quod illi qui amant ea, maledicti sunt, ut patet ex illo uerbo Esa. 5. Væ qui coniungitis, &c. & ex illo uerbo Iere. 22. Væ qui dicit, Adificabo mihi domum latam. Multum esset maledictio Dei timenda in scriptura sacra, cum tantum timeatur maledictio facta ab aliquo sancto uiro, & cū dominus dicturus sit maledictus, Ite maledicti in ignem æternū. Matt. 25. Secundum est hoc, quod adificia superba Deo sunt exosa. Vnde Amos 6. Iurauit dominus Deus in anima sua, dicit dominus Deus exercituum: Detestor ego superbiā Iacob, & domos eius odi. Magna peruersitas est, quod homo superba adificia amet, quæ Deus odit. ¶ Tertium uero sunt exēpla, & præcipue exemplū Christi, qui in natiuitate sua pro domo habuit diuersorū. In morte pro domo habuit sepulchrū. In uita sua non habuit ubi caput reclinaret. Mat. 8. Vulpes foueas habent, & uolucres cæli in adificiis nidos: filius autem hominis non habet ubi caput suum reclinet. Ber. Intolerabilis impudentiæ est, ut ubi sese exinanuit maiestas, infletur ueruculus, & tumescat. Ad idem ualere possunt exēpla sanctorum, qui in casulis habitauerunt. Vn-

de ad Hebr. 11. Fide Abraham demoratus est in terra repromissionis tanquam in aliena, in casulis habitando cum Isaac & Iacob cohæredibus repromissionis eiusdem. Expectabat enim fundamēta habentem ciuitatem, cuius artifex & cōditor est Deus. Item Paulus primus eremita uisitatus est à beato Antonio, qui quæsiuit ab eo, an adhuc Christiana religio ritus gentium in adificiis sumptuosis imitaretur: & audito quod sic, ipse flets, deplanxit hanc superfluitatem, conquectus homines tantæ uanitati deditos: cum Christianorum deberet esse cohortatio, dicentium: Non habemus hic permanentem ciuitatem, sed futuram inquirimus. Quidam etiam antiquorum habitabāt in cauernis petrarum, alii in concauitibus arborum. Legitur etiam de quodam eremita, qui habebat hospitium ad modū sui sepulchri. Cum imperator eū interrogasset, cur hospitium suum commensurasset corpori suo: Respondit, Sufficit hoc homini morituro: sic præueni sepulchrum. & addidit idem: Melius prosiluit de tugurio in cælum, quam de palatio. ¶ Quartum est, quia superba adificia sæpe fiunt de iniuriis pauperum. Ibi enim ponunt quæ deberēt dari pauperibus. Hier. loquens de Paulo: Nolebat, inquit, in his lapidibus pecuniam effundere, qui cū terra & seculo transitori sunt: sed in uiuis lapidibus,

qui uoluntur super terrā, ex quibus magni regis ciuitas extruitur. ¶ Quintum est, quia saepe ex rapinis & aliis iniuste acquisitis fiunt, unde lapides & huiusmodi quæ sunt, accusabunt dominum domus apud Deum. Habacuc 2. Lapis de pariete clamabit: lapis qui inter iuncturas ædificiorum est, respondebit.

¶ De fatuitate illius qui superba ædificia construit.

SEXTVM est, fatuitas quæ est in extruendis huiusmodi ædificiis: quod patet primo, quod cū uita hominis breuior nūc sit, quàm antiquorum, ipsi tamē magis sumptuosas domos uolūt habere, quàm antiqui habuerint. Ipsi secunduū Hier. sic ædificant, quasi semper uicturi sint: sic autem comedūt & bibūt, quasi cras morituri, dicētes: comedamus & bibamus, cras enim moriemur. Secūdo ex hoc. quod pulchrum stabulū, scilicet habitaculum corporis, uolunt habere: de domo uerō cōstīctiæ, in qua Deus debet habitare, nō curant. Ipsi pulchras domos ædificāt in uia, cū potius deberent ædificare in patria. Ipsi domos ædificant, quas sciunt ex necessitate ruituras. Mat. 23. dicit Dominus de ædificationibus tēplī: Amen dico uobis, non relinquetur lapis super lapidē, q̄ nō destruat. Et inter signa 15. dierum quæ præcedent diē iudicii enumerat Hier. istud, quod omnia ædificia ruēt. Amos 3. Percutiā domū hyemalē cū do-

mo estina: & peribūt eburneæ domus. & dissipabūtur cedes multæ.

¶ De his quæ deberent cohibere claustrales a superbis ædificiis

SPECIALITER autem deberent cohibere claustrales a superbis ædificiis ista quæ sequuntur. Primo hoc, quod cū ipsi sint iam mortui mundo, necessaria sunt eis sepulchra, potius quàm palatia. Secūdo hoc quod sollicitudinē circa huiusmodi solet se qui morum negligentia. Bernar. Video quod nō sine magno dolore uideri debet, quosdam post aggressam Christi militiam, rursū secularibus implicari negotiis, rursū terrenis cupiditatibus immergi, cū magna cura erigere muros, negligere mores. Præterea negligentia exteriorū ædificiorum signū est quod claustralis diligentia habeat circa interiora. Bern. Animū intentū interioribus magis deceret inculca & neglecta exteriora, quibus incola domus sapius alibi cōuersari dignoscitur, qui circa exteriora sibi uilissimē denuntiat. Sic cōuersatio claustralium in calis debet edificare in terra, sicut illi quorū conuersatio est in terra. Præterea superbia ædificiorū est quædā inuitatio superbiorū hominū a quibus claustrales superbiam addiscūt. Eccle. 13. Qui cōmunicauerit superbo, induet superbiam. Verisimile est sic oportet claustrales habere domos humiliores aliis, sicut & humiliores

iores uestes aliis. Et sicut color uiridis, & rubens, & uarius, intolerabiles sunt in uestibus claustralium: sic huiusmodi colores intolerabiles uidentur esse in domibus eorū. Quod si aliquis dicat, quod in huiusmodi cōdescenditur infirmitatibus hominū: Respondeo, quod tantū cōdescensum est in aliquibus claustris carnalibus hominibus & infirmis, ut pene omnes carnales facti sint. unde Bern. Abiecta sancta simplicitate, quasi religiosas nobis quaestā curamus habitationū honestates, in quibus tantū est cōpassum animabus, ut pene in hoc omnes effecti simus animales. Idem Admittatur animales, suscipiatur in omni beneuolētia charitatis, portetur in omni patientia benignitatis: sed qui eis compatiuntur, non eis conformentur, nec sic querat eorū profectum, ut propter eos cogatur incurere proposito rigoris in religione def. cū. ¶ Item claustrales ut ueri Israelitæ uel ueri Hebræi debent esse, & reputare se peregrinos super terrā, unde ædificare debēt nō domos ad habitandū, sed tabernacula ad deferēdum. Unde Bernar. Obsecro, in peregrinatione huius seculi, in militia super terram nō ædificemus nobis domos ad habitandū: sed tabernacula ad deferendū, ut pete citō euocandi & migraturi in patriam & ciuitatē. In castris quippe sumus, in alieno militamus, in alieno laboratur, facile

est quicquid naturale est. Nunquid nō facile est solitario, & sufficiens naturæ, & congruū cōsuetudinæ, ipsum sibi cellam de uirgis cōtexere, de luto plasmare, undecūque operire, & decētissimē inhabitare? Quid amplius querendū? Et si uli sapiāt huiusmodi delectationes, & sint qui utantur tanquā non utētes, tamē contemptu melius quàm usu uincuntur huiusmodi affectiones. Idē: Ipsi de quibus sollicitudo suorum uictiorū inducit contemptū, & negligentiam omnium exteriorū, ipsi sibi ædificant formā paupertatis, & sanctæ simplicitatis speciem, nulla sic ardebit artificia industria sicut eorum negligentia. Debent etiā claustrales a superbis ædificiis cauere propter bonorū exemplum. Humiles enim domus eorū, & pauperes, in aliis frznant concupiscentiā, in aliis uerō circa amorem paupertatis efficiunt conscientiam. Præterea quando claustrales cōstruunt superba ædificia, accidit frequēter ut ipsi cōstruant ea de medicinis. Mittunt enim questuarios prædicatores. Construunt etiā ea de donis male acceptis ab usurariis & raptoribus: a quo periculo liberi sunt, quando domus humiles cōstruere uolunt. Si uerō aliquis dicat, pulchritudines domorū necessarias esse claustralibus ad recreationē: Respondeo, quod uiri spirituales potius debent delectari in aspectu cæli, quàm in aspectu tecti: & potius debent

debet admirari opera Dei, quam opera hominū. Legitur de beato Bernardo, quod ipse fleuerit quum uideret tuguriola pastorum tecta culmo, similia casulis pristinis Cisterciensium. tunc incipiebant habitare in magnis ædificiis. Pulchritudines istæ forēs, sicut dicit beatus Bernardus, cito propositum eneruant, & masculinum animum effeminant.

De superbia librorum, & de ostio quæ ualent ad eius detestacionem. CAP. XXIII.

Sequitur de superbia librorū, qua specie laborant qui uolunt habere libros deauratos. ¶ Octo uerò sunt quæ possunt ualere contra hoc peccatū. ¶ Primo possunt ualere contra hoc peccatum exempla, & præcipue exemplum filii Dei, qui liber uitæ est, qui humiliari uoluit usque ad hoc quod nouissimus esset. Intolerabilis enim est superbia in aliis libris, ex quo Liber uitæ tantū humiliatus est. Dicit enim Hieronymus in primo prologo super Iob: Habeant qui uolunt ueteres libros, uel in membranis purpureis, auro, argentoque descriptos, uel uncialibus, ut uulgò aiunt, literis, onera magis exarata quam codices, dum modo mihi meis que permittant pauperes habere schedulas, & nō tam pulchros codices, quam emendatos. Et Paulus 2. ad Timoth. 4. dicit autem & tecum libros, maxime autem membranas. ¶ Secundo uerò hoc, quod sapientia

declamat contra humilia, unde Matthæi 11. Abscondisti hæc a sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Amat etiam uerba humilia, ut patet in uerbis sacrae scripturae, quæ ualde humilia sunt. Amat etiam humilia corpora. Vnde sapientes homines frequenter parui sunt. unde Sapiens: Saepe est sub palliolo sordido sapientia. Proverbiorum 11. Vbi humilitas, ibi sapientia. Eodem modo amat Sapientia humilem scripturam. ¶ Tertio hoc, quod sacra scriptura humilitatem docet. Vnde humilitate debet habere. Patere legem, ait Sapiens, quam tu ipse tuleris. Legem humilitatis præcepit sacra scriptura, unde eam debet seruare. ¶ Quarto uerò hoc, quod puerilitas est aureas & argenteas amare literas, & in his delectari. Seneca. Plerumque est quod non pueritia, sed, quod grauius est, puerilitas remanet. ¶ Quinto uerò hoc, quod quasi quoddam spirituale adulterium est, quando amore amplectitur pulchritudinem scripturae, quo deberent amplecti ipsam sapientiam. Vnde de illis potest exponi illud 2. Petr. 2. Habentes oculos plenos adulterii & inuestigabiles delicti. Sapientia sponsa est intellectus nostri. unde Sapientia octauo: Hanc amant, & exquirunt eam a iuuentute mea, & quaerunt eam mihi sponsam assumere, & amator factus sum fornicationis illius. Scriptura uerò quædam

quædam ancilla est ipsius Sapientia. Vnde plus debet amari sponsa, quam ancilla: id est, sapientia, quam pulchritudo scripturae. Vnde cauendum est ne ancilla tantæ pulchritudinis sit, quod relicta pulchritudine sapientiae animus fornicetur cum pulchritudine scripturae. ¶ Sexto hoc, quod ualde impium est oculos suos pascere auro & argento, quando homo uidet tot filios Dei famelicos. Vifus plura habet unde pasci potest, quam gulfus. Habet enim solem, & lunam, & stellas, & flores innumeros, & multa alia ex quibus pasci potest. Vnde ualde impiū uideatur esse Christiano, ori Dei subtrahere in pauperibus, unde oculi eius delectentur. Ad quid depingit aliquis homines uel flores in libro suo? Nōne sufficunt ei, homines & flores quos Deus creauit? ¶ Septimo hoc, quod tales contumeliam inferunt sapientia, cum non reputent dulcedinem eius sufficientem ad consolationem studentium: cum scriptum sit Ecclesiast. 23. Nihil dulcius, quam respicere in mandatis domini. Et Sapient. 8. Intrans in domū meam conuiescā cum illa, scilicet Sapientia. Non enim habet amaritudinem conuersatio illius, nec tædium conuictus illius, sed lætitiā & gaudium. ¶ Octauo hoc, quod parum ualens pulchritudo scripturae nō enim hominem satiat. Vnde Ecclesiast. 1. Non fatiatur oculus

uisu, nec auris auditu.

De superbia cantus, & his quæ sunt reprehensibilia circa cantum. CAP. XXIII.

Nōtandum ergo quod circa cantum hæc sunt reprehensibilia. ¶ Primo reprehensibile est, cum quis nimis blandam uocem quaerit, uel ad gloriantium, uel ad delectandum, unde Gregor. Cum blanda uox quaeritur, sobria uita deseritur. Augu. Quoties plus me delectat catus, quam res quæ catur, toties me grauius peccasse cōfiteor. Item reprehensibilis uidetur esse in cantu uocis fractio. Vnde in legenda sancti Sebastiani: Putasne illum inter Christianos numerandum, qui tonsurā diligit, comam componit, sapores quaerit, & uocem frangit? Fractio uocis signum est fracti animi. Sicut reprehensibilis est crispatione crinū in hominibus, corrugatio uestiū in mulieribus: sic uidetur esse reprehensibilis fractio uocis in cantantibus. Et sicut uentus solet facere in aqua crispationem quandam: sic uentus uanitatis hanc crispationem seu fractionem uocis frequenter facit. Talis cantus ob lasciuam factus, similis uidetur esse cantui illi de quo legitur Exod. 22. Vocem canentium ego audio, ait Moyses. Cūque appropinquasset ad castra, uidit uitulum & choros. In uitulo, qui est animal lasciuum, lasciuia intelligitur. Vnde cantus adorationis uitulum, est cantus eorum qui

qui uocem frangunt ob lasciuam. ¶ Reprehensibilis est etiã in cantu nimia exaltatio uocis. Sicut faciunt illi qui potius uolunt cantare altè, quàm aptè, qui tantum uolunt ascendere cantando, quòd quandoque frangunt sibi collū spiritualiter: uel quandoque, ad literam, rumpunt se, quod ex superbia provenit. Superbia enim plus audet, quàm possit. Reprehensibilis est etiam in cantu additio punctorū, uel subtractio: quasi enim quædam species barbarissimi uidetur esse hoc in cantu: sicut in dictione barbarissimus fit ex additione uel subtractione literæ, uel syllabæ. In cantu etiam non uidetur esse nimium approbanda uox falsa, præcipuè in cantu claustralium. Et mirum est quomodo uox talis tantū placet quibusdã, cum ipsa uideatur adeò deformis quòd oportet eam abscondi inter alias uoces: alioquin non esset decus uel decora.

Vnde & quomodo oritur superbia, & ex quibus bonis.

CAP. XXV.

Postuimus primam diuisionē superbiæ, & profecuti sumus membra eius. Nunc consequens est, ut ponamus secundã & prosequamur. Diuisio uero ista sumitur secundū ea ex quibus oritur superbia. ¶ Notandum ergo, quòd superbia quandoque oritur ex bonis naturæ, quandoque ex bonis fortune, quandoque ex bonis gratiæ. Bona uero natu-

ræ quædam sunt corporis, quædam animæ. Corporis sunt ista, sanitas, fortitudo, agilitas, pulchritudo, nobilitas, libertas. Bona uero animæ naturalia sunt ista, relictudo ingenii & uelocitas, memoriæ bonitas, potestas tolerandi exercitium spirituale, naturalis dispositio ad uirtutes, seu uirtus naturalis. Bona uero fortune, sunt bona exteriora, quæ sunt in potestate hominum, quæ ab hominibus possunt auferri: ut sunt diuitiæ, delicia, dignitates, laus seu gloria, & gratia humana. Bona uero gratiæ sunt scientia & uirtutes. Ex istis bonis potest superbia nasci. Superbia enim nascitur ex pulchritudine. Vnde poëta: Factus inest pulchris, sequiturque superbia formam. Item nascitur ex nobilitate. unde Sallustius: Commune malum nobilitatis est superbia. Similiter nascitur ex aliis bonis naturæ. Item nascitur ex bonis fortune, sicut ex diuitiis. Vnde Augustin. Vermis diuitum est superbia. Ecclesiast. 46. Facultates & uirtutes exaltant cor. Item nascitur ex bonis gratiæ, ut ex scientia. Scientia enim inflat, secundum Apostolum 1. ad Corinth. 8.

Quòd fatuus sit & impius, qui de bonis suis superbit.

CAP. XXVI.

Primo generaliter ostendimus, quòd ualde fatuus est & impius, qui de bonis suis superbit. Deinde ostendemus de unoquoque

unoquoque prædictorum bonorum, quòd ualde fatuus sit inde superbit. ¶ Et possunt quinque rationes assignari, quare fatuus sit & impius, qui de bonis suis superbit. ¶ Primo, quia ipse quodammodo inferior est etiã irrationabiles creaturis in hoc, quod illæ tantū sint in miseria pœna, ipse uero homo in miseria pœna & culpa. ¶ Præterea, creature irrationabiles unicã debent mortem, post quã nihil omnino mali sentiunt: homo uero impius debitor est duplicis mortis, quia post transitoria habebit æternã: unde non parū fatuus est peccator, qui de bonis suis superbit, superiorē se aliis hominibus reputãdo, qui quodammodo brutis inferior est. ¶ Secundo uero fatuus est qui de bonis illis superbit, in quibus etiã ipsa bruta excedunt: sicut est fortitudo corporis, & agilitas. Ipsi etiã Iudæi & Saraceni & alii pessimi homines plus habent de illis bonis, quàm ipse habeat. Et etiã ipsi demones de scientia, quæ uidetur esse unum de maximis bonis quæ habent impij, plus uidentur habere, quàm ipsi impij habeant, unde ualde fatuus est qui de bonis illis superbit, in quibus à demonibus superatur. ¶ Tertio fatuus est impius, qui de bonis suis superbit, cum bona illa sint ei ad uerecundiam uerius, quàm ad gloriam. unde Aug. loquens ad impiū, inquit: Nonne uides te debere erubescere de bonis tuis, si domus tuã plena est bo-

nis, & te habeat malus? ¶ Quarto fatuus est impius, qui de bonis suis superbit, quia bona ipsius ei bona non sunt. Sen. Nihil est homini bonū sine se bono. Est uero bonū homini, quod est ei materia infirmitatis & impedimentū salutis: Sapiens: Omnia quæ extra nos sunt bona, quæcumque: forte hominibus cōtingunt, non ideo laudantur, quia habuit quis ea, sed quia his honestè sit usus. ¶ Ideo dicit Senec, quòd stulto nulla re est opus, nulla enim re scit uti. ¶ Quinto fatuus est impius qui de bonis suis superbit: quia tantū habet dispensationē in eis, & periculum ei inde imminet duplex. Periculū enim est ei, si forte amiserit: periculū etiã est ei, si lucrum non reportauerit. Et de utroque distincta ratio exigetur ab eo. Vnde qui de multitudine istorū bonorum superbit, ipse superbit de magnitudine oneris sui.

Quòd fatuum sit de bonis corporis sui superbit, uidelicet sanitate, fortitudine uelocitate & pulchritudine, &c.

CAP. XXVII.

Specialiter uero fatuus est superbit de sanitate corporis. ¶ Primo quia ista sanitas momentanea est. Hodie enim qui sanus est, cras infirmus uel mortuus est. Iac. 4. Quæ est uita uestra? Vapor est ad modicum parens, &c. ¶ Secundo, quia corpus hostis familiaris est, & ideo multum nociuus. Nulla enim pestis efficacior est ad nocendū, quàm famil

familiaris inimicus, ait Sapiens: Non debet ergo aliquis superbire propter sanitatem corporis, sed potius timere. In maiori enim periculo est homo, cum hostis eius sanus sit. ¶ Tertio fatuum est qui de hac sanitate superbit, quum ipsa sanitas ut frequētius occasio sit infirmitatis animæ, sicut e contrario scriptum est Ecclesiastic. 31. Infirmitas grauis sobriam reddit animam. Non est quare aliquis superbiat de sanitate pedis, si in capite infirmitatem habeat ad mortem: sic non est superbiendū de sanitate corporis, ex quo in anima infirmitas est ad mortem. Homo sanus corpore, infirmus mente, similis est pomo exterius sano, interius putrido. ¶ De fortitudine etiam corporis fatuum est superbire, quum scriptum sit Sapientia 6. quod fortioribus fortior instat cruciatio, & cum continua lucta sit inter spiritum & corpus. Caro enim concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem. Vnde quanto corpus fortius, tanto magis spiritui timendum est. Et ad litteram hoc uideamus frequēter, quod fortiores corpore, infirmiores sunt mente. Minus enim resistere possunt iræ & luxuriæ & cæteris uitiiis. Fatuum etiam est superbire de corporis uelocitate, cum corpus sit uelut equus quidam, in quo hostes infernales ut frequēter ducunt spiritum ad mortem ipsius, & ut frequēter quanto

iste equus uelocior est, tanto facilius spiritus ab hostibus suis capitur. Præterea in uelocitate ista etiā à canibus superamur. Vnde fatuum est quod homo de hoc superbiat, in quo canibus inferioriorem se uidet. ¶ De pulchritudine etiam corporis est fatuum superbire, quum corpus sit uelut quoddam sepulchrum. August. Corpus peccatoris animæ mortuæ est sepulchrum. Vnde cum peccator de pulchritudine corporis superbiat, simile est ac si mortuus de pictura sepulchri superbiat: simile est etiam ac si aliquis superbiat de pulchritudine sterquilini niue cooperto.

Quod fatuum sit de nobilitate generis superbire.

CAP. XXVIII.

DE nobilitate etiā carnis fatuum est superbire, quum illa nobilitas ualde contemptibilis sit. Multæ autem causæ possunt agnari quare ista nobilitas sit contemnenda. ¶ Primo contemnenda est, quia ut frequēter nobilitas carnis meliorem nobilitatem auferat, scilicet mentis nobilitatem. Sapiens: Non est quo sibi aliquis de nobilitate corporis uel generis blandiatur, si ex meliori parte sit famulus. ¶ Secundo contemnenda est, quia omnes sumus ex eodem patre & ex eadem matre: non legitur dominū fecisse unū Adam argenteum, unde essent nobiles, & unum luteum ex quo essent ignobiles: sed unicum, & illum de luto plasmavit, ex quo omnes

omnes exiimus. Vnde si aliquis ex hoc solo nobilis est, quia ex nobili patre, aut nobili matre: aut omnes erimus nobiles, aut omnes ignobiles: quia aut parentes primi fuerunt nobiles, aut ignobiles. ¶ Si ipsi fuerunt nobiles, ergo & nos omnes nobiles sumus, & etiam æquè nobiles sumus, quū geniti ex æquè nobilibus æquè nobiles iudicentur. Si uerò ignobiles fuerunt, ergo nos omnes ignobiles sumus, & æquè ignobiles, quum geniti sumus ex æquè nobilibus. Malach. secundo: Nunquid non pater unus omnium nostrum? Nunquid non Deus unus creauit nos? quare ergo despicit fratrem suū unumquique uestrum? ¶ Tertio contemnenda est nobilitas carnis, quia ipse Deus contempsit eam. Noluī enim ex nobilibus reges eligere in principio synagoga, imò primum regem de post animas assumpsit, scilicet Saul. Secundum scilicet Dauid, de post fortiores accepit. In tempore etiā gratiæ potius uoluit ignobiles eligere, quàm nobiles. Vnde 1. ad Corinth. 1. Ignobilia & contemptibilia mundi eligit Deus. ¶ Quarto uerò contemnenda est nobilitas carnis, quia non est illius qui de ea gloriatur, sed potius illorū à quibus ipse descendit. Vnde Seneca: Nemo in gloriam nostrā uixit, nec quod ante nos fuit nostrum est, animus nobilem facit. ¶ Quinto uerò contemnenda est nobilitas carnis,

quia materia quam à parentibus contrahit aliquis, ratione cuius nobilem se credit, uile quid est, & immundum, & erubescibile, & opere immūdo & erubescibili procedit ab eis. ¶ Vnde quomodo ratione illius materiæ habebit quis nobilitatem, quum illa materia uilis fuerit? ¶ Quomodo audet aliquis dicere se nobilem generatione, quū quilibet exemplo Iob possit dicere: Putredini dixi, Pater meus es, &c. Ideo merito nobilitas carnis contemnenda est, imò abominanda est. Vnde Lucæ decimo sexto: Quod altum est hominibus, abominatio est apud Deū. ¶ Sexto contemnenda est nobilitas carnis, imò potius non est reputanda, quum in ueritate nobilitas non sit, sicut etiam ipsi philosophi reputauerunt. Seneca: Nemo altero nobilior, nisi cui rectius est ingenium, & bonis artibus aptius. Idem: Nihil aliud est nobilitas, quàm antiquatæ diuitiæ. Idem: Quid est eques, aut seruus, aut liberatinus, nisi nomina ex ambitione uel iniuriā nata? Item Plato ait: Neminem regem, nisi ex seruis oriundū esse: neminem seruum, nisi ex regibus. Omnia ista longa miscuit uarietas, & sursum deorsum fortuna uersauit.

¶ Quod nullus sit nobilis ex eo quod ex nobilibus parentibus sit generatus, rationibus offenditur.

R A T I O N I B V S etiā ostendit

D D di

di potest, quod aliquis nobilis non sit ex eo quod ex nobilibus parētibus genitus. Ex eadē enim radice exeunt uile & nobile. ¶ Flos farinae & fursur ex eadē radice exeunt: tamē fursur cibus uilis est quo porci pascitur, flos autem farinae cibus nobilis est. Item ex eadem radice procedit spina & rosa. Rosa creatura nobilis est, quia non cessat benefacere hominibus, qui sunt iuxta eam, suum gratum odorem undique spargendo. Spina uero quoddam uile est, quia pungit ea quae iuxta eam sunt. Sic ex eodem patre, & ex eadem matre possunt nasci duo. Vnus tamen erit nobilis, alius ignobilis. Vnus ad modum rosae non cessabit benefacere uicinis suis. Iste nobilis erit. Alus erit spina in igne infernalem mittenda, qui non cessabit pungere uicinos suos, hic erit ignobilis. Multis aliis exem- plis potest idem ostendi. Ex eadē arbore nata sunt duo poma, quorum unum est sanum, aliud putridum, uel uermem habens. Item ex eodē libero arbitrio procedunt bonū & malū. Item si nobile esset quicquid à nobilibus procederet, omnes nobiles essemus, quum omnes simus à Deo, qui nobilissimus est. Malachias 2. Nunquid non Deus unus creauit nos, &c. Item si omne quod ex nobili procedit nobile esset, ergo pediculi & aliae superfluitates, quae ex nobilibus procedunt, nobilia essent. ¶ Se-

ptimo contemnenda est nobilitas carnis propter onus magnū quod ei est annexum. Nobilitas carnis quaedam possessio est, quae tanto censu onerata est, quae magis comitatus & archiepiscopatui non sufficiunt ad soluendum censum illum: imò praeter hæc necesse est, sicut ipsi nobiles dicunt, quod ipsi impignorent regnū calorū, & seipso diabolo pro censu isto soluendo. Vnde multis nobilibus magis expediret, quod ipsi essent leprosi, quam quod essent in statu in quo sunt, sicut aliqui etiā ex eis recognoscunt. ¶ Octauo contemnenda est nobilitas carnis, quia est rei contemptibilis, scilicet corporis, quod est quasi quidam fæccus immunditiæ plenus, sicut ea ostendunt quae exeunt de sacco isto per foramina quinque sensuum. Origenes: Vilis nobilitas, quae in locis tam turpibus generatur. ¶ Nonno, contemnenda est nobilitas carnis, quia inferior uidetur esse nobilitas ista quae est in hominibus, nobilitate illa quae est in canibus, certa signa habeat exterius quibus agnoscitur: nobiles uero homines non habent certa signa necessario quibus ab aliis hominibus dignoscantur. ¶ Decimo, contemnenda est nobilitas ista, quia ridiculosa est. Ridiculum enim est unum seruū aliis seruis nobiliore dicere, uel unum rusticum nobiliorem aliis rusticis. Sicut filio cuiusdam di-

uitis

uitis-burgen. derisorie dictū est, à quodam quod ipse esset de nobilioribus rusticis suae ciuitatis. Sic cum corpus naturaliter seruus sit (datum est enim spiritui ad seruandū) & naturaliter rusticum sit, quū tot rusticitates ab eo quotidie exeant, ridiculū est corpus unū nobilius dicere altero, uel unum nobiliorem altero ex parte corporis. Vnum tamen bonū habet nobilitas quae carnis dicitur esse, quod quasi firmum est quoddam quod homines debet cohibere ne male agant. Hieron. Nihil aliud uideo in nobilitate appetendum, nisi quod nobiles quadam necessitate astringuntur, ne ab antiquorum probitate degenerent. Philosophus: Nobilitatis tantum ad hoc memineris, ut cum claritate generis, inorum sanctitate contendas, & cum nobilitate corporis animi nobilitate proficias. Item: Laudatur in quibusdam, quod geniti sint nobiles, in aliis quod nobilitatē uirtute sunt affecti. Pulchrū est respondisse nobilitati, pulchrū etiam humilius genus factis illustrasse. Item quidā uituperabat aliū de genere suo, dicens: Tu es caput tui generis. Cui ille: Et tu es cauda generis tui. Item: quidam sapiens, quum quidam ex patritio genere natus inferior factus ignobilitatē generis illi obiceret, inquit: Gaudēo quod ego ex me surrexi, tu ex te cecidisti: generis nostri utriusque sumus decus & dede-

cus. Et alius philosophus similiter alii obiurganti, respondit: Mihi obiicis profecisse: crimen meum imputas gloriae, dum tuū imputas ignauiam. ¶ Et notandum est, quod uera nobilitas animi est, unde illud: Nobilitas sola est, animum quae moribus ornat.

De animi nobilitate duplici.

C A P . X X I X .

A Nimi uero nobilitas duplex est. Quaedam naturalis, de qua Sen. Quis est generosus ad uirtutē? bene à natura compositus. Alia nobilitas est gratuita, quando aliquis gratiam Dei habet, quae Dei filius est, quae custodit eum, ut nulli turpitudini seruiat. Tullius: Liber aestimandus est, qui nulli turpitudini seruit. Item Sapiens: De illa nobilitate gloriaris, quae filios Dei, & coheredes facit. Tunc ille nobilitatē suam integrā seruare se putet, si dedignetur seruire uitiis, & ab illis superari. A quo enim quis superatur, eius & seruus est. Bern. An non seruus, cui dominatur iniquitas? Quācumque aliquis ex nobilibus ortus sit, tamen ignobilis est, si Deū contemnat, & noluerit ei seruire. Et e contrario quantumcūque ignobilis ortus sit, nobilis tamē est, si Deo seruiat. Vnde 1. Regū 2. dicit dominus ad Heli: Absit hoc à me, sed quicumque honorificauerit me, glorificabo eum: qui autem contemnūt me, erunt ignobiles.

¶ Quod sex sunt signa uera nobilitatis.

D D 2 Et

ET notandum est, quod sex sunt signa ueræ nobilitatis. ¶ Primum est, liberalitas. Vnde Deus, qui nobilissimus est, ipse est liberalissimus. Liberalitas eius tanta est, ut non solum sua det, sed etiã seipsum: nec solũ seruentibus sibi dat, sed etiã hostibus suis. Ipse enim solem suum facit oriri super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos, Matthæi 5. Ipse propter liberalitatẽ suam fecit quæcũque facta sunt, Ad dandum enim fecit quæcũque fecit. Creaturas enim rationales fecit, ut eis daret, alias autem creaturas, ut eas daret. Leo etiã, qui dicitur esse rex animalium, quod animal nobile est, liberale est. Vnde Aristoteli dicit ipsum esse animal cõmunicatiuum. Et sicuti liberalitas signũ est nobilitatis: ita rapina signũ est rusticitatis. Vnde multi hodie qui nobiles reputantur, rusticissimi sunt, cum non cessent auferre pauperibus, & illis, qui nõ possunt defendere se, sicut magister Alanus ostendit quibusdã militibus. Legebat Alanus apud Montepesulanũ, & audierũt milites uicini quod tãtus clericus esset, & quod ad omnia interrogata responderet: unde accesserũt ad eum de communi consilio, & quæsierũt ab eo quæ esset maxima curialitas. Qui respondit eis, quod dare curialissimũ esset, quo audito, omnes cõsenserũt responsioni eius. Ideo dicit dominus, quod beatus est dare, quàm recipere:

quia dare facit similem Deo, qui omnibus dat, & à nemine recipit. Ipse uerò dixit eis, ut habito consilio ad inuicem dicerent ei, quæ inter omnes rusticitates maior esset. Qui habuerit consiliũ ad inuicẽ, & non potuerunt conuenire in idem: unde reuertentes ad eum, dixerunt quod non poterãt concordare. Quo audito ipse increpauit eos, dicens: Ego posuerã uos in uia per quã possetis quæstionis uobis propõsitæ solutionẽ cognoscere. Si enim dare curialissimum est, auferre, quod est ei contrariũ, rusticissimũ est. Vnde uos qui incessanter auferitis pauperibus, rusticissimi estis. ¶ Secundum signũ nobilitatis est, gratitudo seu recognitio beneficii. Et per contrarium ingratiudo seu beneficiorũ non recognitio, signũ rusticitatis est. Vnde patet quod illi qui nobiles reputantur, qui Deum, qui eos præ cæteris hominibus honorauit, præ cæteris hominibus inhonorat, subditos etiã suos, qui multo sudore lucrantur, unde ipsi uiuunt, & propter quos ipsi sunt in honore, incessanter opprimunt, rusticissimi sunt. Feris etiam uidentur tales deteriores esse: feræ enim officia siue beneficia sentiunt, sicut ait Seneca. ¶ Tertium signũ nobilitatis est, mansuetudo & misericordia in ea quæ sunt eis subiecta. Et hoc est unũ quod ualde decens est in his qui possunt habere. Vnde Seneca ex omnibus magis clementiã, quàm regem

regem & principẽ decet. Idem: Iracundissimæ ac pro captu pugnacissimæ sunt apes, & aculeũ in uulnere relinquunt. Sed ipse rex sine aculeo est: noluit ipsum natura nec seũũ esse, nec ultionem quæ magno cõstaret petere, & iram eius inermẽ reliquit, exemplar hoc omnibus regibus linquens. Pudeat ab exiguis animalibus nos trahere mores. In signum huius mansuetudinis uel misericordiæ inunguntur reges Christiani. Philosophus: Maximã potestatem habens creatorẽ potestatis iuxta possibilitatẽ suã debet imitari. In hoc autem Deum maximẽ imitabitur, si nihil iudicauerit, quàm misereri, pretiosus. Et sicut mansuetudo in subiectos, signum est nobilitatis: sic & crudelitas in subditos signũ rusticitatis est, & seruitutis. Vnde Prover. 30. Per tria mouetur terra, & quartum quod non potest sustinere, Per seruũ, cum regnare cepit. Quid. Asperius nihil est humili si surgit in altũ: Cũcta in omnes, Vt se posse putet, nec bellua terrior ulla est, Quàm feræ iras in libera terga furẽtis. ¶ Quartũ signũ nobilitatis est, uirilitas seu strenuitas in eos qui repugnant. In signũ huius datur ensis militibus nouis, quo gladio uti debent in hostes, non in subiectos. Multi uerò ex istis gladio isto in subiectos utuntur, quos deberet ualde diligere. Hi enim sunt qui inuãt eos, qui etiã

fratres eorum proprios impugnant, hostibus uerò Dei & ecclesiæ peccatis, sed & demonibus, uel etiã ipsis persecutoribus ecclesiæ uniti sunt. Impietas talis, impietas diabolica est. Diabolus autem impius est in eos, qui sibi seruiunt. ¶ Quintũ signũ nobilitatis est, timere opprobriũ uel seruitutis, uel proditiõis, uel alterius cuiusq; turpitudinis. Multos tamẽ ex illis qui nobiles reputantur, uidemus, quod non timeant pessimam seruitutẽ uitiorum suorum, uel dæmonũ, qui nõ erubescunt consistere se seruos uilissimorum membrorum illorum, scilicet qui libidini deseruiunt, quæ seruitus indubitanter seruitute leproforum peior est. Non erubescunt etiam proditiõẽ impugnare dominum illum à quo omnia possident, cuius expensis uiuunt & uestiuntur. Et non erubescunt etiã omni immunditie peccati se exponere. Ex quo patet eos non esse nobiles, sed ualde rusticos. ¶ Sextum signum nobilitatis est, cordis magnitudo, qua quis modicã contemnit, & magna appetit. Ecõtrario uerò signũ rusticitatis est, amorem suum ponere in modicis, magna uerò negligere. Vnde patet dominas illas, quæ potius uolunt amorem suum ponere in uno misero milite, quàm in rege gloria, quod ipsæ uerè nobiles non sunt. Milites etiam non uidentur nobiles esse, qui amorẽ suum in terra ponunt, contempto regno

calorum, cum tamen tota terra, quasi punctum sit respectu cæli: & quia plus habent de terra, quam alii, nolunt aliquid habere de cælo. Si ad aliquem pertineret terra unius pauperis militis ex parte matris, regnum uero ex parte patris: nunquid non infelix esset, si contempto regno adhereret illi terræ quæ eum contingeret ex parte matris? Sic infelices sunt illi milites, qui de regno cælorum non curant, quod ad eos pertinet ex parte patris cælestis, contenti terra ista paupertatis, quæ ad illos pertinet ex parte matris nostræ Heuæ. Pater noster Deus est, mater nostra Heuæ. Non sic faciebat Dauid in Psal. Quid est mihi esse in cælo, & à te uolui super terram, &c.

De consuetudine illarum Ecclesiarum quæ uolunt canonicare nisi nobiles. CAP. XXX.

Ostenso quod nobilitas carnis contemnenda sit, uel non reputanda, tangendum est aliquid de consuetudine illarum Ecclesiarum, quæ nolunt canonicare nisi nobiles. Vnde notandum est, quod consuetudo illa uidetur esse reprehensibilis. Et uidetur posse assignari sex causæ huius reprehensibilitatis. Prima causa est, peruersitas quæ uidetur esse in hac consuetudine, quæ peruersitas apparebit si respiciatur causa huius consuetudinis quam ipsi assignant. Dicunt enim quod ipsi habent multa temporalia quæ defensione indigent,

nec habent regem, nec alium principem secularē qui eos defendat, ideo oportet nobiles canonicari qui possint ea defendere. Quibus respondeo, quod sicut ecclesiæ eorum habent temporalia, ita habent & spiritualia, quæ in infinitum meliora sunt. Vnde si oportet aliquos nobiles canonicari ad defensionem temporalium, multo fortius oportet aliquos literatos, & sanctos canonicari ad defensionem spiritualium. Si uero dicant quod ibi sint aliqui ignobiles literati ad defensionem spiritualium, sed non canonici: ex hoc apparet quod ipsi bona temporalia præponunt spiritualibus, ex quo defensores temporalium canonicos constituunt, & superiores aliis.

De quinque peruersitatibus huiusmodi ecclesiarum.

ET possunt assignari quinque peruersitates in huiusmodi ecclesiis. Prima est, quod ibi est terra sursum, & cælum deorsum. Cælestia enim contemnunt, terrena uero multum appetant: contra illud Prouer. 25. Cælum sursum, & terra deorsum. Alia peruersitas est, quod pedes sunt in loco ubi deberet esse caput, & caput in loco ubi deberet esse pedes. Velut pedes ecclesie sunt qui circa terrena solliciti sunt: uelut caput sunt qui regere habent ecclesiam, uiri scilicet literati. Sed in his ecclesiis pedes sunt in capite, imò ipsi hostes in capite ponuntur. Thren. 1. Facti sunt ho-

stes

stes in capite. Tertia peruersitas est, quod ecclesiæ huiusmodi faciem habent ad posteriora, & deorsum ad anteriora: ipsi iuxta uerbum Ieremiæ facti sunt in retro, & non in ante. Quarta autem peruersitas est quod ipsi latitudinem scuti qui debebat esse ex parte superiori, posterunt ex parte inferiori: & ideo contingit quod ferè omne caput languidum est: iuxta uerbum Esaiæ.

Quinta peruersitas est, quod sacerdotes inferiores sunt subdiaconis & diaconis: quod ridiculum est, sicut beatus Bern. dicit ad Eugenium papam: Ridiculum est, inquit, quod ministri nostri nostris se presbyteris anteferre conatur. Nō hoc ratio habet, nō antiquitas habuit, non consensit auctoritas: & si de sua consuetudine columna struitur, melius profecto illa quam summus ordo continentur. Secunda causa reprehensibilitatis est, indiscretio, quæ uidetur esse in huiusmodi consuetudine, quæ indiscretio primo consistit in hoc, quod quando ipsi deberet querere, quis sit idoneus ad hoc ut sit canonicus, id est, regulariter reges se, & ad regimē plebis episcopum uisus: ipsi querunt, quis sit idoneus ad militiam. Secundo in hoc, quod quando querere deberet, an persona sit idonea quæ canonicata est: ipsi querunt, quis pater eius fuerit. Vnde illis potest dici quod dicit angelus Tobie 5. Genus queris mercenarii, an mercenarii?

Indiscretio etiā eorum in hoc est, quod ipsi credunt illud, qualis pater, talis filius: quod uerū est in personis increatis, ad personas creatas extēdit: tibi enim frequenter fallit: frequenter enim est pater sapiēs & filius fatuus, ut patet in Salomone, & Roboā filio eius. Tertio uidetur hæc consuetudo reprehensibilis, quia ualde nocua est ecclesiæ. Canonici enim militares non bene custodiunt Christum, sicut figuratum uidetur esse in hoc, quod milites male custodierunt Christum in sepulchro. Lapides sepulchri bene custodierunt milites, sed Christum perdidit. Vnde cantat ecclesiā: dicant nunc Iudæi, &c. Sic milites canonici lapides castrorum bene custodiunt, sed Christum amittunt. Itē ista consuetudo occasio ruinæ est in ecclesiis illis, quantum ad spiritualia. Vnde Pro-uerborum 17. Qui altam facit domum, querit ruinam. Ista etiā consuetudo in ecclesiis illis in magna parte exheredat Christum. Frequenter enim quando deberet institui ibi filii Dei, instituitur ibi filii diaboli. Quarto uidetur reprehensibilis consuetudo ista, quia Christo contraria est. Christus enim ignobiles elegit in ecclesia sua, ut essent humiles. i. ad Corinth. 1. Isti uero nobiles canonicat quasi uelint ipsos esse superbos. Christus ex pastoribus & bulcis elegit reges: isti uero ex regibus eligunt canonicos. Christus fundamentum ecclesiæ po-

DD 4 sunt

suit humilitatem: ipsi uero e contra fundamentum ecclesie ponunt superbiam. Tale fundamentum poneret diabolus, si edificaret. Quomodo implent tales illud uerbum domini, lo. 12. Qui mihi ministrat, me sequatur. Non sunt imitatores Christi, sed sunt quasi antichristi. Et 1. Io. 2. Qui dicit se in Christo manere, debet sicut ille ambulauit, & ipse ambulare. Bernard. Si omnis qui se dicit in Christo manere, debet sicut ille ambulauit & ipse ambulare: multo magis qui pro eo ambulare se dicit, qui pro eo legatione fungitur qui ei ministrat, si eum non sequitur, inexcusabilis est. Terrere potest tales illud Matr. 18. Nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnum celorum. Paruulus quantumcumque; nobilis sit, societatem pauperum non refugit: sicut quantumcumque; aliquis nobilis sit in ecclesia Dei, societatem ignobiliu non debet refugere. De societate hominum diuersorum generu in ecclesia Dei, uidetur esse dictum illud Esaiæ 11. Habitabit lupus cum agno, & pardus cum hircudo accubabit. ¶ Quinto uidetur esse reprehensibilis illa consuetudo; quia uidetur esse Deo abominabilis. Altitudo enim secularis non uidetur Deo placere. Vnde Luca 16. Quod altum est hominibus, abominatio est apud Deum. Abominationes Deo offerunt, qui nobiles tantum canonicare uolunt. Exod. 18. Abomi-

nationes Aegyptiorum immodicis Deo nostro. ¶ Sexto uidetur esse reprehensibilis hæc consuetudo, quia filios diaboli filius Dei proponit, & generationem immundam generationi celesti, & nobilitatem putredinis proponit cuique gratie Dei. Nullam autem sapientiam, nullam aliam gratiam nobilitati carnis adæquar. Vnde consuetudo eorum non recipit dispensationem: quia secundum iudicium eorum non inuenit recompensationem, quod non est absque magna contumelia Dei. Sic porcus præponeret uoluntabrum luti, auro & lapidibus pretiosis. Ad sola temporalia uidentur habere oculum ecclesie istæ, non solum in canonicorum institutione, sed etiam in prælatorum præfessione, quod omnino intolerabile uidetur, saltem in altero horum deberet respectus haberi ad spiritualia.

Quod fatuum sit superbire generaliter de qualibet re temporalis, scilicet libertate corporis, &c. & bonis naturalibus animalia.

C A P. XXXI.

Vllo quod fatuum sit superbire de nobilitate carnis, consequens est uidere quod fatuum sit superbire de aliis bonis quæ prius nominata sunt. ¶ Notandum est ergo, quod fatuum est superbire de libertate corporis, cum corpus sit seruo maleuolus, & ideo tortura & cæpedibus dignus: iuxta illud Ecclesiastici 33. Seruo maleuolo tortura, &

comp

compedes, &c. De bonis uero naturalibus animæ fatuum est superbire: quia bona illa potest homo habere ad malum suum sicut ad bonum. Vnde Bernardus: Si in professione religionis nouus homo callidus est ingenio, si uiget arte, si præeminet intellectu, instrumeta sunt hæc tam uitiorum quam uirtutum. Non ergo refugiat doceri uti eo in bono, quo & in malo uti potest. Fatuum est etiam superbire de diuitiis. Hoc enim est superbire de hoc, quod habet maiorem molam ad collum quam alii. Fatuum est etiam de potestate superbire, cum scriptum sit Sapient. 6. quod potentes poterit tormenta patientur. Ibidem legitur, quod durissimum iudicium his, qui præsumunt, fiet. Et Angu. dicit quod quanto quis in loco superiori, tanto in periculo maiori uersatur. Fatuum est etiam superbire de gratia humana, cum scriptum sit Proverbiorum ultimo, quod fallax gratia, &c. Fatuum est etiam superbire de gloria huius mundi, cum gloria talis flos sit decidens. Vnde Esa. 28. Erit flos decidens gloria exultationis. Puerorum est, flores colligere, quæ ex arboribus decidunt, & inde letari. Sic pueriles sunt qui de gloria huius mundi letantur. Fatuum est etiam superbire de scientia, cum scriptum sit Ecclesiasti. 1. Qui addit scientiam, addit & laborem. De scientia superbire, est de lumine excæcari. Fatuum etiam est de uirtu-

tibus superbire. Hoc enim est de medicamine uulnerari. Gregorius: Qui de uirtutibus habitis extollitur, quasi de medicamento uulneratur.

De diuisione superbia sumpta penes diuersitatem personarum. Et primo de superbia ministrorum ecclesie in communi.

C A P. XXXII.

Postis autem duabus diuisionibus superbia, consequenter ponenda est tertia, quæ sumpta est secundum diuersitatem personarum, in quibus est superbia. ¶ Notandum ergo quod superbia diuidi potest in superbiam laicorum, & superbiam ministrorum ecclesie. Superbia uero ministrorum ecclesie potest subdividi in superbiam prælatorum, & superbiam subditorum: uel in superbiam claustraliu, & superbiam secularium clericorum. Sed de superbia laicorum nihil specialiter hic dicemus. Sed de superbia ministrorum ecclesie hoc modo tractabimus. ¶ Primo, dicemus aliquid de ea in communi. Secundum uero aliqua dicemus specialiter de superbia prælatorum. Tertio uero dicemus aliquid specialiter de superbia claustralium.

Quod superbia multum sit timentenda ministris ecclesie.

NO T A N D V M ergo est, quod superbia multum timentenda est ministris ecclesie: quinquæ de causis. ¶ Primo, quia multas occasiones habeat superbiendi. Vna oc-

DD 5 caso

caso est, quod ipsi sunt excepti à labore aliorum hominum. Vnde in Psal. in labore hominum non sunt, &c. Ideo tenuit eos superbia. Alia occasio est, libertas quã habet, quã libertas aliquibus eorum est uelamen malitiæ, contra illud 1. Petr. 2. Quasi liberi, & non quasi uelamen habentes malitiæ libertatem. Tertia occasio est, reuerentia quę exhibetur eis, eò quod sunt ministri summi regis, & uicē eius gerunt in terris, & contemptum eorum Deus reputaret cõtemptum suum: iuxta illud Lucæ 10. Qui uos spernit, me spernit. ¶ Secundo, timenda est superbia in ministris ecclesie, quia multum displicet Deo in eis. Vnde prouerbiorum 6. Sex sunt quę odit Deus, & septimum detestatur anima eius, Oculos sublimes. Oculi sublimes clerici superbi sunt. Et Sopho. 1. Et erit in die hostiæ Domini, uisitabo super omniem qui arroganter ingreditur super finem. Dies hostiæ Domini erit dies iudicii, quando Dominus manebit incarnatus, impigros, dilatos. Tunc dominus uisitat super clericos superbos. Nec mirum, si dominus odiat superbiã in ministris suis, cum proprium signum sit superbia ministrorum diaboli: iuxta illud Gregorii, Euidensissimum signum reprobõrum est, superbia, humilitas electõrum. Non parum doleret princeps aliquis, si in castro suo uexillum inimici sui uideret. ¶ Tertio, ualde

timenda est eis superbia, quia ualde contraria est officio eorũ. Ipsi enim sunt quasi custodes scientiæ & uasã gratiarum. Vnde Malachiæ 2. Labia sacerdotis custodiunt scientiã, & legem requirunt ex ore eius, quia angelus domini exercituum est. Propter hoc, quod custodes sunt scientiæ, necessaria est eis magna humilitas. Aqua enim sapienciæ ad uallem humilitatis confluit. Prouerbiorum 11. Vbi humilitas, ibi sapientia. Propter hoc etiam quia uasã gratiarum sunt, necessaria est eis magna humilitas. Sicut enim uas non est idoneũ aliquid recipere absq; cõcauitate: sic aliquis non est susceptibilis gratiæ absque humilitate. 1. Petri ultimo. Deum superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Propterea oportet ministros ecclesie esse militares Deo: ad quod etiã multum ualet humilitas. unde Glor super illud Psal. Iuxta est dominus his qui tribulato sunt corde. Altus quidem est dominus, sed uicinatur humili, & non se erigit. Necessaria etiam est eis humilitas propter seruitium quod debent hominibus exhibere. Eorum enim est abluere sordes figurales hominum: quod figuratum est Ioan. 13. in ablutione pedum. Ideo summus inter ministros ecclesie, seruum seruum se uocat humiliter. ¶ Ergo oportet quod se habeant ut à pauperibus & humilibus non timeantur, sed audeant ad eos accedere

com

confidenter, & ut solatium pauperes habeant in humilitate eorum: quia secundum uerbum Augustini, Magnum solatium est membrum ex capite. Magnũ solatium est subditis, qui in humilitate sunt, si uideant prælatos suos in simili uel maiori humilitate. ¶ Quarto, timenda est eis superbia, quia multi ex eis non habent unde pascant superbiã, nisi hoc faciant de spoliis pauperũ. Bona enim ecclesie, bona pauperum sunt. Præterea ualde indecens est superbia in eis, cum ipsi de elemosynis uiuant, & elemosynas pauperum & miserabilium personarũ quotidie edant. ¶ Quinto, timenda est eis superbia, quia peccatum superbiæ in eis scandalizat populum, cum sit manifestum. Incontinentia & alia peccata possunt ipsi abscondere, sed superbiã exteriorẽ in uestibus, & similibus consistentem non possunt ipsi abscondere.

¶ Persuasiones contra superbiã ministrorum ecclesie.

SE D contra has & similes persuasiones quę fiunt ministris ecclesie ut caueant superbiã exteriorẽ, dari solet quadruplex responsio. ¶ Prima est, quod dominus intueatur cor, & humilitatem cordis requirit, & humilitatis interioris magistrum se proficitur. Matt. 11. dicens: Discite à me, quia mitis sum & humilis corde. Et ideo uidetur minimè quibusdã necessaria humilitas exterior, ¶ Secunda responsio solet esse,

quod licet homini pulchritudines istas exteriores habere secundum modum personæ suæ, & mores eorum inter quos uiuunt: quod uidetur sumptum esse ex Glo. super illud 1. ad Timot. 2. Non in tortis crinibus, quę dicit sic: Vt in his omnibus ultra modulum personæ suæ & mores ecclesie, monendæ ne concupiscentiæ studeant. ¶ Tertia responsio solet esse, quod in huiusmodi honor ecclesie quaritur. ¶ Quarta est, quod ipsi non faciant hoc amore uanæ gloriæ: sed utantur talibus tanquam non utentes.

¶ A corde humilis persona de facili non procedit superbia exterior.

SE D contra primam responsionem primo uidetur esse hoc, quod non potest esse de facili, quod à corde perfectè humili exterior superbiã procedat. Sicut enim arbor bona nõ potest malos fructus facere, ut legitur Matt. 7. sic nec cor humilè superbiã à se producit. Ex fructu siquidem arbor cognoscitur, ut legitur Matthæi 12. Nunquid colligunt de spinis uuas, aut de tribulis liuas? Sic nec ex humilitate cordis procedit superbiã operis: quia sicut uulgariter dicitur, Nõ potest exire de sacco, quod ibi nõ continetur. Quis credet mulieri, si afferat se castã mente, ex quo homo uidet eam fornicari corpore: sic quomodo potest credi alicui de humilitate cordis, ex quo tanta superbiã apparet exterius?

Quod

¶ *Quod clericis non sola sufficit interior humilitas.*

P R A E T E R E A non uideatur clericis sufficere interior humilitas multiplici ratione. ¶ Primo, quia oportet eos uitare scandala infirmorum. Et sicut tangit Apostolus de illo qui corā infirmo comedebat idolis immolatum, quod peccaret scandalizādo infirmum, qui credebatur hoc fieri cum ueneratione idoli: licet ille qui sciens erat idolum non ueneraretur, sed cōtemneret. Sic ille qui uestes superbas corā illo defert, qui credit quod ipse faciat propter uanam gloriā, licet ipse non faciat hoc tali causa, tamen ipse peccat, ut uideatur, ipsum scandalizando. 1. ad Corinth. 8. Si quis uiderit eum qui habet scientiam; in idolo recubentem, nōnne cōscientia eius quum sit infirma, edificabitur ad comedendum idolothyta? Et peribit infirmus in tuā cōscientia frater, propter quem Christus mortuus est? Sic enim peccantes in fratres, & percutientes cōscientiam eorum infirmam, in Christū peccatis. Quapropter si esca scandalizat fratrem in eum, non manducabo carnes in aeternum. Sic minister ecclesiæ debet dicere: Si uestis pretiosa scandalizat fratrem in eum, non deferā eam in aeternum. ¶ Secundo sufficit humilitas interior clericis: quia ipsi debent Christum imitari, qui non solum habuit interiorē humilitatem, sed etiam exteriorē.

Ipse enim, ad literā, pedes iuit, regnum fugit, ut legitur Ioan. 13. Societatem pauperum elegit, ubi caput reclinaret non habuit, Matthæi 8. Ad imitandum Christum monetur ministri Christi. Ioann. 12. Si quis mihi ministrat, me sequatur. Et 1. Ioann. 2. Qui dicit se in Christo manere, debet sicut ille ambulauit, & ipse ambulare. ¶ Tertio non sufficit clericis humilitas interior, quia oportet eos exemplum humilitatis dare aliis. unde Ioann. 21. ter dictum est Petro, Pasce oues meas. Pasce uerbo, pasce exemplo, pasce temporali subsidio. Exemplo autē humilitatis quomodo pascet, qui humilitatē exteriorē non habet: Ad humilitatem exteriorē monemur 1. Petr. 5. Omnes inuicem humilitatem insinuate, quia Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Et ibidē paulo ante Neque dominantes in clero, sed forma facti gregis ex animo. Exemplum superbix ostendere hominibus, hoc est pascere demones & non oues. Bernardus ad Eugenium papam: Tu pastor procedis deauratus, tam multa circumdatus uarietate: oues quid capiunt? si auderem dicere, demonū magis quam ouium pascua hæc. Sic faciebat Petrus: sic Paulus ludebat: Idē: Petrus nescitur processisse aliquando uel gemmis ornatus, uel sericis, non tectus auro, nec uectus equo albo,

nec

nec stipatus milite, nec circumstrepentibus septus ministris: neque hic tamē credidit satis posse impleri salutare mandatum, Pasce oues meas. ¶ Quarto non sufficit interior humilitas clericis: quia non solum à malo, sed ab omni specie mali eos abstinere oportet: iuxta monitionem Pauli 1. ad Thessalonicenses ultimo: Ab omni, inquit, specie mali abstinete uos. Ad hoc autem quod dominus dicit, Discite à me, quia mitis sum & humilis corde, &c. Dicendum, quod hoc dicitur ad ostendendum quod humilitas cordis necessaria sit, & non ideo quod sufficiat sola: sed dicitur hoc contra hypocritas, qui solam iustitiam exteriorem habere solebant. Matthæi 24. Vt uobis Pharisei & hypocritæ, qui mundatis quod de foris est calcis & catini: intus autem pleni estis rapina & immunditia. Et Ecclesiastici decimo nono: Est qui nequiter se humiliat, interiora autē eius plena sunt dolo. Contra hoc uerò quod dicitur, quod licet alicui habere has pulchritudines exteriores secundum modum suæ personæ, uidetur esse illud Ecclesiastes tertio: Quanto maior es, humilia te in omnibus. qui dixit in omnibus, nihil exceptit. Et Lucæ decimo quarto: Cum inuitatus fueris, &c. recumbe in nouissimo loco. non dixit in medio loco: sed in nouissimo. Præterea qui præminet in dignitate, debet præminere &

uirtutibus, unde debet esse excellentioris humilitatis: uirtutes enim sunt æquales. Contra hoc uerò quod dicitur, quod homo debet se conformare moribus hominum, inter quos uiuit: est illud: Nolite conformari huic seculo. Præterea quando aliquis est in aliqua religione dissoluta, non debet respicere ad ea quæ ibi seruantur, sed ad ea quæ insituerunt antiqui patres, ut ibi seruentur. Ordinauerunt enim Petrus & Paulus etiam de mulieribus, quod cauerent ad pretiosum ornatu. primæ ad Timotheū secundo: Non in tortis crinibus, aut auro, uel margaritis, uel ueste pretiosa. Et illud eiusdem sexto: Habentes alimenta, & quibus tegamur, his cōtenti simus. Non dixit, quibus ornemur, sed quibus tegamur. Et primo Petri tertio: Quorum non sit exterior capillatura, aut circumdatio auri, aut indumenti uestimentorum cultus. Ad ea ergo quæ secundum ordinatiōem eorum debet fieri: respiciendum est, non ad ea quæ fiunt. Præterea, si quis episcopus uel presbyter in tali habitu in principio ecclesiæ fuisset, multum reprehenderetur, & haberetur pro magno peccato & magna superbia. Quomodo ergo desit esse peccatum quod superbia erat? Nunquid consuetudo peccandi aufert uel minuit peccatum? Imò potius hominem magis peccatorem constituit.

uit. Nunquid quod tunc fuit superfluitas & vanitas, modo factum esse necessitas? Præterea si uiuendum est alicui secundum mores eorum inter quos uiuit, secundum hoc si omnes superbi efficiuntur, omnes definent esse superbi. Iam enim conformauit se moribus eorum inter quos uiuit: & si omnes foetidi sunt, iam nullus foetet, quod constat esse falsum. Sed hoc bene uerū est, ubi omnes foetidi sunt, minus foetor sentitur, secundum uerbum Bernard. Præterea si liceret etiam talibus uti, cauendū esset ei qui utitur, ne licetia sua alius offendiculum fieret. Vnde 1. ad Corinth. 8. dicit Apostolus illis qui immolata idolis comdebant sine ueneratione idolorum: Videte, inquit, ne licentia uestra offendiculum fiat infirmis. Et 1. ad Corinth. 6. Omnia mihi licent, sed nō omnia expediunt. Bernard. Sapiens opus suuartrina consideratione præuenit. Primo considerat an liceat. Secundo, an deceat. Tertio an expediat. Sed de hoc dictum est in tractatu de Auaritia. in cap. de pluralitate beneficiorum. Et in ueritate non decent personas authenticas, quæ quasi quoddam speculum debent esse minoribus, uestes pretiosæ. August. Fateor, de pretiosa ueste erubescor: non enim decet hanc professionem, non decet admonitionem, non decet hæc membra, non decet hos canos. Contra responsionem

eorum qui dicunt se talibus uti propter honorem ecclesie, Primo esse uidetur quod dicit Gregor. Nemo pretiosa uestimenta nisi ad inanem gloriam querit. Præterea, non cedit ad honorem ecclesie, quod minister ipsius speciem superbie exterius ostendat hominibus, sed potius humilitatem Christi: cum scriptum sit Eccles. 23. Magna gloria est sequi Dominum. Neque sponus ecclesie decorē exteriorē in ecclesia requirit, sed potius interiorē. Vnde postquam Dauid dixit, regē concupiscere decorem ecclesie, ipse uolēs innuere de quo decore intelligatur, subdit: Omnis gloria eius, scilicet filie regis, est ab intus. Ecclesia etiam dicit de se Canticorum primo: Nigra sum, sed formosa. Nigra est ecclesia exterius, formosa uerō interius. Quod etiam habitus ministrorum ecclesie manifeste exprimit. Habēt enim capas nigras exterius, superpellicium candidum deferentes sub capis: in quo ostendunt se contemnere gloriam, & pulchritudinem exteriorē, & amare pulchritudinē & gloriam interiorē. Sed multi si ueritatem in habitu suo ostendere uellent, potius capam nigram sub candido superpellicio deferret, quam econtrario. ¶ Præterea qui dignitatem ecclesiasticam terrene honore uolunt ornare, similes sunt illis qui aurum luto uolunt ornare. Honor enim terrenus in

comp

comparatione ad dignitatē ecclesiasticam se habet ut lutum ad aurum. Contumeliam etiam uidetur facere naturæ humanæ, & Deo, ad cuius similitudinem homo creatus est, qui talibus hominem ornare uult, uel honorare. Senec. Scitote tam bene homines culmo quàm auro tegi. Contemnite omnia quæ superuacuis labor uult, ornamentum aut decus poterit cogitare. Nihil præter animū est mirabile. Item cum aliquis non debeat sibi terrenam gloriam amare, uidetur quod similiter non debeat eam amare proximo, cū debeat proximū diligere sicut seipsum. Igitur nec debet eam amare ecclesie, cum ecclesia nihil aliud sit, quàm collectio fidelium. Præterea, quid querunt ministri ecclesie in huiusmodi pulchritudinibus exterioribus? Queruntne ibi beneplacitum Dei, uel utilitatem propriam, uel proximi? Si querunt beneplacitum Dei, fatuē agunt. Deus enim spiritus est, & decor spiritualis placet ei. Hieronym. Non tenera uestis, sed munditia mentis ornatum facit clericum. Multa etiam sunt quæ constat magis placere Deo, ut sunt opera pietatis; in quibus possent expendi quæ in exteriori pulchritudine expenduntur. De huiusmodi expensis, quæ pro pulchritudine exteriori fiūt, incertum est an Deo placeant. Tene certum secundum uerbum Augustini, & dimitte incertum.

Item constat sanctitatem Deo placere. Illam enim expresse querit Dominus Leuit. 19. Sancti, inquit, estote, quia ego sanctus sum. Et Apostolus 1. ad Thessalonicen. 4. Hęc est uoluntas Dei, sanctificatio uestra. Si ergo querunt Deo placere, sanctitatem honori, non honorem sanctitati debent præferre. Cuius contrarium in multis ministris ecclesie aperte quotidie uidemus. Vnde Bernardus: Videmus omnem ecclesiasticum zelum feruere pro sola dignitate tuenda. Honori totū datur, sanctitati nihil: imō, quod plus est, de placitis Dei nō curant, nec de propria salute, & plus grauentur expendere denariū unum pro amore Dei, & propria salute, quàm decem libras pro amore huius mundi. Bernard. De placito Dei ultima mentis est, pro iactura salutis nulla cogitatio, nisi quod sublitæ est. hoc salutare dicamus, & quod gloriam, redolet, hoc iustum. Constat etiam, quod non utilitatem proximi in hoc querunt, quum uideant quod in hoc potius proximum scandalizent, quàm ædificent. Utilitas etiam propria non apparet ibi. Bene apparet quod multum constant talia, sed fructum quem consequentur ex huiusmodi expensis, non uidemus. Et hoc solum deberet sufficere ministris ecclesie ad contemptum talium. Senec. Omnibus consiliis & rebus faciamus quod solemus facere, quot

quoties ad infitorē alicuius mer-
cis accesserimus, uideamus hoc
quod concupiscimus quanti de-
feratur. ¶ Præterea distinguamus
diuersas intentiones, quæ in ta-
libus pulchritudinibus possunt
incidere, ut appareat utrum ali-
quo modo talia ministris eccle-
siae licita sint. Et constat quod si
fiat propter luxuriam uel uanam
gloriam, illicita sunt. Item si ex
superbia fiant, scilicet intentione
& desiderio excellendi alios,
constat similiter quod sint illicita.
Si uerò fiant ut erubescencia
uitetur, quia erubesceret aliquis
quod non esset honorabiliter in-
dutus sicut alii, neque in hoc ca-
su absque culpa esse uideatur.
Non enim debent Christiani hu-
militatē Christi erubescere, un-
de Bernardus: Grata ignominia
crucis, sed ei qui Crucifixo in-
gratus non est, & Dominus Lu-
cæ nono: Qui autem erubuerit
me, & meos sermones, hunc Fi-
lius hominis erubescet cum ue-
nerit in maiestate sua, & Patris,
& sanctorum angelorum. Si ue-
rò talia fiant, & ministra ecclesiae
ab hominibus honorentur, ui-
detur quod hoc sit ponere la-
queū simplicibus. Videtur enim
simplices peccare, quando mini-
stros ecclesiae propter pulchritu-
dinē uestium honorat. Ad quod
uidetur pertinere illud Osee 5.
dictum ad sacerdotes: Laquei
facti estis speculationi. Qui ho-
mines propter uestes honorant,
uel propter diuitias, uidentur

cōtemnere humanam naturam,
cui uestes & diuitias præponit.
Videntur etiam Deum contem-
nere, ad cuius similitudinem
homo factus est, unde Iacobi se-
cundo: Si introierit in conspe-
ctu uestro uir aureum anulum
habēs in ueste candida, introie-
rit autem & pauper in sordido
habitu, & intēdatis in eum qui
indutus est ueste pretiosa, & di-
xeritis, Tu fede hic bene: pau-
peri autem dicatis, Tu ista illic,
aut fede sub scabello pedum
meorum: nonne iudicatis apud
uosmetipsos, & facti estis iudi-
ces iniquarum cogitationum? Si
uerò ista faciant ministri eccle-
siae, ne dissimilitudine fugent ho-
mines à se, licet hæc intentio re-
cta uideatur, tamen neque sic
omnino laudabiliter facere ui-
dentur. Sicut enim humilis habi-
tus aliquos diuites forsitan fuga-
ret: sic pretiosus habitus paupe-
res ab eis fugat, ut non audeant
ad eos accedere. Si uerò ista fa-
ciant ministri ecclesiae ne ab ho-
minibus contemnantur, neque
in hoc laudabiles uidentur: cum
ad perfectionem pertineat sper-
nere seipsum, uersus: Spernere
mundum, spernere nullum, sper-
nere sese, Spernere se sperni,
quatuor hæc bona sunt. Se-
neca: Aeque animo audienda
sunt imperitorum conuicia, &
ad honesta eunti cōtemnendus
est ipse contemptus. Bernardus:
Verus humilis non uult humi-
lis prædicari, sed ciuilibus ropani.

Si

Si uerò talia faciant ne uilescat
dignitas ecclesiastica, respōdeo
quod magis uilescit, quum con-
spicitur in hominibus qui su-
perbi apparent. Homines etiam
illiterati non possunt credere, quod
dignitas uel potestas ecclesia-
stica in hominibus sit, quos cre-
dūt esse malæ uitæ. unde dicunt
heretici, quod sacerdotes prauī
non dant uera sacramēta. Præter-
ea, si dignitas ecclesiastica sic
seruāda fuit ne uilesceret, nun-
quid hæc ignorauit Christus?
Quare ergo non instituit quod apo-
stoli & discipuli sui equitarent,
& purpura & bysso induerētur?
Nonne quod stultū est Deo, sa-
pientius est hominibus: ut legi-
tur 1. ad Cor. 1. Item quis nesciat
quod displicet sponso, si uideat
sponsam suā facere multas ex-
pensas ad ornandū se, ut placeat
adultero suo & inimico spon-
si sui, præcipuè si filii sponsi indi-
geant illis quæ sic expenduntur:
scilicet pauperes Christi, qui e-
suriunt: Sponsus ecclesiae Chri-
stus est: adulter uero mundus
iste, qui inimicus Dei est, ad e-
um ut uamicus uult esse mundi,
inimicus Dei cōstituatur. Iac. 4.
Adulteri, nescitis quia amicitia
huius mundi inimica est Deo?
Qui ergo uoluerit amicus esse
huius mundi, inimicus constitui-
tur Dei. Unde uerisimile est, quod
multum displiceat Deo quando
ministri ecclesiae tot & tanta ex-
pendunt ut placeant mundo, cum
uideant tot filios Dei esurire, &

sitire, & nudos esse. Mirum est
etiam cum qua cōscientia multi
magni prælati dicat uersum il-
lum in horis suis, Non habita-
bit in medio domus meæ, qui
facit superbiam, cum corā Deo
apertè mentiri uideatur, ex quo
permittunt ministros suos flo-
ribus coronatos, & alio superbo
modo ornatos sibi ministrare.
Præterea queritur, quare domi-
nus sacco uili carnis hominem
induit, si sacco illum purpura
superindui uoluit. Quis illum
mercatores non reputaret fa-
ctuum, qui bagam ream de scar-
leto burello cooperiret, si uolū-
tas sua esset, quod iterum super
burellum scarleta poneretur?
¶ Contra quartam uero respon-
sionem, qua dicunt ministri ec-
clesiae, quod ipsi non amant uanam
gloriam, nec ad uanam gloriam
talibus pulchritudinibus utan-
tur, sed habent eas tanquam non
habentes, primo uidetur esse uer-
bum Greg. prius positum. Nemo
enim pretiosas uestes, nisi ad
inanem gloriam querit, ut ui-
delicet cæteris honorabilior ui-
deatur. Nemo uult ibi pretiosis
uestibus indui, ubi à nemine
possit uideri. Secundo uidetur
esse contra illam responsionem
hoc, quod mirum est, quod uan-
am gloriam tam carè emunt, si
eam non amant. Videmus quod
multi non libenter expēderēt
pro æterna gloria decem soli-
dos, pro uana gloria centū soli-
dos expēdunt. Item si non amant
E E uanam

uanam gloriā, quare ostendunt hominibus in habitu suo quod ament, cum in hoc ipso scandalizent eos? Quid prodest sermo ne ad humilitatem, & opere ad superbiam? cum secundū Bern. efficacior sit uox operis, quā uox sermonis. Præterea, nōne ministri ecclesiæ exemplum debent dare hominibus contemnendi gloriā mundi, sicut & Christus fecit? Augu. Omnia terrena contempnit homo Christus Deus, ut ab hominibus contemnenda monstraret; & omnia aduersa sustinuit, ut sustinenda doceret. Quare etiā quædam alia pertinentia ad hanc materiā in tract. de Auaritia, in ca. de Prodigalitate clericorū. Illa etiam quæ dicta sunt prius contra superbium ornatum, & cōtra alias species superbix exterioris, posunt similiter ualere contra superbiam clericorum.

De superbia pralatorum, & quod multum conandum sit contra eorum superbiam.

C A P. XXXIII.

ET notandum est quod, multum conandum est prælati contra superbiam, & ad humilitatem. ¶ Primo, quia multū monet eos facta scriptura ad hoc. Vnde Deutero. 17. Præcipitur de rege constituto super Israhel, ut non eleuetur cor eius in superbia, super fratres suos. Et Eccle. 3. Quanto magnus es, humilia te in omnibus. Et 31. eiusdem: Rectorē posuerunt te, no-

li extolli, sed esto in eis quasi uous ex illis. Et Matthæ. 23. dicit dominus ad apostolos, quorum locum tenent prælati: Amen dico uobis, nisi conuersi fueritis à uestra elatione. Dicit Interlinear. & efficiamini sicut paruuli, non introibitis in regnum cælorum. ¶ Secūdo monet eos ad hoc ipsa natura. Aurum enim quod pretiosissimum est inter metalla, contendit habere infimum locum: ponderosissimum est enim. Sic quanto aliquis superior sit, tanto ad humilitatem conari debet. ¶ Tertio uerò quia ipse author naturæ monet eos ad hoc, qui cum esset summus, nouissimus uiroꝝ fieri uoluit, iuxta illud Esa. 53. Desiderauimus eum uirum despectum, & nouissimum uiroꝝ. Bernard. Quid magis admirandum, quid amplius detestandum, quid grauius puniendum, quā quod uidentis Dei filiū summū in regno cælorum, nouissimum factū in regno hominū: ut quid apponam magnificare se homo super terrā? ¶ Quarto uerò quia ualde pretiosa est & magnæ uirtutis in uilibus personis humilitas, Bern. Quā omni indifferenter personæ humilitas sit quædam turris fortitudinis à facie inimici, nescio quo pacto uis eius maior in maioribus, & clarior in clarioribus cōprobatur. Idem: Nō magnum est esse humilis in abiectione, magna proficit & rara uirtus humilitas honorata.

¶ Quis

¶ Quinto uerò, quia ex hac parte prælati sunt debiliores. Ex illa parte præcipue muniendum est castrū, ex qua parte debilius est. Ex illa parte præcipue resistendū est hostibus, ex qua parte præcipue impugnant. Sic quādo aliquis uidet se pronum ad aliquod uitii, uel à natura, uel aliā occasiōe, ipse debet se multum flectere ad oppositum: sic enim faciunt, secundū uerbum Sapientis, qui tortuosa lignorū dirigunt. Superbia enim multū infestat prælatos. Perfiant enim altissima uenti. Superbia in alto loco nata, scilicet in cælo, alta petit. unde pauci sunt, qui in dignitate ueram humilitatem seruent. Quod patet in lib. Reg. ubi de tot regibus legitur, quod excelsa nō abstulerunt. ¶ Sexto, quia prælati maiori scientia & gratia indigēt quā alii, & ideo maius uas humilitatis eis est necessariū. Præterea prælati custodes sunt sponsæ: & ideo necesse est, ut nec in habitu, nec in alio appareant in eis aliqua signa uel lasciuix, uel luxuriæ, quod tamen ualde male hodie seruatur. Bern. Intuere quomodo incedunt niti di & ornati, circumamicti uarietatibus, tanquā sponsa procedens de thalamo suo. Nempe si quempiam taliū repente eminus procedentē aspexeris, sponsam potius putabis quā sponsæ custodem. ¶ Et notandum quod ad hæc duo prælati multum deberent niti, ut

præessent utiliter & humiliter: & infra hæc duo limitata deberēt esse ea quæ ipsi iniungūt subditis. Sed sicut Bern. dicit: Pauci profecto sunt qui utiliter, Pauciores qui humiliter præsent.

De quadruplici superbia claustralii. C A P. XXXIII.

Quadruplex superbia in claustralibus solet inueniri. ¶ Prima species superbiæ est eorum qui sapientes se credunt, & ideo sensu suo se regere uolūt, & multum sunt suæ uoluntatis. De hac superbia dicit Bernard. Superbia quantum illis prudēs uideatur esse, dimittenda est & abigēda. Si enim admittatur superbia, prima die quæ incipit habitare, incipit leges dare. Pro uerbi. 26. Vidisti hominem sibi sapientem uideri? magis spem illo habebit inspiens. Tales nō sūt facere quod eis dicitur, etiā si prius habebant uoluntatem, quā eis diceretur. Grego. Superba mens ad ea quæ non appetit, nullis adhortationib. flectitur: ad ea uerò quæ appetit, spōte etiam cogi quærit. Et hæc species superbiæ præcipue periculosa est in nouitiis. unde Bernard. Nouitiū prudentem, insipientem, sapientem in cella diu posse cōsistere impossibile est. Stultus ergo fiat, ut sit sapiens. Et hæc omnis eius sit discretio, ut in hac nulla ei sit discretio: hæc omnis eius sapientia sit, ut in hac parte ei nulla sit. ¶ Secunda species superbiæ est eorū clau-

E E 2 fra

straliū qui despiciūt seculares & peccatores, credētes se iniquari ex consortio eorum, similes Iudæis, de quibus dicitur Ioan. 18. qui non introierūt in prætorium, ut nō contaminarētur, sed manducarent pascha. ¶ Timebant enim se inquinari cohabitatiōe infidelium, & non timebant se inquinari sanguine innocentis, scilicet Christi. Duces cæci excolantes culicem, camelum autē glutientes: ut dicitur Matth. 23. De talibus legitur Esa. 67. Qui dicit, Recede à me, nō appropinques mihi, quia imundus es. Isti fumus erunt in furore meo, ignis ardens tota die. Deut. 13. Non abominaberis Idumæum, quia frater tuus est: nec Aegyptiū, quia aduena fuisti in terra eius. Isti non attendunt quod in seculo aliquis potest ducere uitam religiosam, & aliquis in claustrō uitam secularem: quod figuratum uidetur esse Iosu. 4. ubi præcepit dominus, quod duodecim lapides sumerētur de medio Iordanis, & ponerentur in loco castrorū. Alios etiā duodecim lapides de sicco posuit Iosue in medio Iordanis. Aliqui enim seculares quo ad meritū sunt claustrales, & e contrario. Per lapides qui in fluuio erant, intellige eos qui sunt in fluxu huius mūdi. Per illos qui in arido, intellige illos qui sunt in claustrō. Greg. In examine reſti iudicis, mutat merita ordinū qualitas actionum. Et quidam in

meliori ordine deteriores sunt quia & isti sortem extremi habitus bene uiuendo transcendūt, & illi superioris loci meritum non exequendo dimittūt uel diminūt. Sancto Paphnutio oranti, cui sanctorum esset similis: responsum est primo, quod cuidā symphoniaco, qui quærebat uicium arte cantandi. Et cū Paphnutius eum inuenisset, quæsiuit eū si alicuius meriti esset apud Deum. Qui respondit, se nihil meminisse fecisse, nisi quod quum ipse latro esset, & quædam mulier esset capta, quam socii uolebant uiolare, restitit eis, & eripuit eam. Et alio tempore cum quædam mulier lamentaretur per eremum, eodē filii sui tenerentur in captiuitate, ipse errantem reduxit ad refectiōem, & dedit ei trecentos solidos, quibus redemit maritum & filios. Postea ille symphoniacus dimittens artem cantandi, intrauit eremū, hortatu Paphnutii factus uir sanctus. Et cum mortuus fuisset uir symphoniacus, iterum orauit Paphnutius, cui sanctorū similis haberetur. Et responsum est ei: Similis est primario uici huius qui est in proximo. Cūque uenisset ad eū, & inquisisset de uita eius, dixit se esse coniugatum, & libenter sedantem lites, hospitalem, qui non cognosceret uxorem nisi causa prolis, nō raptorē, nō lædentē uxore, famulos, uel greges, uel fruges aliorū. Et idē in hortatu Paphnutii uenit

uenit ad eremum. Et cum mortuus fuisset, iterum dictum est ei, quod similis esset cuidā negotiatori uenienti ad se. Cui cum occurrisset Paphnutius, hortatus est eū ad eremū: qui acquieuit ei, & omnia distribuit pauperibus. Et non post multū tempus mortuus est. Et postea per uocē eius Paphnutio reuelatū est, quod esset citō moriturus & assumendus in cælū, & hoc nō esset ideo ei prius reuelatū, ne forte elatus aliquid damnū sui laboris inde incurreret. Et mortuus est, aliis uidentibus anima eius ab angelis psallentibus delata est in cælū. ¶ Tertia species superbiæ est eorū qui uolunt habere in claustrō quæ nō habebant in seculo: ut delicias uel magnū nomeu, contra hoc, quod dicit Aug. Qui autē non habent, non ea querant in monasterio, quæ nec foris habere potuerūt. Et iterū: Non erigant ceruicem, quia eis associantur ad quos foris accedere non audebant: sed sursum cor habeat, & terrena uana non querant, ne incipiant monasteria esse utilia diuitibus, nō pauperibus, dum diuites illic humiliantur, & pauperes illic inflantur. Quidam etiā qui ante claustrū ingressum uix in suo uico uel oppido cogniti fuerāt, post circueūtes provincias, & curias frequentates, regum notitias & principum familiaritates assentiuntur. Quarta species superbiæ est superbia eorum qui in

claustrō gloriantur, uel superbiunt, uel de diuitiis quas habuerunt in seculo, uel de hoc, quod contulerunt eas claustrō, uel de aliquibus quæ strenuē egerunt in seculo. Unde Aug. Nec extollantur, si communi uitæ aliquid de suis facultatibus contulerūt: nec de suis diuitiis magis superbiant, si eas monasterio partiantur, quàm si eis in seculo fuerant. Et iterum: Quid prodest dispersergo dare pauperibus, & pauperem fieri, quū anima misera superbior efficitur diuitias contemnendo, quàm fuerat possidendo? Ber. Nonnunquā audiuius aliquos de his qui religiose uestiti & religionē professi sunt, reminisci & iactitare mala sua præterita, quæ uerbi gratia, aliquādo uel fortiter gladiatorio, uel argute in literatorio gessere conflictu, siue aliud quiddā secundū mundi facultatem fauorabile, secundū salutē uerō animæ nociuū, perniciosū & dānosum, secularis adhuc animi indicium est hoc: & humilis habitus qui gestatur à talibus, non sanctæ nouitatis est meritum, sed præcæ uetustatis operculū. De duodecim gradibus superbiæ secundum Ber. C. A. P. XXXV.

PRÆter tres diuisiones superbiæ prius positas, sunt aliæ duæ diuisiones, quæ uidentur quodāmodo pertinere ad peccatū superbiæ. Prima est, gradū superbiæ. Secunda uerō est quorundam uitiorum, quæ ex

superbia procedūt. De utriusque ergo tractabimus. Sed primo de gradibus superbiæ. ¶ Norandū est ergo q̄ duodecim sunt gradus superbiæ, quos beatus Bern. distinguit. ¶ Primus gradus est curiositas, quæ secūdu Bern. his indicia deprehenditur. Si uideris monachū, de quo prius bene cōfidebas, ubi stat, ambulat, sedet, oculis incipientem uagari, caput erectum, aures portare suspensas, & motibus exterioris hominis interiorē immutatū hominem agnoscas. Oritur autem secundum Bern. ista curiositas in alios ex incuria sui, unde ipse ait: Dum anima à sui circumspectione torpescit, incuria sui, in alios curiosam eam facit. Idē: Quō à te curioso recedis? Cui te interim cōmittis? Nunquid aures oculos lenare in cælum, qui peccasti in cælū? Terrā intueri, ut cognoscas te ipsum: ipsa te tibi repræsentabit, quia terra es, & in terrā ibis. ¶ Secundus gradus est leuitas, quæ secūdu Bernar. sic oritur ex gradu præcedenti. Monachus, qui sui negligens est, alios curioso circumspicit, dum quosdam suspicit superiores, quosdā despicit inferiores. In alijs quidē uidet, quod inuidet; quod in alijs irridet: inde animus nulla sui cura grauat, per superbiā ad alta se erigens, modo per inuidiā tabescit, nunc per excellentiam pueriliter hilarescit, & q̄ superari se dolet, & quod superare

se gaudet amor propriæ excellentiæ facit. Quibus uerō indicia iste gradus perpendatur, Bern. ostendit, dicēs: Has animi uicissitudines nunc pauca & mordacia, nūc multa & inania, nunc risu, nunc luctu plena, semper uerō irrationabilia indicant uerba. ¶ Tertius gradus est inanis lætitia, quæ secundum Bern. sic oritur ex præcedenti. Monachus qui duos gradus superbiæ ascēdit, cum gaudiū uidet interpolari tristitia, quā de bonis alterius cōtrahit, impatiēs suæ humiliationis, fugit ad cōsiliū falsæ cōsolatiōis. Ex illa parte qua sua sibi uilitas, & aliena excellentia monstratur, restringit curiositatē, ut in quo ipse uidetur excellere, curiosius notet, in quo alter præcellit, semper dissimulet: ut dum deuitat quod triste putatur, lætitia cōtinuetur. Deprehēditur etiā iste gradus his indicia, secundū Bern. Rari uel nulli gemitus sunt, uel lacrymæ. Putes, si attendas aut sui oblitū, aut ablutum à culpis: si in signis scurrilitas, in fronte hilaritas, uanitas apparet in incessu. Pronus ad iocum, facilis & promptus ad risum. Similis est uesicæ turgide uento, pūcto perforatæ exiguo, quæ si stringitur crepitat, & crebros sonitus reddit, uento non passim, sed strictim egrediente. Sic uentus uanitatus à monacho nō ualēs liberē egredi propter disciplinam silentij, inter angustias faucium per cachinnos emittitur:

tur: & cum os obstruxerit, per nares sternutare audiat. ¶ Quartus gradus est iactantia in multiloquio, quæ secūdu Bern. ex præcedenti gradu sic oritur. Postquam uanitas crescere, & uesica grossescere cōperit, necesse est ut ampliori foramine laxato finu uerositas erudetur, alioquin rumpetur. Deprehenditur autē gradus iste his indicia: Qui in isto gradu est, esurit & sitit auditores, quibus omne quod sentit effundat, præuenit interrogantem, non querētī respōdet. Ipse querit, ipse soluit, & uerba locutoris imperfecta præscindit. Pulsato signo breue cōqueritur interuallum. Si de religione agitur, statim uisiones & somnia proferuntur. Laudat ieiunia, commendat uigilias, super omnia orationes exaltat. Si ad ludicra sermo conuertitur, in his quanto assuetior, tanto loquacior inuenitur. Dicas, si audias, stultiū esse scurrilitatis os eius, ita ut seueros & graues animos in leuitatē cōcitet risus. ¶ Quintus gradus est singularitas quæ à præcedenti gradu sic oritur, secundum Bern. Turpe est ei qui se supra ceteros iactat, si nō plus ceteris agat aliquid, ut ultra ceteros appareat. Perpenditur autē gradus iste his indicia. Qui in hoc gradu est, plus sibi blanditur de uno ieiunio, quā ceteris prædentibus facit, quā si cum ceteris septem diebus ieiunauerit. Commodior uideretur sibi

una oratiūcula peculiaris, quā tota psalmodia unius noctis. Dolet aliquē se pallidiorē & minus comedentē, pallorem suum & maciem in manibus & cætera quæ potest uidere speculari. Ad omnia sua strenuus, ad omnia communia piger. Vigilat in lecto, dormit in choro. ¶ Sextus gradus est arrogantia, quæ secūdu Bern. sic oritur ex præcedenti. Quī ex his quæ singulariter agit, apud simplices eius opinio excreuerit, qui opera probant quæ cernūt, sed unde prodeant non discernūt: dum miserum beatificant, in errorē inducūt. Credit quod audit, quæ intendat nō attendit. Obliuiscitur intentionē, dū amplectitur opinionem, ubiq̄ de omni alia re plus sibi quā aliis credit: de se solo plus aliis quā sibi credit, ut non solū uerbo aut operum ostentationē suam præferat religionem, sed intimo cordis affectu credat se omnib⁹ sanctiorem. Et quicquid laudatum de se agnouerit, non ignorantia aut beneuolentiæ laudatoris, sed suis meritis adscribit. ¶ Septimus gradus est, presumptio quæ sic ex præcedenti oritur secundū Bern. Qui alios se præcellere putat, quomodo plus de se quā de aliis nō presumat? Primus in cōuētib⁹ residet, in cōsilijs primus respondet, nō uocatus accedit, non iussus se intromittit, reordinat ordinata, reficit facta. Quicquid ipse non fecerit aut

ordinauerit, nec reſectum nec pulchre ordinatum exiſtimat. Iudicat iudicantes, præiudicat iudicataris. Si cum tempus aduenierit, nõ promoueat ad prioratum, ſuũ abbatem aut inuidũ iudicat, aut deceptum. Quod ſi mediocriſ aliqua obedientia ei iniuncta fuerit, indignatur arbiſtrari non minoribus ſe eſſe occupadum, qui ad maiora ſe ſentit idoneum. ¶ Octauus gradus eſt, deſenſio peccati, quæ ſecundũ Ber. ſic oritur ex præcedenti. Qui præoptus ad omnia ſe conſuevit ingerere, impoſſibile eſt aliquando non errare. Ad prælatum autem pertinet errantem arguere. Sed quomodo culpam ſuam conſitebitur, qui nec eſſe putat, nec putari culpabilis putatur? præterea cũ culpa imputatur, creſcit, nõ amputatur. Multis uerò modis fiunt excuſationes in peccatis. Aut enim dicit qui ſe excuſat, non feci: aut, feci quidem, ſed bene feci: aut, ſi male, non multũ male: aut, ſi multũ male, non mala intentione. Si autem de illa conuincatur, aliena ſe nititur excuſare ſuaſione. Sed qui aperta deſendit, quãdo occuſat & mala cogitationes cordi ſuo aduenientes humiliter reuelaret abbati? ¶ Nonus gradus eſt ſimulata conſeſſio, qui gradus quomodo ex præcedenti oriatur, Bern. oſtendit dicens: Nonnulli cum de apertioribus arguuntur, ſcientes quod ſi ſe deſederent, non crederentur, ſub-

tilius inueniunt argumentum deſenſionis, uerba reſpondentes doſe conſeſſionis: Vultus demittitur, proſternitur corpus, aliquid lacrymas ſi poſſunt ſibi extorquet: uocem ſuſpiriis, uerba gemitibus interrumpit. Nec ſolum talis obiecta non excuſat, ſed ipſe quoque culpam exaggerat, ut dum impoſſibile aliquid aut incredibile culpæ ſuæ ore ſuo additũ audis, etiam illud, quod ratum putabas, uix credere poſſis. Quomodo autem hæc ſimulatio perpendatur, Bern. oſtendit, dicens: Vaſa figuli probat fornax, & tribulatio uerè poenitentes diſcernit. Qui ueraciter poenitet, laborem poenitentiae non abhorret. Cuius ſimulata conſeſſio eſt, una uel leui contumelia, aut exigua poena interrogatus, iam humilitatem ſimulare, iam ſimulationem diſſimulare nõ poſſe. Murmurat, frendet, irſcitur. Quanta putas tũc ſit conſuſio in corde ſuperbi, cum fraus decipitur, pax amittitur, laus minuitur, nec culpa diluitur? Tandẽ notatur ab omnibus, iudicatur ab omnibus, eoque uehementius omnes indignantur, quo fallum conſpiciunt quicquid de eo prius opinabantur. Tũc opus eſt prælato, ut eo minus parcendũ illi putet, quo magis omnes offendit, ſi illi parit. ¶ Decimus gradus eſt rebellio, quæ quomodo oriatur, ex præcedenti Ber. oſtendit, dicens de illo qui eſt in nono gradu, Niſi

mifer

miferatio diuina eum reſpiciat, ut (quod ualde difficile eſt talibus) uniuerſorum iudiciis tacitus acquieſcat: frõtoſus mox & impudens factus, tanto deterius quanto desperatius in decimũ gradum per rebellionẽ corruiſit, quique prius latenter arrogans fratres contempſerat, iam patetẽ inobediens etiam magiſtrũ contemnit. Sciendũ nanque, quod gradus duodecim in tres tantũ colligi poſſunt: ut in ſex ſuperioribus ſit contemptus fratrum, in quatuor ſequentibus contemptus magiſtri, & in duobus qui reſtant, ſit contemptus Dei. Item notandũ eſt, quod duo ultimi gradus in congregatione deſendi non poſſunt. Denique ubi fratrum concordiam, aut magiſtri ſententiam monachus ſpernit, quid ultra in monaſterio niſi ſcandalũ facit? ¶ Undecimus gradus eſt libertas peccandi, per quam monachus cũ iam nec magiſtrũ uidet quem timeat, nec fratres quos reueretur, tanto ſecurius, quanto liberius ſua deſideria implere delectatur, à quibus in monaſterio tam pudore quam timore prohibebatur. Sed etſi iam fratres & abbatem non timet, nondum tamen penitus Dei formidine caret. Hanc ratio tenuiter ſubmurmurans adhuc uoluntati proponit: nec ſine aliqua dubitatione quæcumque primũ illicita perſicit: ſed ſicut is, qui uadum tentat, pedetentim, non curſum uitorum gurgitem intrat. ¶ Duo-

decimus gradus eſt conſuetudo peccandi, qui ſic oritur ex præcedenti ſecundũ Ber. poſtquam terribili Dei iudicio prima flagitia impunita ſequitur, experta uoluptas libenter repetitur, repetita blanditur. Concupiſcentia reuiuifcẽte ſopitur ratio, ligat conſuetudo. Trahitur miſer in profundũ malorum, trahitur captiuus tyrannidi uitioſũ: ita ut carnalium uoragine deſideriorum abſorptus, ſuæ rationis diuinique timoris oblitus, dicit inſipiens in corde ſuo, Non eſt Deus. Iam indifferenter libitis pro licitis utitur: iam ab illicitis cogitandis, patrandis, inueſtigandis animus, manus uel pedes non prohibentur: ſed quicquid in cor, in buccam, ad manũ uenit, machinatur, garrit, & operatur maleuolus, maligniloquus, facinoroſus.

De quibusdam uitijs qua procedunt ex ſuperbia, & aduerſantur ſanæ fidei. C A P. XXXVI.

Dicẽdo de duodecim gradibus ſuperbiæ, conſequenter dicẽdum eſt de quibusdam uitijs quæ procedunt ex ſuperbia. Dicẽnus autẽ tantũmodo de quinq; illorũ, licet ſint multa. ¶ Primo dicẽmus de quibusdam erroribus qui ſanę fidei aduerſantur. Errores enim ex ſuperbia procedere ſolent. Quia ſicut dicit Aug. ſuperbia meretur illud, Et ſuper illud Ieremię 49. Arrogantia tua, & ſuperbia cordis tui decepit te. dicit glo.

EE 5 Omnis

Omnis hæreticus, non ignorantia. ¶ Secundo dicemus de peccato irreuerentiæ. ¶ Tertio, de peccato inobedientiæ. ¶ Quarto, de peccato vanæ gloriæ. ¶ Quinto, de peccato hypocrisis. ¶ In primo uero capitulo nõ proponimus dicere de omnibus erroribus qui cõtrarii sunt sanæ fidei, quia hoc nimis longũ esset: sed solum de quibusdam qui inueniuntur etiam in eis qui fideles uidentur.

¶ *Quòd diabolus multum conatur seminare errores in ecclesia Dei.*

IN primis uerò notandum, quod diabolus multũ conatur seminare errores in ecclesia Dei. Ipse enim quasi coruus, qui primò currit ad oculũ cadaveris, lumẽ fidei multũ conatur extinguere in homine. Cuius rei multæ causæ assignari possunt. ¶ Prima causa est, quia ipse scit postquã oculum fidei excæcauerit in homine, ipse potest hominẽ inducere in omne peccatũ. Vnde quidam senex in Vitis patrũ dixit, quod quãdo operiuntur oculi animalis, tunc circumit ad molendinum, alioquin non ambulat in circuitu molæ. Sic diabolus si operuerit oculos mētis, in omne peccatum inchnat hominẽ, quod figuratum est Iudic. 16. in Sampsonẽ, cui postquam Philisthæi eruerunt oculos, ipsi eum clausum in carcere molere fecerunt. ¶ Secũda causa est, quod diabolus odit lucem fidei, unde de ipso specialiter dicitur illud Io-

annis 3. Qui male agit, odit lucem. Ipse est falsus mercator uolens homines decipere, ideo tenebras procurat. Ipse etiam est deformis adulter: unde ne deformitas eius uideatur, procurat tenebras: iuxta illud Iob 4. Oculus adulteri obseruat caliginem. ¶ Tertia causa est, quod diabolus eos qui sibi seruiũt, ducit ad patibulũ infernale. Ipse enim sic remunerat seruiẽtes suos, & ideo uelat eis oculos ne uideãt quò ducãtur. ¶ Quarta causa est hæc, quia ipse scit, quod si potest aliquem ponere extra uiam fidei, quicquid postea ille faciet inutile erit sibi, quãtũ ad meritum uitæ æternæ. De uia ista potest intelligi illud Psal. Errauerunt in solitudine in inaquoso: uiam ciuitatis habitaculi non inueniunt. Aug. Bona opera præter fidem uidentur mihi esse uelocissimi cursus extra uiam. ¶ Quinta causa est hæc, quod fides dexter oculus est animæ, quã si diabolus homini eruerit, ipsum inutilem ad pugnam reddit. Quod figuratum est 1. Reg. 11. in hoc, quod dixit Naas Ammonites ad illor de labes Galaad: In hoc uobiscũ fœdus feriã, ut eruam omnium uestrum oculos dexteros. Cuius intentio erat, quod dextris oculis erutis, cũ operirẽtur sinistri scutis, ipsi inutiles fierẽt ad pugnam. ¶ Item fides est fundamentũ totius edificii spiritualis, quò destructo scit diabolus, quod edificium spirituale spiritualiter destruetur.

struatum est. Item scit diabolus, quod extra fidem nõ sit locus promotionis. Vnde cum ipse promotionẽ homini inuideat (nollet enim, quòd eam haberet, cũ ipse nõ sit habiturus eam) ipse multum laborat ad hoc, quod extra fidem hominẽ ponat. Quisquis extra fidem est, gladiũ iræ Dei habet euaginatũ super se. Io. 3. Qui incredulus est Filio Dei, non uidebit uitam, sed ira Dei manet super eũ. Item quicquid extra fidem est, in mundo isto quasi in diluuiò perit. Quidquid est in hoc mundo extra fidẽ, est uelut mare mortuũ, in quo nihil uiuit. Vnde bona hæreticorũ sunt uelut poma quæ crescũt in arboribus circa mare mortuum, quæ ante maturitatẽ sunt uiridia: matura uero incisa, fauillã habent inuis. Sic bona hæreticorũ uera bona uidentur, sed ad ultimum ignis infernalis in eis inuenitur. Extra fidem nihil est, quod placeat Deo in mundo: quia secundũ Apostolũ ad Hebr. 11. impossibile est sine fide placere Deo. Et Iere. 5. Domine, oculi tui respiciunt fidem. Nihil etiam est bonum homini in mundo isto, absque fide. Propter has causas diabolus multum conatur errores fidei contrarios seminare in ecclesia Dei. Et propter easdem causas multum deberemus conari contra errores, & precipuẽ prelatis, quorum negligẽtia errores ut frequẽtius subintrant, sicut dominus ostendit Mat. 13.

dicens: Simile factũ est regnum cælorum homini qui seminauit bonum semen in agro. Cum autem dormirent homines, uenit inimicus eius, & superfeminauit zizaniã in mediò tritici. In dormitione hominum negligentia prelatorum intelligitur. ¶ *De quatuor erroribus in quibus etiam fideles uidentur esse.*

QUATUOR uerò errores inueniuntur etiã in his qui fideles esse uidentur, per quos errores diabolus innumeras animas ad inferos trahit. De quibus erroribus aliquid tangemus. Primus est, error diuinationis. Secundus est, error maleficiorum. Tertius est, error superficiorum remediorum. Quartus est, error illarum personarum, quæ credunt ea quæ sunt in somno tantum, & in spiritu, fieri in ueritate, & corporaliter, sicut est error illarum mulierum, quæ dicunt se ambulare de nocte cum Herodiade.

¶ *De errore diuinationis, & quatuordecim speciebus eiusdem.*

CIRCA primum uerò notandum, quod diuini dicũtur quasi Deo pleni. Isti sibi attribuunt, quòd Dei est. Præsumunt enim prædicere futura, & reuelare occulta, quæ duo ad Deũ specialiter pertinet. ¶ Sũt autem multæ species diuinationis ex quibus quatuordecim numerare sufficiat, licet sint multo plures. ¶ Prima fit in igne, & uocat pyromantia, à pyr quod est ignis, & mãtia, quod est

est diuination. ¶ Alia fit in aëre, quæ uocatur aërimantia. ¶ Tertia fit in aqua, quæ uocatur hydromantia, ab hydor, quod est aqua. ¶ Quarta fit in terra, quæ uocatur geomantia, à geos, quod est terra. ¶ Quinta fit per Pythones, in quibus spiritus malignus loquitur. Dicuntur autem pythones uentiloqui, à Pythio Apolline sic dicti. ¶ Sexta fit per mortuos suscitatos, quæ necromantia dicitur: à necros Græcè, quod mortuus dicitur Latine: mantia idem est quod diuination. ¶ Septima est augurium, quæ attenditur in gestu & cātu & uolatu auium. ¶ Octaua attenditur circa sternutatiōes. ¶ Nonna circa somnia. ¶ Decima circa sortes quas falso dicunt apostolorū. ¶ Undecima circa uariā inspectionē Psalterii, Euāgeliorū & aliarū scripturarū. ¶ Duodecima est mathematicorū, qui constellationes considerāt, qui etiā dicuntur Magi. ¶ Tertiadecima est, eorum qui arioli dicuntur, qui in aris idolorū dæmonū responsa respiciunt. ¶ Quartadecima est, eorum qui uocantur aruspices, quasi horarū uel aure spectatores, qui dies & horas in operibus agēdis custodiūt. ¶ Regulariter autem tenendum est, quod omnis diuination quocunque modorum predictorum fiat, uel alio simili prohibita est, maledicta à Deo & sancta ecclesia.

¶ De his quæ faciunt ad desolationem huius peccati.

ET sunt multa quæ deberent homines cohibere ab hoc peccato. ¶ Primum est, quod hoc peccatū diabolicū est. Diuini enim ad modum Luciferi similes uolunt esse altissimo, dum predicere uolūt futura, quod ad Deū specialiter pertinet. Vnde Esā. 41. Priora & nouissima reuelante mihi, & dicam quod dii estis. Et est inuentum peccatum istud in mūdo isto à dæmonibus. Vnde Augustinus. Hęc uanitas magicarum artium ex traditione malorum angelorū in toto orbe terrarū plurimus seculis inuoluit, & per inuentiones eorum inuenta sunt aruspicia, & auguratiōes, & ipsa quæ dicitur oracula. Qui autem diuinis fidem adhibet, miles sunt illis angelis qui Luciferi superbiēti cōfesserunt. Et sicut Lucifer, eodē uoluit esse Deus, & satanas factus est, & Dei aduersarius, similiter & angeli qui ei consenserunt, Dei aduersarii facti sunt. Sic & diuini qui uolunt esse ut Deus, & qui eis fidem adhibet, Dei aduersarii & satanę efficiuntur. Nō parum offenderetur ut Franciæ erga eum qui regem se uellet facere in regno eius, & erga omnes qui ei consenserunt. Oportet quod ille qui se regē faceret, cū regē pugnaret, ut uideretur quis potentior esset: ita necesse erit quod Deus pugnet cum diuinis, & cum illis qui cōfentiūt illis. Et sicut legitur Sapient. 5. Pugnabit cum illo orbis

terrarum

terrarum contra insensatos. Ibi dicitur, quod accipiet armaturam zelus illius, & armabit creaturam ad ultionē inimicorum: & acuet iram diram in læceam: & tūc apparebit quis potentior erit, an ipse, an diuini. ¶ Secūdo deberet cohibere homines à peccato isto hoc, quod sacra scriptura ita dissuadet illud. Vnde Leuitici 19. Ne declinetis ad magos, nec ab ariolis aliquid sciscitemini. Et ibidem: Non augurabimini, nec obseruabitis somnia. Et Deuteronom. 18. Non inueniatur in te qui ariolos sciscitetur, & obseruet somnia atque auguria, ne sis maleficus, nec incantator, nec pythones consulas, nec diuinos, nec queras à mortuis ueritatem. Et ad Galatas 4. Dies obseruatis, & mensis, & tempora, & annos: timeo ne forte sine causa laborauerim in uobis. ¶ Tertio deberet cohibere homines à peccato isto multiplex pœna qua legitur Dominus punisse hoc peccatum, & pœnæ quæ in lege diuina & iure positio huic peccato taxantur. ¶ Notandum ergo quod peccatum diuinorum simile est peccato Heuæ matris nostræ, quæ diuinam scientiam appetit dicēte sibi diabolo Genes. 3. Quacunque die comederitis ex eo, aperientur oculi uestri, & eritis sicut dii, scientes bonum & malū. unde mulieres quæ diuinæ sunt, uel diuinis fidem adhibentes, quemadmodū

mater earum Heua diuinā scientiam affectant, attendere debēt multiplicem pœnam, qua totus mundus pro peccato illo punitus est. De pœna etiā huius peccati, legitur 4. Reg. 1. quod mandauit Elias Ochoziæ: Nunquid nō est Deus in Israël, ut eatis ad consulendum Beelzebub deum Accarō? Quam ob rem hæc dicit Dominus, de lectulo super quem ascendisti, non descēdes, sed morte morieris. & 1. Paralipp. 10. sic legitur: Mortuus est Saul propter iniquitates suas, eodē quod præuicatus sit præceptum Domini quod preceperat, & non custodiuit illud: sed in super etiam pythoniſtam cōsuluit, nec sperauit in Domino, propter quod interfecit eum, & trātulit regnum eius ad Dauid filium Isai. De pœna uero taxata huic peccato, legitur Leuitici 19. Anima quæ declinauerit ad magos & ad ariolos, & fornicata fuerit in eis, ponam faciē meam cōtra eam, & interficiam eam de medio populi sui. Item Leuitici 20. Vir siue mulier, in quibus pythonicus uel dinatiois fuerit spiritus, morte moriantur, lapidibus obruent eos sanguis eorū sit super eos. ¶ Pœna taliū secūdam canonē multiplex est. Sūt enim infames: nec debent recipi ad Eucharistiā, si notorium est peccatum, sicut nec histriones. Item non debent admitti ad accusationem. Item ad hoc debent excommunicari.

Item

Item si post admonitionem uel excommunicationem noluit se corrigere: Si serui sunt, debent uerberibus castigari: Si liberi, includi in carcere: uel utrique sunt de parocia turpiter dehonestandi: id est, tōsurati uel decaluati eiiciendi. Et hoc potest ipse sacerdos parochialis sua auctoritate facere, dum tamen caueat à membrorū destructione, morte, & sanguinis effusione: uel si necesse fuerit, inuocet brachium secularē. secundum uerō leges, tales capite puniuntur.

¶ Quarto debet cohibere à peccato isto hoc, quod legitur Deuter. 18. ubi hæc peccata prohibentur, quia omnia hæc abominantur Dominus. ¶ Quinto uero hoc, quod hoc peccatum à beato Augustino reputatur apostasia. unde ipse ait: Non obseruabis dies qui dicuntur Aegyptiaci, aut Calēdas Ianuarii, in quibus quædam cātilenæ & comessationes & adinuicem dona donantur, quasi in principio anni boni faciunt auguria, aut aliquos mēses aut tempora, dies uero & annos, aut lunæ solisq; cursus: quia qui has aut quascūque diuinationes, aut sata, aut auguria obseruat, aut attendit, aut consentit obseruātibus, aut talibus credit, aut ad domū eorū uadit, aut in domo sua introducit, aut interrogat, sciat se fidē Christianam & baptismum præuariasse, & paganū & apostatā & Dei inimicum, iram Dei gra-

uiter in æternum incurere, nisi ecclesiastica pœnitentia emendatus Deo reconcilietur.

¶ An liceat fortibus uti.

VIDETVR tamē, q̄ fortibus liceat uti, quia forte Iosue exquisiuit peccatum Achor, Iosue 7. Sorte etiam deprehensus est Ionathas à Saul comedisse fauū mellis. 1. Regum 14. Ionas etiam sorte à nauis deprehensus est, Ionæ 1. Dicit etiā Aug. quod fors nō est aliquid mali, sed res inhumana dubitate diuinam indicans uoluntatem. Ad exempla uerō obiecta dici pōt quod hæc & multa alia permittebantur ante Euangelium, quæ tempore pfectioris disciplinæ sunt eliminata. Itē sicut ait Hieronymus, priuilegia singularia legem cōmunē facere nō possunt. Ad illud uerō quod dicit Augustinus, q̄ fors nō est aliquid mali, dicitur potest quod uerum est in sua natura: tamen prohibetur, quia propter absiduitatē labi possēt quasi in idololatriā. unde si esset causa honesta, & subesset necessitas, ut si esset cōtētio de electio-
ne aliquorum, & esset paritas utrobique: in omnibus, uerisimile est q̄ exemplo Mathiæ possēt sortes fieri. Et hoc ait Beda, dicens: Si qui necessitate aliqua cōpulsī Deum putāt fortibus apostolorū esse cōsulen- dum, uideat ipsos apostolos nō nisi collecto cœtu fratrū, & precisibus ad Deū factis hoc egisse. Itē cū quædā ciuitas esset obsessa, & dubitaretur

clerū

clerus, qui deberent fugere, & qui manere, consultus Augustinus, respōdit illud esse sorte diuindum.

¶ De somnijs, & utrum sint obseruanda.

ITEM obicitur de somnijs, quæ uidentur esse obseruanda. Cū quādoque per somnia ostēdat Dominus hominibus quid futurum sit, ut apparet per somnium Pharaonis, ut habetur Genes. 41. quod somniū Ioseph exposuit. Item apparet per somniū Nabucho donosor, quod exposuit Daniel, de quo habetur Daniel. 4. Et Matth. 2. Apparuit angelus Domini Ioseph in somnio, dicens: Ioseph fili David, &c. Ad quod dicēdum est, quod in ueritate somnia obseruanda nō sunt: Sapiens: Somnia ne cares. Eccl. 3. 4. Somnia extollunt impudentem. Et ibidē: Multos errare fecerūt somnia, & exciderunt sperātes in illis. Vnde quidā dum multū attenderet somnijs, somniauit se diu uicturum. Cūque multa bona cōgregasset, repente defunctus est.

¶ Sex modū sunt imaginationes somniorum.

AD solutionē uerō obiectorum notādum est quod sex modū sūt imaginationes somniorum, sicut dicit Grego. in dialogo. Aliquando uentris plenitudine, aliquando uētris & capitis exinanitione, aliquando dæmonis illusionē, aliquando Dei reuelatione, aliquando cogitationē

simul & illusionē, aliquando cogitationē & reuelationē simul. Duo prima genera somniorum experimento cognouimus, cætera in scripturis inuenimus. De tertio Ecclesia. 3. 4. Multos errare fecerunt somnia. De quarto somnio legitur Genes. 37. Audite somnium quod uidi, dixit Ioseph fratribus suis. De quinto somnio legitur Eccl. 5. Vbi multa sunt somnia, multe sunt uanitates. Et parū suprā: Multas curas sequuntur somnia. De sexto uerō somnio legitur Dan. 2. Somnium tuum, & uisões capitis tui in cubili tuo, huiuscemodi sunt. quod postea disserēs Daniel de radice cogitationis, inchoauit, dicens: Tu rex in stratu tuo cœpisti cogitare, &c. Nō est ergo credendum somnijs, quia quod impulsio, sicut facile nō elucet: tamen sancti illusiones & reuelationes quodam intimo sapore discernunt, ut sciāt quid à bono spiritu percipiāt, uel quid ab illusionē patiantur: ut dicit Grego. ¶ De somnio & illusionē dæmonis facta, dicit Gregorius super illud Iob 7. Terrebis me p somnia, &c. Diabolus cupidus prospera, timidus aduersa per somnia ingerit, ut magis eos illiciat, sed & sanctos quos minus uidet uigilantes, grauius tentat dormiētes: quod Deus benignè permittit, ne saltem in somnijs à passionis præmio uacet.

¶ Quare tam frequenter eueniant quæ dicunt diuini.

Secd

SED adhuc queritur quomodo eueniant frequenter que predicunt diuini, ex quo fides eis adhibenda non est. Ad quod respondet Aug. q. hoc fit Dei permiffio, ut probetur qualis fide homines ad Deum habeant. Quod probat Aug. illo uerbo Deuter. 13. Si surrexerit in medio tui propheta, aut qui somnium uidisse se dicat, & prædixerit signum aut portentum, & euenierit quod locutus est, & dixerit tibi: Eamus, & sequamur Deos alienos, quos ignoras, & seruiamus eis, non audies uerba prophete illius, aut somniatoris: quia tetat uos Dominus Deus uester, ut palam fiat an diligatis eum, an non. Præterea diuini quibusdam signis solent futura cognoscere: unde quando inquiruntur de aliqua muliere, utrum grauida sit, solent zonam ipsius inspicere, in qua aliqua signa grauiditatis possint percipi. unde quedam decepta fuit à quodam sacerdote, qui non poterat corrigere parochianos suos quin fide adhiberet cuidam diuinæ, sed tandem misit zonam suam ad eam, quæ zona inspecta cum sacerdos esset impinguitus, incrasatus, dilatatus, ipsa iudicauit sacerdotem prægnatam esse. Præterea à casu quâdoque dicunt ea quæ futura sunt.

¶ De uaticinijs diaboli.

DIABOLVS etiã, sicut dicit Rabanus, non nunquam solet uera multa prædicere, ut ad extremum ualeat animam falsita-

te laqueare. ¶ Quomodo autem diabolus futura prædicat, satis Aug. ostendit his uerbis: Dæmones præditi acumine sensus & celeritate motus, nuntiant quæ homines pro sensu terreni tarditate mirentur. Accessit etiã demonibus longe maior rerum experientia, quam potest hominibus propter breuitatem uitæ prouenire. Per has efficacias, non solum multa futura prædicunt dæmones, uerum etiã multa faciunt quæ quâdoque homines dicere aut facere non possunt: unde eos dignos quibus seruiat, & quibus honores diuinos proferant, arbitrantur. Prænuatiant etiã que ipsi facturi sunt. Accipiunt enim sæpe potestatem & morbos immittere, & ipsum aërem uitandam morbidum reddere, & peruersis atque amatoribus terrenorum commodorum malefacta suadere: de quorum moribus certi sunt quod sint eis talia suadentibus consensuri. Aliquando prædicunt non quæ ipsi faciunt, sed quæ naturalibus signis futura prænoscunt, quæ signa in hominum sensus uenire non possunt. Non tamen propter hoc dicendi sunt dæmones diuini, licet præuideant aliqua quæ homines non præuident: sicut nec medicus diuinus dicendus est. Vnde Augustinus: Non quia prouidet medicus quæ præuidere nescit homo artis ignarus, non tamen ideo habendus est diuinus. Fallunt etiã dæmones, sicut di-

ci

cit Aug. Studio fallendi & inuidia uoluntate, quo hominum errore lætantur: sed ne apud cultores suos pondus autoritatis amittant, id agunt ut interpretibus suis signorumque suorum cōiecturis ibi culpa tribuatur, quâdo ipsi decepti fuerint mentiti.

¶ De Pythonissa qua Samuelem suscitauit.

ITEM queritur, quomodo potuit esse quod pythonissa Samuelem suscitauit, ut uidetur 1. Regum 28. De quo sentio, sicut August. sentire uidetur, quod diabolus apparuit in specie Samuelem, licet multæ sint opiniones super hoc. Augustinus loquens de suscitatioe illa, ait: Diabolus ut errorem faceret in quo glorificaretur, habitu uiri iusti & nomine se subornauit. idem: Quomodo poterat esse ut arte magica traheretur uir à natiuitate sanctus, uicem operibus iustus? Itē Aug. Si Samuel uerè apparuisset, non utique uir iustus permisisset se adorari, qui prædicauerat solum Deum adorandum. Idem: Quomodo homo Dei, qui cum Abraham in refrigerio erat, diceret ad uirum pestilentie & digni ardore gehennæ: Cras mecum eris. Et subdit Aug. His duobus titulis subtilitates fallacie sue prodidit improuidus satanas.

¶ Quod tempora non sint obseruanda.

ITEM queritur de hoc quod dictum est, quod tempora obseruanda non sunt, cum medici tempora obseruent in medicina dandis & mi-

nutionibus faciendis. Ad quod dicendum, quod talis obseruatio temporum reprehensibilis non est, quum naturalis ratio de hoc possit reddi. Non sunt etiã reprehensibiles agricolæ, qui obseruant tempora ad seminandum, & ad arbores incidendas, & similia, cum hæc habeant certam rationem.

¶ De errore maleficorum.

SEQUITUR de aliis tribus erroribus. Inter quos primum dicendum est de errore maleficorum. ¶ Notandum ergo quod malefici, sunt qui permiffu Dei elementa concutiunt, hominum mentes turbant minus cōsentientium in Deo, ac sine ullo ueneni haustu uolentia carnis interimunt. Vocantur autem tales, malefici, ob facinorum magnitudinem, unde cum facere malum ad omnes peccantes pertineat, maleficis tamen appropriatur, eo quod multum sint mali.

¶ De errore superstitionis.

SEQUITUR de errore superstitionis. De quo errore dicit Aug. in libr. de doctrina Christi. Ad superstitionem pertinent omnes ligaturæ atque omnia remedia, quæ medicorum disciplina cōdemnat. Inter remedia uero talia quædam sunt nugatoria, quædam uero sunt noxia. Item quædam cōtumeliosa sunt homini, quædam cōtumeliosa sunt Deo. Nugatoria sunt, ut cum sella euertitur ut tempesta auertatur. Item cum mulier quæ in partu laborat, nouē

FF

uentsilibus tangitur ut facilius pariat. Et multa alia his similia, quæ mulieres indiscretè cõstuerunt facere. Noxia uerò sunt, ut cum aliqua mulier talia facit, ut conceptus eius impediatur: sicut cum aliqua asseres tangit stubæ in qua balneat se in diebus purificationis suæ, tali intentione, ut quot asseres tetigerit, tot annis nõ cõcipiat: quæ apud Deum tot homicidiorũ rea uidetur esse, quot cõceptus factõ illo uoluit impedire: nec quorũcumque homicidiorum rea uidetur, sed uidetur esse interfeatrix prioriorũ infantũ. Contumeliosa uerò homini sunt, sicut illa quæ aliquæ mulieres solent dare hominibus, ad accendendum eos ad amorẽ earũ. Contumeliosa uero sunt Deo, sicut illa quæ sunt de christate uel de corpore Christi, uel aliis sacramentis ecclesiæ. Item possunt diuerti remedia ista secũdũ diuersitatẽ eorũ contra quæ fiũt. Alia enim fiũt cõtra infirmitates uel hominũ, uel pecorũ: alia contra sterilitatẽ, alia contra pariendi difficultatẽ, alia cõtra nimis frequentes partus, alia contra luporũ crudelitatem, ut cũ bestiarum amissæ includuntur, ne à lupis deuorentur. Caveat tamen prædicator, ne dum species talium remediõrũ in prædicatione tangit, erubescibilia mulierũ hominibus aperiat in scandalũ earũ. Item ne mulieres doceat remedia quæ ipsæ nesciũt, si credit quod

ea facturæ sint. ¶ Item notandũ est, quod peccatũ istud multũ habet fatuitatis. Cuilibet enim sanum caput habenti naturalis ratio distare deberet, quod remedia talia illam efficaciam non habent, quam credunt ea habere. ¶ Itẽ infidelitas siue idololatria quæ est in peccato isto deterior uidetur idololatria paganorũ. Illa enim à quibus Deo relicto fatuæ mulieres sperant sanitatẽ, uel proles, uel similia, minus uidetur Deus esse, quàm idola paganorũ. Illa enim ad minus habent formam humanam, ista uerò non. Præterea istud peccatũ nec Deũ nec homines reuereri uidetur, quantum ad hoc quod homini multa uilia & abominabilia dant ad comedendum quæ hoc uitio laborant. Ipsa etiam sacramenta ecclesiæ cõtemnit peccatũ istud, cum de ipsis sacramentis ecclesiæ frequenter fiat, etiam de corpore Christi (quod est horrendũ dictu) sit sæpe: in hoc uidentur mulieres quæ talia remedia agunt, deteriores esse ipsis dæmonibus. Dæmones enim illũ credunt uel contemiscunt, ad quem ipse absque timore accedunt, & de corpore eius peccatum suum faciunt.

¶ Unde maleficia & talia remedia habeant efficaciam.

SE D quæri possit, unde maleficia & talia remedia efficaciam habent frequenter, sicut uidetur. Ad hoc potest dici, quod multa sunt quæ faciunt ad hoc quod maleficium efficaciam habeat. ¶ Pr

¶ Primum est hoc, quod homines paruam fidem in Deo habent, & ideo dominus permittit eos à dæmonibus impediri. ¶ Secundum est, error qui in hominibus est, cuius pœna frequenter est hæc, quod creditur esse effectus maleficium. ¶ Tertium est, probatio fidei in bonis, sicut ostensum est prius autoritate Deut. ¶ Quartum est, pactũ uel societas mala dæmonum & hominum. unde Aug. Omnes artes huiusmodi, uel nugatoriarum uel noxiarum superstitionis, ex quadam pestifera societate dæmonũ & hominum quasi pacta infidelis & dolosæ amicitie constituta penitus sunt repudiandæ & fugiendæ Christiano. ¶ Quintũ est, desiderium lucradi animas quod diabolus habet. Ideo enim diabolus talia efficit, quia tot animas occasione ista lucrari se uidet: qui enim talia facit, & qui talibus fidem adhibet, ab hoc facto diabolo seipsum dat. Hoc tamen notandum est, quod si aliquis colligat herbam medicinalem cum Symbolo diuino, uel oratione Dominica, uel scribat in charta Symbolum uel Dominicam orationem, ut ponat super aliquẽ infirmum, ut sic in istis tantũ Deus creator omnium honoretur, nõ reprobatur, dum nulla alia superstitione admisceatur. ¶ Tria sunt quibus homines non prohibentur uti ad remediũ, scilicet herbis, & similibus, quæ natura lem habent uirtutem, de qua ra-

tio secundũ medicinã reddi potest. Item ieiuniis, orationibus & eleemosynis, & aliis operibus quæ sunt de genere honorum, quæ certũ est placere Deo, possunt homines uti ad obtinendum à Deo sanitatẽ, & alia quibus indigent. Item possunt uti uerbis sacris quæ alicuius autoritatis sunt, & aliis sacris rebus.

¶ De errore illorum qui credunt fieri uerè, quæ tantum in somnis fiunt.

SE Q V I T V R de errore illarũ personarum quæ credunt corporaliter & in ueritate fieri quæ tantum in somno fiunt. Sicut credunt quædam mulieres quæ profitentur se cum Diana dea paganorum, uel cum Herodiade, & innumera multitudine mulierum super quasdam bestias nocturnis horis multa terrarum spatia pertransire, eius iusionibus uelut dominæ obedire, certis noctibus ad eius seruitium euocari. Asserunt etiam ab illis creaturas posse in melius uel in deterius commutari, aut in aliam speciem uel similitudinem transformari. De his dicit Dcretũ, quod nõ à diuino spiritu, sed maligno, mentibus fidelium talia fantasmata irrogantur. Diabolus enim cũ animã alicuius per talẽ credulitatem sibi subiugauerit, meti quã captiua tenet, multipliciter illudit. Nec debet aliquis in tantã uenire stultitiã, ut credat hæc omnia quæ in somniis & spiritu tantũ fiunt, etiã in cor-

pore accidere, cum & Paulus nō
 audeat afferere q̄ fuerit raptus
 in corpore. De his etiā sic dicit
 Decretū: Quisquis credit fieri
 aliquā creaturā, aut in deterius,
 aut in melius cōmutari, aut trāf
 formari in aliam speciē uel aliā
 similitudinē, nisi à creatore, per
 quem facta sunt omnia, procul-
 dubio infidelis est, & infideli
 deterior. Valde stultæ sūt mu-
 lieres huiusmodi, quibus per sua
 deri nō potest quin in ueritate
 fiat, quod uidetur eis fieri dum
 dormiunt, cum constet multa ui-
 deri hominibus dormiēdo, que
 postea sciunt certissimē falsissi-
 ma fuisse: quādoque uidetur ali-
 cui dum dormit, q̄ ipse multū
 comedat: cū autem expergesa-
 ctus fuerit, famelicū se inuenit.
 unde Esa. 20. Sicut somniat esu-
 riens & comedit, cum autē fue-
 rit expergesactus, uacua est ani-
 ma eius. & sicut somniat sitiens
 & bibit, cū tamē expergesactus
 fuerit, lassus adhuc sitit, & anima
 eius uacua est: sic erit multitudo
 omnīū gentīū quæ dimicauerūt
 contra montē Sion. Item uide-
 tur alicui cum ipse dormit, q̄ sit
 cū muliere: cū autē excitatus est
 à somno, scit nullam mulierem
 affuisse. Item uidetur alicui lai-
 co dum dormit q̄ ipse sit sacer-
 dos. Nō propter hoc cum exci-
 tatus est à somno, sacerdos est,
 ut possit missam celebrare. Præ-
 terea si uerū esset quod ipsi di-
 cunt, quomodo auderent Hero-
 dia dem sequi, quæ fuit adultera

illa quā abstulit Herodes fratri
 suo Philippo, que etiā amputari
 fecit caput Ioānis Baptiste: quo-
 modo audent afferere bonam
 rem, qui caput illius qui in ute-
 ro sanctificatus est, & quo maior
 iter natos mulierū, nō surrexit,
 fecit amputari, cū in sacra scri-
 ptura nihil omnino legatur de
 eius conuersione? Super omnia
 uero uidetur cōtra hunc errorē,
 quod in uita beati Germani Al-
 tisiiodorensis legitur, qui cum
 declinasset ad quoddā hospitīū,
 uidit cū omnes de domo cenaf-
 sent mēsam iterū præparari, qui
 cum admiratus inquisisset qui-
 bus talia præparentur, indicatū
 est ei q̄ bonis rebus quæ de no-
 ste incedebāt. Vnde uir sanctus
 uigilās, cū dæmones in forma
 humana aduenissent & ad mē-
 sam illā sedissent, illis q̄ de do-
 mo erāt in lectis suis quiescēt-
 bus, uir sanct⁹ surrexit, & demo-
 nes abire nō permittēs, excita-
 uit eos q̄ de domo erāt, ingrens
 ab eis si personas illas cogno-
 scerēt, q̄ respōderūt q̄ sic, addi-
 tes q̄ uicini eorū essent: unde
 uir sanctus misit eos ad domos
 uicinatorū, ut uiderent an essent
 ibi, & inuenerūt eos ibi: q̄ cū
 retulissent uiro scō, uir sanctus
 cogit dæmones indicare sei-
 pso, & cōfessi sūt se esse demo-
 nes, & sic hominibus illudere.

De peccato irreuerentia.

CAP. XXXVII.

DE peccato irreuerentiæ hoc
 modo agemus, q̄ irreueren-
 tia

tia est, quādo aliquis negat ho-
 norē illi, cui debet eū exhibere.
 Primo ostēdem⁹ quibus exhibere
 reuerentiā debeamus. Scō, quali-
 ter parētes tam carnales q̄ spi-
 ritualēs sint honorādi, & quare.

¶ Quibus reuerentia sit exhibenda.

NOTANDVM ergo q̄
 quatuor sunt quibus debemus
 reuerentiā exhibere: scilicet De⁹,
 angelus, res Deo consecratæ, ut
 ecclesia, & homines. ¶ Deo reue-
 rentiā debemus exhibere, ut co-
 ram eo erubescamus peccare, &
 corā eo strenuē bona agamus:
 unde quidā, Cū quid turpe facis
 quod me spectāte ruberes: Cur
 spectante Deo, nō magis ipse ru-
 bes? Boëtius: Magna nobis si dif-
 simulare non uolumus, indicta
 est necessitas probitatis, cū o-
 mnia ante oculos iudicis aga-
 mus cuncta cernentis, ¶ De re-
 uerentia uerō exhibenda ange-
 lo, dicit Bern. In quouis diuerso
 rīo, in quouis angulo reueren-
 tiā habē angelo tuo. Nec audeas
 eo præsentē, quod me præsentē
 nō auderes. De reuerentia uerō
 sacris locis exhibenda, intelligi
 potest illud Gen. 28. Quam terri-
 bilis est locus iste, nō est hic ali-
 ſtud nisi domus Dei, & porta cæ-
 li. Præcipuē reuerenda est eccle-
 siapropter præsentiam Dominici
 corporis. Sed ualde mirandum
 est, q̄ sunt quidam homines qui
 nec propter præsentiam Domi-
 nici corporis ecclesias reuerē-
 tur, cū hac de causa ecclesiæ dæ-
 monibus terribiles sint. Videtur

tales homines in hoc dæmoni-
 bus esse deteriores, cū domini
 sit terra & plenitudo eius. Bene
 deberent saltem loca sibi conse-
 crata pacificē possidere, bene
 deberent homines cessare à con-
 tumelia Dei in locis huiusmodi
 quæ facta sunt ad seruitiū Dei.
 Bene deberet sufficere eis, q̄ in
 aliis locis seruitium diaboli fa-
 cerent, & in his soli Deo serui-
 rent, quomodo oratio eius in
 ecclesia exaudietur, qui in ea
 nō timet Deum offendere: De-
 berent etiam ecclesiæ terribiles
 esse hominibus propter sanctos
 illos, in quorum honore dedi-
 catæ sunt, qui offenduntur, cum
 ecclesiæ eorū franguntur. Præci-
 puē uero cōtra fractionē eccle-
 siarū ualere potest illud exem-
 plum quod legitur 2. Machab. 3.
 de Heliodoro: qui locum sacrū
 uolebat spoliare pecuniis ibi
 cōmendatis. Sic enim ibi legi-
 tur: Apparuit quidā equus terri-
 bilē habens sessorē optimis ope-
 rimentis adornatus: isq; cū im-
 petu in Heliodorū priores cal-
 ces elisit: qui autem in infidebat,
 uidebatur habere aurea arma.
 Alii etiam apparuerūt duo iuue-
 nes qui circumfeterūt eū, & ex
 utraq; parte flagellabāt sine in-
 termisiōe. Subito autē Heliodo-
 rus cōcidit in terram, & in sella
 gestatoria deportatus est ex ara-
 rio, & iacebat mutus atq; omni
 spe & salute priuatus. Sed post
 precibus Onig sacerdotis uita ei
 conata est. ¶ Hominiibus reue-
 ren-

rentia exhibenda est. unde 1. Pe. 2. Omnes honorate. & ibidem: Subiecti estote omni humanæ creaturæ propter Deum. Apostolus ad Ro. 12. Honore inuicem præuenientes. Specialiter aut in hominibus debemus Dei imaginem honorare, nõ uestes, non diuitias, uel aliquid simile. Si imagini beatæ Virginis honor exhibendus est, quomodo imagini beatæ Trinitatis quæ in homine est honor exhibendus non erit? Ber. Conscientiæ tuæ debes honorem coram qua peccare erubescas. & Ecc. 10. Da animæ tuæ honorem secundum meritum suum. Honorandi etiã sunt homines propter angelos eis ad custodia deputatos. unde Matth. 18. Videte ne contemnatis unum ex his pusillis. Angeli enim eorũ semper uident faciẽ Patris mei, qui in cælis est. Fatuũ est hominẽ in honorare eos, qui ita ab angelis honorantur. Luc. 16. Factũ est ut moreretur mendicus, & portaretur ab angelis in sinũ Abraham. Honorãdi sunt etiam homines propter naturã humanam unitã diuine: fatuum enim est illud in honorare, qđ Deus sic honorauit. ¶ Etiã serui contemnendi nõ sunt. Cyprianus: Qualem cupis esse erga te Deum, talis esto ipse erga seruũ tuum. Sen. Cum inferiore sic uiuas, quem admodũ uelis superiorem tecũ uiuere. Idẽ: Quem admodũ stultus est qui equum empturus nõ ipsum aspicit, sed

stratum & fratrũ: sic stultissimus est qui hominẽ ex ueste aut ex conditione; qua circumdatus est, existimãt honorandũ. Itẽ Seneca. Serui sunt? imò homines. Serui sunt? imò contubernales. Serui sunt? imò conserui. Serui sunt? imò humiles amici. Et ideo istos rideo, qui turpe existimãt cum seruo suo conare. Virga murmur omne cõpescitur: tota nocte ieiuni perstant. Sic fit ut isti de domino loquantur, quibus corã domino loqui non licet. At illi quibus non tantũ coram dominis, sed cũ ipsis sermo erat, quorũ os non cõsuebat, parati erant corã domino porrigere ceruicẽ. In conuitiis loquebantur, sed in tormentis tacebãt. Ad Coloss. 4. Domini, qđ iustum est seruis præstare, scientes quoniam & uos dominum habetis in cælo. Præcipue autem honorãdi sunt serui, si sunt boni & fideles. unde Ecc. 7. Seruus sensatus sit tibi dilectus quasi anima tua. & 33. eiusdẽ: Si est tibi seruus fidelis, sit tibi sicut anima tua; quasi fratrem sic eũ tracta. Non sunt etiam contemnendi peccatores: quia ille qui ualde malus modo est, forsitan in Dei prouidentia bonus homo est. Deuter. 23. Non abominaberis Idumæum, quia frater tuus est. Præcipue tamen illi honorandi sunt, qui creduntur esse bonæ uitæ, cum (ut uidetur) attineant Deo omni genere paritẽ. unde dominus Matt. 12. Qui cumq;

fecerit

fecerit uoluntatem Patris mei qui in cælis est, ipse meus frater, & soror, & mater est. Præterea in uiris iustis honorat ipse Deus, qui in eis habitat. unde quidam religiosus dicebat adorari debere fratres aduenientes, cũ certum sit in aduẽtu eorum aduentum domini nostri Iesu Christi haberi. Quod uidetur intellexisse Abraham, qui tres uiros qui sibi apparuerunt in hospitio suo, adoratione præmissa suscepit. Vnde Gen. 18. Quos cũ uidisset Abraham, occurrit in occursum eorum de ostio tabernaculi sui, & adorauit. In uitis patrũ etiam legitur, qđ diabolus pertimescat recte uiuẽtes. Dominus etiã contemptum taliũ contemptum suum reputat. Lucæ 10. Qui uos spernit, me spernit. Pauperes enim despiciendi nõ sunt. Greg. Pauperes despiciendi non sunt ut egeni, sed exorandi ut patroni: honor qui pauperibus exhibetur, Deo specialiter exhibet.

¶ *Quæ personæ sint specialiter honorandæ.*

ET licet omnes homines honorãdi sint, quædã tamen personæ magis sunt honorandæ quam alię, ut uidet. Vnde 1. ad Tim. 5. Viuas honorate &c. Domini etiã sunt multũ honorandi à seruis. Ad Ro. 13. Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. & ad Colo. 3. Serui, obedite per os adominis uestris carnalibus. Et 1. Pe. 2. Serui, subditi esto in omni timore dominis &c.

& Gene. 16. dictũ est Agar ancillæ, Reuertere ad dominã tuam, & humilia te sub manibus eius. Et Ezech. 17. multa mala prædixit regi Iuda, quia tributum, qđ promiserat regi Babilonis, soluere noluit. Et Matth. 17. soluit dominus tributũ, licet illud nõ deberet, eò qđ filius regis esset. Item adolescententes debent honorare senes. 1. Pet. ult. Adolescentes, subditi estote senioribus. Thre. 4. Facies domini dimisit eos: non addet ut respiciat eos. Facies enim sacerdotũ non erubuerunt, neq; senum miserati sunt. Sapi. 2. dicũt mali: Opprimamus pauperem iustum: & non parcamus uiduę, nec ueterano, nec reueramur canos multi tẽporis. Leuit. 19. Corãcano capite conserge, & honora personã senis. Et 1. ad Tim. 5. Senioreni ne increpaueris, sed obsecra ut patrẽ. Seneca: Cum ueterano parcius agendum est. ¶ Item uiri honorandi sunt ab uxoribus. unde 1. Pet. 3. Similiter & mulieres subditę sint uiris suis. Sed nihilominus ipsi uiri debent honorare uxores suas. Vnde ibidẽ: Viri similiter, cohabitantes secundum scientiã quasi infirmiori uasculo muliebri impartientes honore. Ideo dominus nõ de pede uiri, sed de costa mulierẽ formauit, ne à uiro cõtemneretur. Mulier uerò debet obedire uiro: quia uir caput est mulieris. Nõ possit esse pax inter cõiuges, si uerq; uellet dominari & esse caput.

FF 4 Et

Et in signum huius cum in corpore humano sint duo pedes, duæ manus, & duo oculi, nō est tamen ibi nisi unum caput. Si enim ibi essent duo capita, quā do unum uellet esse à sinistris, aliud uellet ire à dextris: sicut patet in domo ubi sunt duo capita, quia nūquam erit ibi pax.

¶ *Qualiter & quare reuerentia sit exhibenda patribus spiritibus & carnalibus.*

I T E M honorandi sunt parentes & spirituales & carnales. De spiritualibus legitur Eccl. 8. Honorifica sacerdotes. ad Hebræ. ult. Obedite prepositis uestris, & subiacete eis. Ipsi enim peruigilant quasi rationem pro animabus uestris reddituri: ut cum gaudio hoc faciant, & non gemetes. i. ad Tim. 5. Qui bene præsent presbyteri, duplici honore digni habeantur, maxime qui laborat in uerbo & doctrina. Ad idem facit illud Thre. 4. prius positū: Non addet dominus ut respiciat eos. Facies sacerdotum nō erubuerūt. Glof. Notandū, quod supra sacerdotem quasi homicidas planxit, & hic separantur à facie domini, quia non detulerūt eis: quāuis enim mali sint, non sunt contēdendi, sed ille in illis colendus est, & honorandus, à quo missi sunt. Et alia glo. Nota quāmodo terribile sit sacerdotem contēdere, nec faciem eorū erubescere, id est, illis momentibus & uidentibus à scelestibus non cessare. De his enim

dicit dominus Luc. 10. Qui uos audit, me audit. Ideo magis displicet Deo contemptus eorū, quia Dei uicē tenent, & propter dignitatem sacerdotale, quam nec ipsi angeli creditur habere. Nō enim credo, quod fieret trās substantiatio. si uerba illa, quæ profert sacerdos in missa ab angelo proferretur. Parētibus etiā carnalib⁹ honor exhibēdus est. Vnde Exo. 20. Honora patrē tuū & matrem tuā. Et nota, quod honor qui parentibus carnalibus exhibendus est, non solū attenditur in uerbis, sed etiā in beneficiis, unde Hierony. Honor in scripturis nō tam in salutationibus & uerbis, quā in collationibus munerum sentitur. ¶ Multa autē sunt quibus possumus uti ad excitandum homines ut honorent parentes. Et primo possumus ad hoc uti exemplis. Inter quæ precipuum est exemplū Christi, qui cum esset in angustia passionis, tamen nō est oblitus matris sue, imō curam ipsius habuit, & Iohanni eam commēdauit, ut legitur Io. 19. Modo etiam adeo facit eā honorari in ecclesia sua, ut multi uideantur esse deuotiores matri, quā ipsi filio. Quod credo ideo fieri, ut ostēdat quāto placeat sibi, quod parentes à filiis honorentur. Etiam infideles parentes suos honorant edocti à lege naturali. Vnde infideli uideatur esse deterior, qui parentum curam nō habet. ad Tim. 5. Si quis suorum, & maxime

me domesticorum, curam non habet, fidem negauit, & est infidelis deterior. Ipsa etiam irratio nabilia animalia de hoc dant nobis exemplum. Dicitur enim de grue, quod quando pater & mater eius depilati sunt, filii quaerunt eis necessaria, donec habeant pilos, uel moriantur. Preterea ualde ingratus uidetur esse, qui parētibus suis nō prouidet, quā ipsi nō possunt sibi prouidere, eū ipsi prouiderint eis in pueritia, quā ipsi sibi prouidere nō poterant. Ideo dicitur i. ad Tim. 5. Filii, reddite uicem parentibus, quia hoc acceptū est corā Deo. Qui parētibus carnalib⁹ ingratus est de beneficiis acceptis, indignus est aliquod beneficium recipere à patre cælesti. Item iustum est, ut ipsi in sua senectute filios suos sibi duos inueniant. Et hoc multoties iusto Dei iudicio accidit. Vnde refertur, quod quidam paterfamilias senex totam hereditatē suam dimisit filio suo: filius uero ille primō benignē se habuit erga patrē, sed post expulit eum à thalamo suo; uolens thalamum habere sibi & uxori suæ, & ad ultimum fecit sibi lectum fieri post ostium. Et cum hyems esset, & pater senex frigore grauaretur, quia filius abstulerat sibi bona coopertoria, ipse rogauit filium suū, ut rogaret patrem suum pro eo ut daret ei aliquid ad tegendum se. Pater autē uix obtinuit duas uel tres burellas à patre suo ad opus

auti sui. Et cum alia duæ remanerent patri pueri, puer flendo rogauit eū ut sibi eas daret: qui fletibus illius uictus dedit, quaerens quid inde faceret. Qui respondit: Seruabo eas quousque sis talis qualis est pater tuus: nec dabo tibi amplius, sicut tu non uis dare patri tuo. Qui sine pietate est erga parentes suos, non uidetur pietatem habere erga alios. unde simpliciter uidetur mihi sine pietate esse: ideo uix misericordiā cōsequetur. ¶ Possumus etiā uti ad excitandum homines ut parētes honorent, uerbis sacre scripturæ, quæ suadent hoc, & quæ indicant quāto hoc placeat Deo, & quāto utile sit homini, & quantum oppositum displiceat Deo, & quātū nocet homini. Ad quæ pertinent uerba ista quæ sequuntur Eccl. 4. Fili, suscipe senectam patris tui, & non contristes illum in uita illius: & si defecerit sensu, ueniā da, & ne spernas eum in tua uirtute. Ibidem: Sicut qui thesaurizat, ita qui honorificat matrem suam. Ibidem: Qui honorat patrem suū, iocundabitur in filiis, & in die orationis suæ exaudietur. Item ibidem: Qui honorat patrem suum, uita uiuet longiore. Item: Honora patrem tuum, ut superueniat tibi benedictio, & post: Benedictio patris firmat domos filiorum, maledictio autem matris eradicat fundamenta. Vnde ibi Glo. Cham nuditatem patris irrisit, & semen suum

in seruitutem perpetuam damnauit. Abſalon Dauid de regno expulſit, & concubinas eius inceſtauit, ſed morte condignas poenas luit. Eliſei caluitium pueri Bethel irriſerunt, & duo urſi x l. ex eis lacerauerunt. Primum hæc emus Geneſis 9. ſecundum 2. Regum 18. tertium 4. Regum 2. Item Eccleſi. 3. Eleemoſyna patris non erit in obliuione. Nam pro peccato matris reſtituetur tibi bonum, pro peccato uocatur illud, quod datur pro deletione peccatorum. & ſubditur: In die tribulationis commemorabitur tui: & ſicut in ſereno glacies, ſoluuntur peccata tua. Item ibidem: *Quam malæ famæ eſt, qui relinquit patrem: & eſt maledictus à Deo, qui exaſperat matrem.* & Prouerbior. 19. *Qui affligit patrem, & fugit matrem ignominioſus erit & infelix.* Itē Prouerbiorum 28. *Qui ſubtrahit aliquid à patre ſuo uel matre, & dicit hoc non eſſe peccatum, particeps homicidæ eſt.* & Eccleſiaſtic. 7. *Honora patrem tuum, & gemitus matris tuæ ne obliuiſcaris. Memetò quoniam niſi per illos non fuiſſes, & retribue illis quomodo & illi tibi.* Exod. 21. *Si quis percuſſerit patrem uel matrem, morte moriatur.* Leuiti. 20. *Qui maledixerit patri uel matri, morte moriatur.* Deuterò. 28. *Maledictus qui non honorat patrem ſuum aut matrem.* Tobia 4. *Honorem habebis matri tuæ omnibus die-*

bus uitæ tuæ. Memor enim eſſe debes quæ & quanta paſſa ſit pericula propter te in utero ſuo, Prouerbiorum 29. *Qui maledixerit patri ſuo aut matri, extinguetur lumen eius in medijs tenebris: id eſt, morietur in ſuis peccatis.* Ad Colof. 3. *Filii, obedite parentibus per omnia. Baſilii: Parentes noſtros ut propria uiscera diligamus. De hæreticis dicit Apoſtolus 2. ad Timoth. 3. Parentibus non obediētes. Et nota, quod ſicut homines tenentur prouidere neceſſaria parentibus carnalibus, ſic & ſpiritualibus. unde Matthæi 10. *Dignus eſt operarius cibo ſuo,* 2. ad Timo. 2. *Laborantem agricolam oportet primum de fructibus percipere.* Ad Galatas 6. *Communicet iſ qui catechizatur cum his qui catechizant in omnibus bonis.* 1. ad Timoth. 3. *Qui bene præſunt preſbyteri, duplici honore digni habeantur.* Et 1. ad Theſſaloniconſes 1. *Rogamus uos fratres, ut noueritis eos qui laborant inter uos, & præſunt uobis in domino, & moment uos ut habeatis eos abundantius in charitate.* Et Eccleſiaſtic. 7. *In omni uirtute tua dilige eum qui te fecit, & miniſtros eius ne derelinquas.**

¶ De decimis reddendis, & que ſunt ea que debeant mouere homines ad hoc faciendum.

M V L T A uerò ſunt quæ homines debent mouere ad reddendum decimas & primitias &

obla-

oblationes miniſtris eccleſiæ ad eorum ſuſtentionem. ¶ Primum eſt remuneratio quæ à Deo inde expectant. unde Eccleſiaſtic. 35. *Da Altifſimo ſecundum donatū eius, & in bono oculo facito adinventionem manū tuarum: quoniam retribuēs eſt Dominus, & ſepties tantum tibi reddet.* ¶ Remuneratur autē quadrupliciter qui bene dat decimas. ſcilicet ab abundantia fructuum, ſanitate corporis, remiſſione peccatorum, & cæleſti regno. De duobus primis dicit Auguſtin. *Si decimam bene dederis, non ſolum abundantiam inde recipies fructuum, ſed etiā ſanctitatem corporis conſequeris.* De aliis duobus idem ſimiliter: *Qui præmium deſiderat comparare, aut peccatorum indulgentiam promereri, reddat decimas, & de reſiduis nouæ partibus ſtudeat dare pauperibus.* & Malac. 3. dicit Dominus: *Inſerte omnem decimam in horreum meū, & ſit cibus in domo mea, & probate me ſuper hoc, dicit Dominus, ſi non aperuero uobis cataractas cæli, & effuderō uobis benedictionem uſque ad abundantiam, & increpabo pro uobis deuorantem. Et dicit Interli. uermē, uel uitiū agris. Et ſubditur: Et nō corrūpet fructū terræ ueſtræ: nec erit ſterilis uinea in agro. Econtra uerſo uerò qui nō dāt bene decimas, puniuntur in paupertate. Vnde Malach. 3. *Si affiget homo Deum,**

quia uos configitis me. Et dixiſtis, In quo configimus te? In decimis, & in primitiis. Et in penuria uos maledicti eſtis. Ecce poena. ubi dicit Gloſ. *Sciatis uos ideo perdidiffe abundantiam, quia fraudatiſti me parte mea.* Auguſtin. *Quum decimas dando, & terrena ſimul & cæleſtia poſſes promereri, pro auaritia duplici benedictiōe te fraudas.* Hæc enim Domini eſt conſuetudo iuſtiſſima, ut ſi illi decimā non dederis, tu ad decimam reuocaris. Dabis impio militi, & non uis dare ſacerdoti. Idē: *Maiores noſtri omnibus copiis abundabant, quia decimas Deo dabant, & Cæſari cæſum reddebāt: modo autem quia diſceſſit deuotio Dei, acceſſit iudicio ſiſci.* ¶ Secūdo deberet homines mouere ad ſoluendum decimas & alia miniſtris eccleſiæ, ipſum miniſterium eorum. In infinitū enim ſunt meliora ſpiritualia, quæ ipſi miniſtrant, quàm carnalia quæ ipſi recipiunt. unde 1. ad Corint. 9. *Si nos uobis ſpiritualia ſeminamus, nō magnum eſt, ſi nos carnalia ueſtra metamus.* ¶ Tertio deberet homines mouere ad ſoluendum decimas & alia, magnitudo peccati, quæ eſt retinēdo ea. unde Auguſti. *Decimæ ex debito requiruntur: & qui eas dare noluerit, res alienas inuadit: & quātū pau-peres in locis ſuis ubi ipſe habitat illo decimas nō dātē mortui fuerint, tantorū homicidiorum*

rum

rum reus ante æterni iudicis tribunal apparebit: quia rē à Domino pauperibus delegatā suis uisibus referuauit. Talis uidetur esse non solum fur, imò etiā sacrilegus. unde Hierony. Amico rapere quippiā, furtū est: ecclesiam autem fraudare, sacrilegiū est, aut, quod apertissimi sceleris est, aliquid inde subtrahere, omnium prædonum crudelitatem exuperat. Quarto debet homines mouere ad soluendum talia hoc, quòd quando ipsi talia soluunt, non sua dant Deo, sed que Dei erant, ipsi reddūt. unde Gl. super Num. Omnia que offerimus, Dei sunt, nihil ergo Deo damus, sed reddimus. unde Augu. in lib. de uerbis Domini: Hæbuiisti me largitorē, habeto me fœneratorem. Prou. 19. Fœneratur Domino, qui miseretur pauperis. ¶ Quinto deberet homines mouere ad soluendum talia: quia quòd Deo datur, sibi ipsi in saluo pōnitur, & in futurum referuatur. unde Ecclesi. 14. Fili, si habes, bene fac tecū, & Deo dignas offer oblationes.

¶ Quòd decima reddende sunt de melioribus, integrè, absque mora, & libenter.

ET notādum est, quòd decimæ & similia soluende sunt de melioribus, & nō de deterioribus. Vnde Ecclesiastic. 37. Noli offerre munera praua, nō enim suscipit illa. & Gen. 3. legitur de Abel, quòd obtulit Deo de primogenitis gregis sui, & de ad-

hibus eorum, & respexit Dominus ad Abel & ad munera eius. Ad Cain uerò & ad munera eius non respexit. Cuius causa fuit, quia de deterioribus obtulit. & Malachiæ 1. Si offeratis cæcum ad immolandum, nōne malum est? Offer illud duci tuo, si placuerit illi, aut si susceperit faciem tuam, dicit Dominus exercituum, & post in eodē: Maledictus dolosus, qui habet in grege suo masculum, & uotum facies immolat debile & claudum Domino. & Numer. 18. Omnia que offeritis de decimis, & in donaria Dei separabitis, optima & electa erunt. Debent etiam solui absque mora. unde Exodi 22. Decimas & primitias nō tardabit offerre. Integre etiam soluenda sunt talia. unde Ecclesi. 35. Bono animo gloriam redde Deo, & nō minuas primitias manuum tuarum. & Ecclesiastic. 7. Da illis partem, sicut mādaturum est tibi, primitiarum. & Leui. ult. Omnes decimæ terræ, siue de frugibus, siue de pomis arborum, Domini sunt, & illi consecrantur. ¶ Nota quòd secundum aliquos magistros, de solutione decimarum stādum est cōsuetudini. Ideo de hoc cautè prædicandum est. Tutius enim est silere, quàm dubia asserere. Dicit Hier. De primitiis, maiorū traditione introductū est, quod qui plurimum xi. partem dabant sacerdotibus: qui minimū, inter xi. & ix. licebat offerre quod uoluissent: & hoc

hoc in aridis & liquidis. In fortibus uero primogenitus dabatur. Ego tamen credo quòd de hoc standum est consuetudini. Libenter etiam & hilariter soluenda sunt talia. Vnde 2. ad Cor. 9. Vnusquisque prout destinauit in corde suo, nō ex tristitia, aut ex necessitate. hilarē enim datorē diligit Deus. Tob. 4. Quomodo potueris, esto misericors. Si multum tibi fuerit, abundanter tribue. Si autem exiguum, libenter illud impartiri stude. Hoc deberet mouere pauperes ad libenter dandum pro Deo: quia plus merentur obolo, quàm diuitiis quandoque centū solidis. Si aliquis pauper mulier crederet, quòd tantū habitura esset de carnis ad macellum pro uno obolo, sicut diues burgenis pro centum solidis, tunc ipsa mitteret libenter obolum suum illuc: quia sicut uulgariter dicitur, Bonum forum trahit argentum de bursa. Sic pauperes libenter deberent dare pro Deo, quum tantum appetit Dominus munera eorum respectu eorum quæ à diuitibus dantur: unde Luc. 21. dicit Dominus de paupercula uidua quæ miserat duo æra minuta in gazophylaciū: Verè diceo uobis, quia uidua hæc pauper plus quàm omnes misit.

De peccato inobediētia, & eius detestatiōe. CAP. XXXVIII.

¶ Equitur de peccato inobediētia, de quo hoc modo agemus. Primo ponemus ea quæ fa-

ciūt ad detestationē huius peccati generaliter. Secundo agemus specialiter de inobediētia eorum qui solennitates nō seruant, & inobediētia eorum qui contemnant quādo excommunicantur, & de peccato eorum qui excommunicatis non timēt cōmunicare. Tertio uerò tāgemus aliquid de peccato eorum qui in discretē præcipiūt uel excommunicat. ¶ Ad detestationē uerò huius peccati pōt primo ualere multiplex pœna, qua legitur punitum esse hoc peccatū in sacra scriptura. Punitum autē est in primis parētibus peccatū istud in hoc, quòd propter illud eiecti sunt de paradiso. Si illi qui iā erāt in paradiso terrestri propter inobediētiam eiecti sunt, quomodo credunt se ingressuros in paradisum cælestem qui inobedientes sunt? Secūdo punitū est in uxore Lot, quæ propter inobediētiam uersa est in statuam salis. Gen. 19. Statua uidetur homo esse, cum nō sit: sic claustralis inobediens, licet uideatur claustralis esse, tamē nō est. Punitum est etiam peccatum istud in Saul; in hoc quòd propter illud eiectus est de regno, unde 1. Reg. 15. Pro eo quòd abiecasti sermonē Domini, abiicit te Dominus, nē sis rex. & 3. Reg. 13. Propheta inobediēs à leone occisus est. & 20. eiusdem, quidam qui noluit obedire cuidā de filiis prophetarū dicenti sibi, Percute me: à leone postea occisus est.

est. & Deut. 2. habetur sic de illo qui parētibus carnalibus nollet obedire: Si genuerit homo filiū contumacem & proteruum, qui non audit patris aut matris imperiū, & coērcitus obedire contempserit: apprehendent eum, & ducēt ad seniores ciuitatis illius, & ad portam iudicii, dicentes ad eos: Filius noster iste proteruus & contumax est, monita nostra audire cōtemnit, cōmestatiōibus uacat & luxuriæ atque cōmuniis: lapidibus eum obruet populus ciuitatis, & morietur, ut auferatur malū de medio uestri. Item & omnis inobedientia morte æterna digna est puniri. Præceptum quasi quidā laqueus est. Vnde Ecclesia. 6. Vincula sapientię alligatura salutis. Transgressio uero præcepti siue inobedientia, strangulatio est sui ipsius. Poena etiam obediētiae est miseria præsentis seculi in quo sumus. Vnde mirū est quomodo ultra modum nō odimus inobedientiam, quæ in tantam miseriam nos posuit, pro qua oēs morti adiudicati sumus. Ista interfecit omnes amicos nostros qui mortui sunt, & illos qui nobis remanserunt, & nō sīp̄s̄ interfaciet. Adhuc uix habet homo ita bonum amicum, quem odio nō haberet, si tot & tanta mala sibi fecisset, & adhuc faceret quanta fecit: & hoc facit inobediētia nobis. ¶ Secundo potest ualere ad detestationē huius peccati, magnitudo remedii, quo indi-

guit illud peccatū ad sui curationem. Oportuit enim ut filius Dei fieret obediēs usq; ad mortem, ut peccatum inobediētiae sanaretur. Bern. Ex cōsideratiōe remedii periculi mei æstimo quantitatem. In ueritate, potius timere debemus inobediētiam, quā mortem, exēplo filii Dei. De quo Bern. Mementote fratres, Christus ne perderet obediētiam, perdidit uitam. Idem: Non dabit inobedienti copiam sui tātus obediētiae amator, qui maluit mori, quā nō obedire. ¶ De malis quæ sequuntur inobediētiam.

TERTIO potest ualere ad detestationem huius peccati, si ostendatur mala quæ ex inobediētia sequuntur. ¶ Notandū ergo qd inobediētia, Primō hominem facit idololatram, unde 1. Regum 15. quasi scelus idololatriæ est, nolle acquiescere. Inobediens negat Deum, in quātū ipse Dominus est. unde Lucæ 6. Quid uocatis me, Domine Domine, & non facitis quæ dico? Vera cognitio dominii est obediētia fidei: inobediētia uerō potius cedit ad cōtumeliā Dei, quā ad honorē. Maiorē enim cōtumeliā facit Dominus Iesu Christo qui non uult ei obedire, licet credat eum esse Deum, quā si nollet ei obedire, eō quod non crederet eū esse Deum: tūc enim per ignorantiam peccaret, quæ culpam eius aliquātulum diminueret. Secū-

do inobediētia reddit hominē maledictum. Vnde Deutero. 27. Maledictus qui nō permanet in sermonibus legis huius, nec eos opere perficit. & 28. Si nolueris audire uocem Domini Dei tui, ut custodias & facias omnia mandata eius, &c. ueniēt super te oēs maledictiones istæ, & apprehendent te. Maledictus eris in ciuitate, maledictus in agro. Maledictus horreū tuū, & maledictæ reliquæ tuæ. Maledictus fructus uentris tui, & fructus terræ tuæ, armenta bouum tuorum, & greges ouium tuarum. Maledictus eris ingrediens, & maledictus egrediens. Et in Psalm. Maledicti qui declinant a mandatis tuis. & Ecclesi. 4.1. Væ uobis uiri impii, qui dereliquistis legē Domini altissimi. Et si nati fueritis, in maledictione nascemini: & si mortui fueritis, in maledictione erit pars uestra. Hæc maledictio figurata est Matthæi 20. in hoc quod Dominus maledixit ficulneæ fructum nō habētī. ¶ Tertio ferē omnia mala huius seculi ex inobedientia proueniunt. Sicut potest haberi ex Deutero. 28. ubi post illud, Si audire nolueris uocē Dei tui, ut custodias & facias omnia mandata eius, quibusdā interpositis subditur, Mittet super te Dominus famē & esuriem, & increpationem in omnia opera tua quæ tu facies: donec conterat te, &c. Gregor. Ideo inferiora nostra nobis nō obediunt, quia nos Deo uel illi

qui loco eius est nō obedimus. Genes. 3. Quia comedisti deligmo ex quo tibi præceperam ne comederes, maledicta terra in opere tuo. Et post, Spinæ & tribulos germinabit tibi. Ideo carnem suā multi inueniūt inobediētē, quia prælatis suis obedire nolunt. Inobediētia etiam facit quod a Deo non exaudiamur. unde Proverbior. 28. Qui declinat aures suas ne audiat legē, oratio eius fiet execrabilis. Augustinus: Qui a præceptis Dei auertitur, quod in oratione postulat non meretur. Si obediemus Deo, Deus etiam obediuret nobis, & etiam creaturę. unde 1. Ioan. 3. Si cor nostrum non reprehēderit nos: fiduciam habebimus ad Deū. unde quicquid petierimus, accipiemus, ad eo: quoniam mandata eius custodimus. Quia Iosue mandata Domini custodiebat, sol & luna ei obediēbāt, imō ipse Deus obediuit ei. unde Iosue 10. Sol contra Gabaon ne mouearis, & luna contra uallem Aialon. Steteruntque sol & luna quousq; ulcisceretur se gens de inimicis suis. Stetit itaque sol in medio cæli, & nō festinauit occumbere spatio unius diei. Et subditur: Nō fuit antea & postea tā longa dies, obediēte Deo uoci hominis. Legimus etiā alias creaturas irrationabiles sanctis obediētes, eō quod ipsi uerē obediētes essent prælatis suis. Vnde legitur de Paulo abbate, quod præcepit

cepit discipulo suo Ioāni, ut afferret ei fimum boum qui erat ei necessarius. At ille ait: In loco ubi fimum est, habitat læna. Cui Abbas dixit: Si uenerit super te, alliga eam, & duces eam tecū. Iuit Ioānes & inuenit lænā. Et cum uellet super eū irruere, ipse uoluit eā capere, sed fugit, & Ioānes sequebatur eā dicens: Abbas mihi præcepit ut te alligatā ducam ad eū. Et statim bestia subsistit, & tenens eam reuertebatur ad monasterium. Quod cū Abbas uidisset, ne forte ex hoc facto discipulus extolleretur, ait: Sicut tu insensibilis es, ita & insensibilē bestiā adduxisti: solue, & dimitte eā ut pergat ad locū suū. ¶ Quarto potest ualere ad detestationem huius peccati hoc, quod hoc peccatū tantū displiceat Deo: nec mirū si displiceat Deo, quādo homo non obedit ei, cū uideat eū obedire rebus uilissimis, sicut terræ. unde Ecclesi. 10. Pecunię obediant omnia. Obedit etiā homo ancillæ suę, scilicet carni, & uilissimis mēbris suis, illis scilicet quæ generationi deseruiūt. Obedit etiā dominis terrenis. Obedit etiam hostibus suis, scilicet dæmonibus; & tamen creatori suo non uult obedire. unde Bern. loquens in persona Dei: Quæ causā est quod inimico meo uestros que libet potius seruire, quā mihī? Non ille uos pascit, nō creauit? Si parua hæc uidetur ingratis, nō ille, sed ego redemi uos, nō auro uel

argēto, nō sole uel luna, nec aliquo angelorū, sed proprio cruore. Itē non est mirū si displiceat Deo hoc peccatū, quod homines si bi nō obediūt; cū eorū obedientiam regno cęlorū uelit emere, nec sic eā habere possit quā demones & terreni domini quasi pro nihilo habēt. Itē nolūt Deo obedire ad leuia & utilia: diabolo uerō uel uilissimis mēbris suis obediūt ad mortē eorū. Augu. Leuia iubet Deus ut in eternū uiuamus, & obedire negligimus. Præterea cæteræ creature Deo obediunt. Etiā sol, & luna, & alia corpora cęlestia, iuxta illud Psalm. Præceptū posuit, & nō præteribit, quibus tamē ipse nō tot bona fecit. Nō enim creauit ea ad imaginē & similitudinē suam ita exp̄sse, sicut hominē, nec redemit ea sanguine suo. Non timēt etiā puniri ab eo, si ei non obediērin: nec sperāt remunerari ab eo, si ei obediērin: & tū homo Deo nō obedit, quod tot bona à Deo accepit, & tot bona sperat, si ei obediāt, cum illa ei obediāt. ¶ Quinto potest ualere ad detestationē huius peccati hoc, quod inobediētes focii dæmonum sunt. Inter em̄ oēs creaturas nō inueniūt nisi duę quę nō obediūt Deo, scilicet dæmōes & mali homines. un̄ Job 18. Habitēt in tabernaculo illius focii ei? quod nō est. Imō uidētur inobediētes diabolo attinere, sicut obediētes reputat Dñs suos attinētes. un̄ Mat. 12. Qui cuiusq; fecerit uolūtatē

Patris

Patris mei, qui in cælis est, ipse meus frater, soror, & mater est.

¶ *Quod uniuersa monent hominem ad obedientiam.*

AD obedientiam monent hominem uniuersa. Monet etiam Deus. Vnde Ioan. 6. Descendi de celo, nō ut facerem uolūtatē meam, sed eius qui misit me. ad Phil. 2. Humiliavit semetipsum factus obediēs, &c. Ad obedientiam monent etiā angeli exemplo suo, cū Deo obediāt custodiēdo homines. Ab ortu enim hominum custodiūt eos, quantumcunque sint homines despecti, usq; ad horā mortis, & tunc, si dignus est, deportant eum in paradysum: ut habetur de Lazaro Luca 16. Et in Psalm. Angelis suis mandauit, &c. Ipse etiā creaturæ cæteræ exēplo suo monent ad obedientiam. Vnde ultra modum durus uidetur esse, qui ad monitionē uniuersitatis non acquiescit, præcipuē cum tot tormentis & flagellis diuinis quasi incessanter ad obedientiam stimuletur. Omnes enim miserię presentis uitę quasi flagella sunt, quibus Dominus inobediētiam hominis punit, & ad obedientiam excitat: unde inobediētes homines duriores uidentur esse animis. Illi enim flagellis & aculeis obediunt.

¶ *De inobedientia non custodiētium solemnitates.*

SE Q V I T V R de inobedientia eorum, qui solemnitates non celebrāt. De qua hoc modo

agemus. Primo offendemus ea quæ faciunt ad obseruationem solemnitatū. Secundo tangemus aliquid de peruerfitate hominū, qui in solemnitatibus faciūt contraria eis ad quæ ipse institutæ sunt. ¶ Notādū ergo quod quatuor sunt quę pertinet ad obseruantiam solemnitatū. ¶ Primum est, uacare à terrenis operibus. Vnde Exod. 20. Sex diebus operaberis, & facies omnia opera tua. Septima autē die sabbatum domini Dei tui est. Non facies in eo omne opus tu & filius tuus, & filia, seruus tuus, & ancilla tua. Monemur etiam ad hoc exēplo domini Gen. 2. ubi legitur quod requieuit Deus die septima ab omni opere quod pararat. Nec solum uacandum est à terrenis operibus exterius, imō etiam interius à sollicitudine terrenorū. Vnde Ezechiel. 3. Qui quiescit, quiescat. qui quiescit, in quā, corpore, quiescat & mente. ¶ Secundum est, depositio peccati. Vnde Ierem. 17. Nolite portare pōdera in die sabbati. In uigilia solemnitatū deberet quilibet attēdere utrū haberet aliquod peccatū in se: & si haberet, per uerā confessionē deberet illud remouere. Vnde Bernard. Ad hoc nobis uigilia præponuntur, ut uigilemus, si in aliquo peccato uel negligentia dormiamus, & præoccupemus faciē sanctorū in confessione. ¶ Tertium est, ut caueamus nobis ne peccata cōmittamus. Vnde Exod. 20. Memēto, ut

G G diem

diem sabbati sanctifices, hoc est, sanctū cōserues, diligēter in eo à peccatis cauendo. ¶ Quartum est, ut utilitati animæ intēdamus spiritualia opera faciendo.

¶ Quid in festis uacandum est à quinque.

QVINQVE uerò sunt quibus specialiter uacandū est in festis, scilicet laus Dei, sermo Dei, sancta meditatio, oratio, elemosynarum largitio. Laudi Dei uacandum est: ideo tunc obseruatio solennitatis quasi quædam inchoatio est beatæ uitæ quā expectamus. Vnde sicut ibi erit assidua Dei laudatio: sic in festis debemus intendere laudi diuinæ. Bern. Nihil adeo in terris repræsentat quendam cælestis habitationis statum, sicut alacritas laudantium Deum. Sermoni etiā diuino in festis uacandū est. Vnde Eccl. 38. Sapientiam scribe in tempore uacuitatis, & qui minoratur actu, percipiet eam. Homo multis occupatus, lumen sapientiæ à se repellit, sicut arbor ramosa lumen solis solet repellere. ideo dicitur Eccl. 11. Fili, ne in multis sint actus tui. Quidā ait, Pluribus intentus minor est ad singula sensus. Meditationi etiā sanctæ uacandū est in festis. Sen. Dimitte omnia impedimenta, & uaca bonæ mētis: nempe ad eā peruenit occupatus. Oportet quod cor hominis à rebus mundanis expediatur, ad hoc quoddam colloquio Spiritus sancti dignus habeatur. Vnde Osee 2. dicit Do-

minus de anima: Ducam eam in solitudinē, & loquar ad cor eius.

¶ Quid quatuor debemus in festis meditari.

MEDITATIO uerò sancta in solennitatibus debet esse circa quatuor. Principaliter debet uersari circa Deū, qui si sanctum illum remunerauerit, cuius solennitas agitur, pro modico seruitio sibi exhibitio, ideo debet animari homo ad seruendū tam liberali domino. Vnde in Psal. Vacate & uidete, quia ego sum Deus. Satis apparet in remuneratione sanctorū, quoniam ipse sit Deus. Debet etiam meditatio sancta uersari circa solennitatem istam quā expectamus, cuius figura sunt solennitates præsentis uitæ. Et sicut in festis illis non est tempus congregandi, sed congregatis utēdi: sic nec in illa solennitate tēpus erit aliquid congregandi. Vnde magnam indigentiam tunc habebunt qui sibi non prouiderint, præcipuè cum non sit ibi locus mendicandi, nec aliquid accipiendi mutuo. In festiuis diebus deberet homo admirari delicias illius solennitatis, & accendi ad desiderium earum. Bern. Quid est quod non optamus etiam per medios enes, si oporteat declinare tantam miseriam, & ad tantam accelerare gloriam? Greg. Quid prodest interesse festis hominum, si deesse cōtingat festis angelorū? Ezech. 46. Hæc dicit Dominus Deus: Porta atrii interioris quæ respicit

ad Orientem, erit clausa sex diebus, in quibus opus sit: die autem sabbati aperietur. Porta ista respiciens ad Orientē, est meditatio de Deo, à quo ortum habemus. Cui meditationi non possunt homines intendere ferialibus diebus propter terrena operatio: ideo deberet ei intēdere diebus quietis. Er̄ sicut solennitates præsentis figuræ sunt æternæ solennitatis: sic uigiliæ quæ præponuntur festis, figuræ sunt temporis penitentis. Vnde in hoc, quoddam uigiliæ festis præponitur, ostēditur qua uia sancti ad gloriam illius solennitatis peruenerūt, & qua uia oporteat nos ire, si ad eam uolumus peruenire. Bernar. Vniuersum tempus penitentis quædam uigilia est solennitatis futuræ, & æterni sabbati quod præstolamur. Nec cauesberis uigiliæ diurnitatem, si æternitatem solennitatis attēdas. Sicut beatus Bernard. tangit, In festis istis uigilia æqualis est festo. Festum enim diurnum præcedit uigilia diurna: sed solennitatem æternā præcedit uigilia, quasi unius diei comparatione illius solennitatis: iuxta illud Psal. Mille anni ante oculos tuos tanquā dies hesternæ quæ præterit. ¶ Sed sunt qui uolunt facere festum stultorū. Prius enim uolunt facere festum, quam uigiliā. Illorum festū quasi diurnū est: uigilia uerò æterna erit. Ipsi faciunt festū in hoc mundo, uigiliā cum diabolo in inferno. Non in pa-

ne & aqua, imò erunt per infinita millia annorum, quod lingua eorum ardebit igne, & unicam guttā aquæ habere non poterūt. Argumentum ad hoc, Lucæ 16. de diuite epulone, qui tot annis transactis petiit guttam aquæ, & nondum habet. ¶ Tertio debet meditatio uersari circa teipsum, ut uideas in quo statu es. Gen. 3. Adā ubi es? Et ut excogites defectus tuos, & quomodo facilius ad salutem poteris peruenire. ¶ Quarto uerò debet uersari meditatio circa sanctū, cuius festum celebratur. Circa quem tria debemus attendere. Auxiliū sancti, exemplū eius, confusionem nostrā, sicut docet beatus Bern. Auxiliū sancti, quia potens in terra, potentior in cælis est ante faciem domini Dei sui. Si dum adhuc uiueret miserus est peccatoribus, & orauit pro eis: nunc tanto amplius quanto uerius cognoscit miserias nostras, orat pro nobis Patre: quia beata illa patria charitatē eius non mutauit, sed augmentauit, neque quia impassibilis factus est, ideo omnino incōpassibilis factus est: sed nunc potius induit sibi uiscera misericordiæ, cum ante fontē misericordiæ assilat. Est & alia causa quæ magis urget sanctos, ut solliciti sint de nobis: quia iuxta uocē. Apōstoli, Deus prouidet nobis ne sine nobis cōsumamur. De exēplo planū est, sed & diligentiori intuitu cōfusione nostrā interius inspiciamus, quia

homo ille similis fuit nobis, passibilis, ex eodē Into formatus ex quo & nos. Quid est ergo quod nō solū difficile, imō impossibile credimus, ut faciamus opera quæ fecit? Sic igitur in solēnitatibus sanctorū gaudere & cōsuetudini debere sūmus. Gaudere, quia tales & tantos patronos præmissimus. Confundi, quia eos imitari nō possumus. Ita hoc semp̄ gaudiū nostrū in hac ualle lacrymarū pane lacrymarū cōdiri debet.

¶ *Quod uacandum sit orationi in festiuitatibus.*

ORATIONI etiam uacandum est in festis, sicut & sanctæ meditationi. Meditatio enim & oratio sunt quasi duo pedes, quibus in cælū ascēdendū est. Bern. Ascendamus duobus pedibus, meditatione & oratione. Meditatio quid desit docet, oratio ne desit obtinet. Tunc etiā intēdendū est eleemosynarū largitioni: iuxta illud 2. Esdræ 8. Comedite pinguia, & bibite mulsū, & mittite partes his qui nō præparauerunt sibi. Sed multi hodie nihil horum obseruant propter quæ solennitates institutæ sunt: quia nec à terreno opere uacāt, nec pondera peccatorum deponunt: sed amplius peccant in festis quā in aliis diebus, & neglecta utilitate animæ, deliciis corporalibus intēdunt. Contra illos qui à terreno opere nō cessant, primo potest ualere quod legitur Num. 15. de illo qui colligebat ligna in sabbato, quem

Moyse & Aaron recluserunt in carcerem, requirentes à domino quid de eo facerēt. Dixitque dominus ad Moysen: Morte moriatur homo iste, obruat eum lapidibus omnis turba extra castra, quod factum mysticum est. Ligna spiritualiter scindit, qui materiā ignis infernalis sibi colligit: qui lapidandus est, id est, duris obiurgationibus increpandus est, qui nō uult cessare in festis quin mala ad suū incendium colligat. Potest etiam ualere contra peccatū horum, si ostendatur magna ingratitudo & peruersitas quæ sunt in hoc peccato.

¶ *De ingratitudine non obseruantiū diem Dominicū.*

NOTANDVM ergo quod illi qui Dominicā diē nō obseruāt, ingrati sunt Deo de creatione mūdi, & de hoc, quod pro eis uoluit nasci in ualle huius miseriæ, & de beneficio quod mūdo contulit in die Resurrectionis, & in die Pētecostes, quādo Spiritus sanctus misit in discipulos suos. Omnia enim hæc in die Dominica facta sunt, propter quæ dies illa celebris habenda est. Tales peccāt in Patrē, & Filiū, & Spiritum sanctū. In Patrē, cuius potentia mundū creauit. In Filiū, cuius sapiētia mūdū redemit. In Spiritum sanctū, qui tali die missus est in mūdū. Ipsi ingrati sunt suo creatori, redēptori & cōsolatori. Bene deberēt aliquid pro Deo facere die illa, qua Deus mūdū creauit pro ipsis. Bene deberēt cauere

re à morte suā in die illa, qua filius Dei natus est pro eis: deberent etiam cauere à casu in honore Dominicæ resurrectionis, non deberent etiā Spiritum sanctū ab hospitio suo repellere in die illa qua ecclesiæ datus fuit.

¶ *Quadruplex ratio quare celebrare debemus sabbatū in honore beate Mariæ uirginis.*

ET notandū quod sicut quadruplex ratio assignatur quare dies Dominica celebris habeatur, sic potest quadruplex ratio assignari quare beate Virgini in sabbato potius honor exhibetur, quā aliis diebus. ¶ Prima ratio est, quia beata Virgo in sabbato, in quo Deus fuit in sepulchro, sola in fide stetit Apostolis discedentibus. ¶ Secūda ratio est, quia sicut à ieiunio sextæ feriæ fit transitus per sabbatū ad solennitatem Dominicæ: ita à miseria præsentis uitæ uel peccati fit transitus ad statū gloriæ uel gratiæ per beatam Virginē. ¶ Tertia ratio est, quia tali die multoties legitur beata Virgo miracula fecisse, & beneficia peccatoribus præstitisse. ¶ Quarta ratio est, quia apud Græcos fuit quædā imago beate Virginis, cuius uelamen à nona sextæ feriæ diuina uirtute recebat, & post nonā sabbati similiter Dei uirtute redibat. Cuius miraculi hæc ratio potuit esse, ut ostenderetur quod præcipuè tali die facies beate Virginis peccatoribus orantibus intendebat, propter quod Græci diem illam

solennitatē dixerūt. Deinde consuetudo illa ad Latinos transfuit quantū ad hoc, ut in illa die specialis honor beate Virgini exhiberetur. Valde peruersi uidentur esse qui nolūt in festiuis diebus à terreno opere uacare, qui potius uolunt laborare in seruitio diaboli, quā quietescere in seruitio Dei: qui potius eligūt statū miseriæ, ut in sudore uultus sui pane uestiatur suo, quā statum ante peccatū, ut sine sudore panem suū comedat: potius uolunt hic inchoare infernū suū, quā paradysum. Quædam inchoatio paradisi est quies solennitatum: potius uolunt laborando ire in infernū, quā quiete ire in paradysum. Ecclesia per quietē solennitatum uadit celerius in paradysum, quā per laborem ferrialium dierū, quod figuratū est in hoc quod legitur Actuum 1. quod mons Oliueti erat iuxta Ierusalem sabbati habes iter, ut per montē Oliueti ecclesia designetur, quæ per quietem solennitatum in cælestē Ierusalē tendit. ¶ Cōtra illos qui pōdus peccati in festis nolūt deponere, primō uidetur esse illud, quod legitur 2. Esdræ ult. quod Neemias die sabbati clausit portas Ierusalem, ne inferrent uenalia, & comminatus est eis, si secundo hoc facerent, quod poneret in eos manus. Tales qui pondera peccatorum in festis deponere nolūt, ualde peruersi sunt: potius enim uolunt portare onus diaboli

graue, quàm onus Christi. Quòd onus Christi sit leuè, habetur **Matth. 11.** Quòd onus diaboli, scilicet peccatù, sit graue, habetur ex illo uerbo **Plal.** Sicut onus graue grauatà sunt super me. Et ex hoc, quod **Zach. 5.** figuratur iniquitas per talentù plumbi, Tales potius uolūt portare onus, quod demergat eos in profundum inferni, quàm onus pro quo detur eis gloria paradisi. Et cū ipsi non permitterent alinum suum oneratum esse ultra quod debeat, sibiipsis in hoc nullo modo cōpatiuntur, nec in festis, nec in aliis diebus. Portitores ad collum uidentur esse diaboli. **Bene apparet,** quod malū dominū habent, qui nec festis diebus permittit eos quiescere. Diabolus uidetur esse dominus eorū, de quo scriptum est **Ierem. 6.** Cruelis est, & nō miseribitur. Peccator non solum seruus diaboli est, imò est quasi peccus ipsius, unde super illud, Misit in eos iram indignationis suæ, dicit glossa. Tantū potest diabolus in homine malo, quātum homo in peccato suo. Item **Psalmista:** Contritio, & infelicitas in uis eorum, & uiam pacis non cognouerunt. Impietas, quæ in eis est, non permittit eos quiescere. unde **Esaiæ 57.** Impii quasi mare feruens, quod quiescere non potest. Et **Threno. primo:** Peccatum peccauit Ierusalem, propterea instabilis facta est, muscæ quæ uexauerunt Aegyptios, eos uexare uidentur, unde Grego-

rius: **Israël sabbatum accepit in munere: Aegyptus percussit muscarum multitudine, Magis bestiales uidentur esse tales, quàm asina Balaam, in hoc quòd ipsa cōquestia est de domino suo, qui iniquè agebat in eam: ut legitur Numeri 22.** Ipsi autem nesciunt conqueri de domino suo diabo- lo, qui ad eò iniquè agit in eos. Fatuus uidetur esse, qui pro talibus petit requiem æternam post mortem eorum, cum ipsi in uita sua nunquam requiem amaauerunt, præcipuè cum scriptum sit in fine **Esai.** Erit sabbatum ex sabbato. Ex quiete enim mentis in præsentia, sequitur requies in futuro. Et dicit dominus **Math. 11.** Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam uos, & miseri fugiunt eum. Clamat autem diabolus contrarium, & miseri homines currunt ad eum. ¶ De illis autem qui magis peccant in festis quàm in aliis diebus, notādum quòd ipsi sunt ualde fatui & peruersi: in tempore sancto non sanctè uolunt uiuere, similes illis qui extra ecclesiam cauerent à peccato, & in ecclesia se omni immunditiæ exponerent. **Sicut enim loco sancto deferendum est, sic & tempore sancto.** Si quis in omnibus festis araret & foderet, ipse ualde malus reputaretur. Quomodo ergo non multum peccant qui in diebus Dominicis fornicantur? Citius enim possēt cōcedi quòd aliquis in omnibus festis araret

uel

uel foderet, quàm quòd semel in die Dominica fornicaretur. Non ideo instituit ecclesia ut in festis cessaretur à terrenis officiis, quæ bona sunt, ut malis intederetur, sed ut intederetur spiritualibus, quæ meliora sunt. Festa instituta sunt ad gratiam sanctorum acquirendam, & ipsi eorum iram prouocant. Tempus illud quod Dei seruitio appropriatum est, diabolo dedicant: nec à peccato cupiditatis tunc cessant, uel in aliquo sibi cauent, & ebrietati, & luxuriæ, & superbiæ, & lasciuix, & cæteris uitiiis se exponunt, amplius offendunt Deum in Dominica una, quàm per totam septimanam. Non uidentur talia festa esse Dei. Iam uidentur impleuisse dæmones in magna parte quod intendebant. Iam enim in magna parte quiescere cece- runt dies festos Dei à terra. Solennitates ecclesiæ iam pro magna parte similes illis factæ sunt, de quibus legitur **Esaiæ 1.** Solennitates uestras odiuit anima mea. Facta sunt mihi molesta: laboraui sustinens, & **Thren. 1.** Viderūt eam hostes, & deriserunt sabbata eius. ¶ Illi uerò qui in festis utilitati corporis uacant, & deliciis corporalibus, & ornatiui corpori, similiter ualde peruersi sunt. De ancilla enim dominam faciunt, & festum, quod deberent facere Deo cæli, faciunt suo uentri. Hi sunt quorum Deus uenter est: ut legitur ad **Philippenses tertio:** Hi non Domino Iesu

Christo, sed uentri suo seruiunt. Ad Roman. decimo sexto. Contra solennitates eorum dicit **Hieronymus:** Valde absurdum est, honorare uentrem nimia saturitate, quem scimus Deo placuisse per ieiunium. Et **Leuitic. 23.** Sabbatum requiritis esse, affligetisque animas uestras. ¶ Ipsi credunt, ut uideatur, quod festa ideo instituta sint, ut refectioni unius facci possint uacare, & impletioni unius uasis immundi, scilicet uentris. Ideo dominus comminatur eis miro modo, **Malach. 2.** Vix auderem comminationem illam dicere, nisi Spiritus sanctus eam per prophetam diceret. Sic enim legitur ibi: Dispergam super uultum uestrum stercus solennitatum uestrarum, dicit Dominus.

¶ *De inobedientia contemnens
tium excommunicationem, &
quòd ualde tremenda sit.*

S E Q V I T V R. de inobedientia eorum qui cōtemnunt, quando ab ecclesia excommunicantur. Et notādum in primis, quòd duæ sunt species excommunicationis, scilicet maior & minor. Minor separatur à sacramentis ecclesiæ: maior separatur ab ingressu ecclesiæ, & à communione fidelium, & à sacramentis. & hæc dicitur anathema. ¶ Et possunt duodecim rationes ostendi quare timenda sit multum excommunicatio. ¶ Primo timenda est, quia est ictus gladii spiritualis, qui magis timendus est, quàm

materialis. De his gladiis legitur Luc. 22. Ecce duo gladii hic. August. etiam dicit de illo qui excommunicatur, quod grauius est hoc illi, quam si gladio feriretur, si à feris deuoraretur, si in flammis exureretur. ¶ Secundo timenda est excommunicatio, quia excommunicatus est ut homo ualde infirmus qui nullum remedium uel medicinam potest habere: ipse enim separatus est à sacramentis ecclesie, quæ sunt quasi medicina. De quibus medicinis legitur Eccle. 38. Vnguentarius faciens pigmenta suauitatis, & unctiones conficiens sanitatis. ¶ Tertio uero timenda est, quia excommunicatus est uelut homo captus ab hostibus suis, omni auxilio destitutus & omni succursu, quia priuatus est à communione fidelium, nec habet partem in aliquibus bonis quæ sùnt ab ecclesia. Ipse est similis illi qui cecidit in foueam subonere, nec habet qui subleuet, & ideo uæ illi. Ecclesiastic. 4. Væ soli: quia si ceciderit, non habet subleuantem se. Econtrario uero dicitur Prouerbior. 18. Frater qui adiuuatur à fratre, quasi ciuitas firma. ¶ Quarto timenda est, quia excommunicatus est quasi infirmus habens morbum infectiuum, qui à consortio hominum eicitur: ideo lepra ab omnibus timeatur, quia morbus contagiosus est. Et multi sunt qui dicunt, Ahas infirmitates detrimere Deus, si sibi placuerit, sed à lepra me custo-

diat. Excommunicatio uelut lepra spiritualis est. unde perlepram Mariæ figurata est Numeri 12. Et in hoc excommunicatus deterior est cæteris peccatoribus: quia si alii peccatori loqueretur, uel alicui cõmunico, qualiscunque sit, ex quo non est excommunicatus, non est mihi periculum, sed in excõmunicato magnum est periculum. unde aliqui sunt qui potius eligerent mori, quam semel communicare cum deliberatione alicui excommunicato, & in casu non concessio. Et in ueritate melius esset comedere cum porco, quam cum excommunicato. Deterioris enim conditionis in hoc uidetur esse excommunicatus, quam infidelis, unde 1. ad Corinth. 5. Si quis frater nominatur inter uos, & est fornicator, aut auarus, &c. cum huiusmodi nec cibum sumere, Augustinus: Eam nominationem intelligi uoluit Apost. quæ fit in quenquam cum sententia ordine iudicario & integritate profertur. 1. ad Corinth. 10. sic legitur: Si quis infidelium uocat uos ad cœnam, & uultus ire, omne quod uobis appositum fuerit, manducate. ¶ Quinto timenda est excommunicatio, quia excommunicatus est quasi canis imundus, cui non licet intrare in ecclesiam. Et in ueritate magis offenditur Deus, quod ipse intrat ecclesiam Dei, quam si unus canis intraret. Apocal. ultim. Foris canes, & Ecclesiasti. 13. Quæ

commu

communicatio sancti ad canem? ¶ Sexto timenda est excommunicatio, quæ est quasi membrum abscissum à corpore, quod nullius ualoris est. Quid ualeat manus abscissa à corpore, & sicut si per omnia timenda est abscissio membri à corpore eius: sic nihil magis timere debet Christianus, quam separari à corpore Christi, quod est ecclesia, unde Augustinus super Ioann. Nihil sic debet formidare Christianus, quam separari à corpore Christi. Iam nõ est membrum eius, iam non uegetatur spiritu eius. ¶ Septimo timenda est excommunicatio, quia homo excommunicatus similis est palmiti abscisso à uite, qui minoris ualoris est, quam cæteri rami postquam abscissus est, cum ualde utilis sit, cū uiti adhereret. Abscissus ualeat ad hoc ut in ignem ponatur: ex aliis ramis multa utilia fieri possunt, sed non sic ex palmitibus, unde Ezech. 15. Fili hominis, quid fiet de ligno uitis ex omnibus lignis nemorum, quæ sunt inter ligna syluarum? Nunquid tolletur de ea lignum ut fiat opus, aut fabricabitur de ea paxillus, ut dependeat in eo quodcunque uas? ecce igni datum est in escam, & loan. decimo quinto: Sicut palmes non potest facere fructum à semetipso, nisi manserit in uite: sic nec uos, nisi in me manseritis. ¶ Octauo timenda est excommunicatio, quia ille, qui excommunicatur, satanæ traditur. Sicut

ecclesia hæreticos conuictos relinquit seculari potestati: ita illos qui excommunicantur, potestati satanæ tradit. Vnde Augustinus: Omnis Christianus, qui à sacerdote excommunicatur, satanæ traditur. Quomodo? quia extra ecclesiam diabolus, sicut in ecclesia Christus. Ac per hoc diabolo traditur, quia ab ecclesiastica communione remouetur. & Apostolus 1. ad Corinthios 5. Ego quidem absens corpore, præsens autem spiritu, iam iudicauit ut præsens eum, qui sic operatus est, in nomine Domini nostri Iesu Christi, tradere huiusmodi satanæ. & loquebatur de Corinthio fornicatore, qui erat excommunicandus. ¶ Nono timenda est excommunicatio, quia excommunicatus est sicuti infidelis. Vnde Matthæi decimo octauo dicit Dominus de excommunicando: Si ecclesiam nõ audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus ¶ Decimo timenda est excommunicatio, quia excommunicatus uidetur esse deterior quam gentilis: est enim quasi apostata à Christiana religione. unde communiter dicuntur excommunicati esse extra legem & extra Christianitatem, & sicut deterioris conditionis est qui ab aliqua religione apostatauerit, quam ille qui nunquam in aliqua religione fuit, & ille qui degradatus est ab ordinibus susceptis, deterioris uidetur esse conditionis, quam qui nunquam

G G 5 quam

quam ordines suscepit: ita qui extra Christianitatem positus est propter culpam suam, deterioris conditionis est, quam qui nunquam Christianus fuit. unde super illud, Sit tibi sicut ethnicus & publicanus. dicit glossa: Deterior est, qui sub nomine fidelis agit opera infidelium, quam aperte infidelis. Iudæus aliquam legem habet, licet non sibi sufficientem. Gentilis etiam aliquam legem habet, saltem naturalem: sed excommunicatus nullam uideatur habere, quum ille extra legem Christianorum dicatur esse, & non sit Iudæus uel gentilis. Inutilis etiam uidetur esse quo ad Deum, & quo ad mundum. Homo enim apostata uir inutilis est, ut legitur Prouer. 5. ¶ Undecimo timenda est, quia isto peccato diabolus multos lucratur unde quidam diabolus loquens in quodam demoniaco post multas adiurationes cuiusdam boni uiri, dixit ei, quod hoc erat peccatum quo plures lucrabatur. Vnus enim excommunicatus una die quandoque facit peccare centum personas, dum facit eas communicare sibi. ¶ Duodecimo timenda est excommunicatio, quia ualde damnoſa est: aufert enim homini partem suam de omnibus malis & aliis bonis que sunt in ecclesia Dei, quod non est paruſ damnus. Quis enim dignus sufficeret estimare ualorem unius missæ? Et hæc quæ dicta sunt, de maiori excommuni-

catione intelligenda sunt.

¶ *De inobedientia contempnitionem minorem excommunicationem.*

SEQUITUR de peccato eorum, qui contempnunt minorem excommunicationem, & ideo non timent communicare cum excommunicatis, licet communicationem incurrant. ¶ Et notandum quod ille qui communicat cum excommunicato, peccat in se, & in eum cui communicat, & in illum pro cuius iniuria excommunicatio lata est, & in matrem suam ecclesiam, & in patrem spirituales qui fert sententiam, & etiam in patrem caelestem. In se peccat, quia non cauet sibi ab eo qui habet morbum contagiosum: in quo uidetur minus se amare quam porcum suum. Porcus enim suus bene cauere ab alio porco qui morbum contagiosum haberet. In eum etiam cui communicat, peccat: quia cum ipse sit infirmus ad mortem, ipse aufert ei remedium, & saltem minus efficax reddit, dum confusionem ipsius minuit, per quam corrigi debuit. Ecclesiastic. 4. Est confusio adducens gloriam, & David: Imple facies eorum ignominia, &c. Et Michea 4. Egredie ris de ciuitate, & uenies in Babylonem, ibique liberaberis. Peccat etiam in eum, pro cuius iniuria excommunicatio lata est, quia aufert ei rem suam. Peccat etiam in ecclesiam, quam malo exem-

plo

plo corrumpit, & cuius societati præponit societatem eorum, qui sunt ut leprosi, imò sicut canes & porci. Peccat etiam in patrem spirituales, cuius sententiam contempnit. Peccat etiam in Deum, quæ in ministro suo spernit. Luc. 10. Qui uos spernit, me spernit. Ipse potius amat priuari mensa Dei, id est altari, quam mensa excommunicati: & potius amat societatem diaboli, quam filiorum Dei. Ideo merito in inferno socius erit diaboli. Quidam ait in uinis patrum: Qui non uult ecclesie ianuam humiliatus ingredi, necesse habet in ianuam inferni non sponte damnatus intrudi.

¶ *De peccato indiscretè præcipientium.*

SEQUITUR de peccato indiscretè præcipientium. ¶ Et notandum est, quod multis modis indiscretè præcipit, uel cum superbe præcipit, iuxta illud Ezech. 34. Quod perierat non quaesistis, & cum austeritate imperabatis eis, & cum potestate. Sene. Remissius imperanti melius paretur. Natura contumax est animus humanus, & in contrarium atque arduum nitens, facilius sequitur, quam ducatur. ¶ Item indiscretè præcipit, qui nimia uel nimis grauiam præcipit. Matthæi uicesimo tertio: Alligant onera grauiam & importabilia, & imponunt in humeros hominum, &c. Actuum 15. Quid tentatis Deum, iugum imponere super ceruices discipulorum, quod nec nos neque pa-

tres nostri portare potuimus?

¶ Itè indiscretè præcipit, qui præcipiendo sensum suum sequitur, sicut illi quibus dominus dicit Matt. 15. Irritum fecistis mandatum Dei propter traditiones uestras. & postea: Sine causa colunt me, docentes doctrinas & mandata hominum. ¶ Idem indiscretè præcipit, qui non beneplacitum Dei, nec utilitatem subditorum: sed propriam utilitatem præcipiendo quaerit. ¶ Et notandum, quod prælati in præcipiendo deberet esse minister Dei, & deferre mandatū eius ad subditos, & mandando deberet Deo seruire in subditis. unde Augustinus in libro de moribus ecclesie. ubi ostendit omnem uirtutem esse amorem Dei: dicit quod iustitia est amor soli amato seruens, & ideo rectè imperans.

¶ *Sex quæ debent prohibere prælatos a multitudine præceptorum.*

SEX uero sunt quæ debent prælatos cohibere à multitudine præceptorum. ¶ Primum est hoc, quod prius parentibus leguntur duo præcepta fuisse facta, Genesis 2. Ex omni ligno paradisi comedes: de ligno autem scientiæ boni & mali ne comedas, & alterum eorum transgressi sunt. ¶ Secundum est hoc, quod nati sumus in uetum semper, cupimusque negatum. Sicut impetus aquæ crescit obice inuento, sic desiderium crescit illis, qui non habent gratiam, propter prohibitionem. De nullo alio fructu parad

paradisi leguntur primi parētes comedisse, nisi de fructu uetito. Vnde ad Rom. 7. Sine lege peccatum mortuum fuerat. & subditur paulo post: Sed cum uenisset mādatum, peccatū reuixit. Item eiudē 5. Lex subintrauit, ut abundaret delictum. ¶ Tertium est hoc, quod praelati potius deberent onera subditorū portare quam grauari. unde Bern. loquēs praelatis: Quid iugum uestrū super eos aggrauatis, quorum onera potius portare deberent? & 4. Regum 2. dicit Eliseus ad Eliam: Pater mi, currus Israel & auriga eius. Praelatus debet esse ut auriga, ut subditos regat, & currus ut onera porter. ¶ Quartū est hoc, quod qui nimis emungit, elicit sanguinem: ut legitur Proverborum 30. Praelati deberent esse ut matres, lac dulcis doctrinæ subditis propinando: sed aliqui hodie pro lacte propinant sanguinem peccati. ¶ Quintū est exemplum Christi dicentis Matthæi 11. Iugum meum suauē est, & onus meum leue. Ipse etiam legem nouam dedit Math. 5. non imperando, sed dulcedine præmii ad legis attrahendo amorē. Beati, inquit, pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælorū. ¶ Sextum est, quod praelati adiutores debent esse salutis. Qui autem multa præcipiunt, potius salutem impediunt. ¶ Et notandum quod ualde impii sunt tales praelati. Ipsi enim iugulant filios proprios: quot enim

præcepta eis faciunt, tot eis laqueos ponunt. Vnde accidit quod quem non strangulat unus laqueus, alius strangulat: & quem non capit diabolus laqueo uno, capit alio. Ipsi occasiones mortis ponunt iuxta filios suos, qui quasi phrenetici sunt, quum deberent eos elongare ab eis. Ex morsu pomi uenenati sunt homines quasi phrenetici, nisi per gratiam Dei sanati sint: & ideo noxia appetunt. Tales etiā praelati adeo ardent uiam paradisi, quod quādo aliquis uult pedem ponere in uia, ipse ponit extra uiam. Ipsi etiam paruulos unius diei cōualescentes à magna infirmitate ita onerāt, quasi essent fortes & sani. Paruuli unius diei sunt, qui ad pœnitentiā ueniunt. Ipsi etiam cōualescunt à magna infirmitate. Nullus tyrannus tot iniungit sub pœna mortis temporalis, quot ipsi iniungunt sub pœna mortis æternæ.

¶ *Contra nimietatem præceptorum in claustro.*

SPECIALITER uerò reprehensibilis est nimietas præceptorū in claustris. Hoc est unum illorum trium, quæ solent religionem destruere. Argumētum habemus de hoc Genesim 2. in prima religione quæ fuit in paradiso terrestri, in qua duo præcepta data fuerāt, & contra unum eorum factum est. ¶ Secundum est singularitas, de qua exemplum habemus Esaiæ 14. De religione superna, à qua Lucifer hoc pec-

cau

cato eiectus est: Sedebo, inquit, in monte testamenti, &c. Alii ministrabant iuxta illud: Millia millium ministrabant ei, &c. ¶ Tertium est, amor temporalium: de quo habemus exemplum Act. 5. de Anania & Saphira, qui de abbacia Petri occasione temporalium perierunt. Sicut claustrales cauent ab aliis occasionibus peccandi, sicut à multiloquio, in quo non deest peccatum, ut legitur Prou. 10. & à iuramento, ex quo sequitur frequenter periurium: sic deberent cauere à nimietate præceptorum, ex qua frequenter sequitur transgressio.

¶ *Contra nimis facile excommunicantes.*

SEQUITUR de peccato eorum, qui nimis de facili excommunicant. A quo peccato deberēt cohibere specialiter ista quatuor, scilicet excommunicatio, quæ est abscissio membri à corpore ecclesiæ. Vnde omnia alia remedia deberent adhiberi antequam excommunicatio fieret, sicut membro infirmo adhibētur primo multa remedia, & si ualere non possunt remedia, rescinditur, ne pars una corrumpatur. ¶ Secundum est nobilitas corporis, à quo per excommunicationem membrū rescinditur. Corpus enim illud corpus Christi est mysticum, scilicet ecclesia. Si rex Franciæ haberet infirmitatem in membro, non de facili abscinderetur membrū illud. Cum quantā igitur cautela abscindendum

est membrū de corpore Christi? Totum corpus ecclesiæ contremiscere deberet, quando unum membrū deberet inde abscindere, sicut accidit in corpore humano, quod totū corpus contremiscit, si unum membrum sit amputandū. ¶ Tertium uerò hoc est, quod quādo aliquis excōmunicatur, ipso gladio quo percutitur, satanæ traditur, sine consilio & auxilio relinquatur, ut prius ostensum est. Non debet autem parua causa esse, pro qua mater filii gladio percutit, lupus infernalibus exponit, & infirmum ad mortē sine cōsilio & auxilio relinquat. ¶ Quartū uerò est hoc, quod frequentius excōmunicatio nō sequitur utilitas, quam solebat cōsequi. Excōmunicatio enim ad hoc solebat fieri, ut illi qui excommunicabantur corripere, ne populus exemplo eorum corrumpere: hodie autem contrarium accidit, & frequenter qui excommunicantur excōmunicatio nō contemnit, & ad peccata fræna relaxāt. Alii etiam corrumpuntur, quia cōmunicant eis. Vnde remedium uersum est in uenenum. Ideo raro essent faciendæ excommunicationes, præcipue generales, & raro essent constituendū canones latæ sententiæ.

¶ *De sententia iusta uel iniusta.*

ET notandum quod ad hoc quod sententia sit iusta, requiruntur tria, scilicet quod fiat ex certa causa sufficiente, & zelo iustitiæ,

tia, & ordine iuris obseruato. Deficiente uero aliquo istorum iniusta est, tamē ligat ex quo lata est ab illo iudice, qui habet super hoc iurisdictionē canonicam. Et referuāda est ab ecclesia militante. Fallit tamē hoc in duobus casibus. Vnus est, quādo lata est sententia post legitimā appellationē: alius est, quādo continet intolerabilem errorem. Intolerabilem errorem intelligo, cum sic dixit excommunicās: Excōmunico te, quia credis in Deū, quia non fornicaris, quia obediens es praelatis tuis, & similia. Excōmunicatus uero iniuste, sustinere debet patienter, & humiliter excommunicationē, & præsentrare se excommunicatori offerens canonicam satisfactionem si in aliquo offendit, & sic instanter postulare absolutionem, si sic fecerit, erit ei ad meritū. Vnde August. Qui iustus est, & iniuste maledicatur, premiū illi redditur. Item Aug. Aliud est sella terrena, aliud est tribunal cælestē: ab inferiori accipit sententiam, à superiori coronam.

De peccato uanæ gloriæ.

CAP. XXXIX.

SEquitur de peccato uanæ gloriæ, de quo hoc modo agemus. ¶ Primo ponemus ea quæ possunt ualere ad detestationē huius peccati. Secūdo ponemus diuisionem uanæ gloriæ. Tertio uero remedia contra illud peccatū. Est autē uana gloria secundum Augu. iudicium hominum de aliquo bene opinantium. se-

condum Tullii uerò uana gloria est magni dicti uel facti frequens fama cum laude.

¶ *De his quæ faciunt ad detestationem huius peccati.*

AD detestationē uerò huius peccati possunt ualere uerba sacre scripturæ, quæ illud distindunt, ut est illud Prouerbior. 27. Ne gloriaris in crastinū. Et illud Hieron. Non quæras gloriam, & non dolebis cum inglorius fueris. Qui laudē non appetit, cōtumelias non sentit. ¶ Secūdo uerò possunt ualere ad hoc exēpla. Inter quæ præcipuū est exēplū Christi. Exēplū uanæ gloriæ uitandæ dat Christus Matt. 10. ubi duobus cæcis, quibus oculos aperuerat, dixit: Videte ne quis sciat, & Matth. 8. dixit leproso curato: Vide nemini dixeris. Et eiusdem 14. ubi miraculo facto de quinque panibus & duobus piscibus, compulit discipulos statim ascendere nauiculam, ne uanam gloriā haberēt de aliquibus que audierāt de miraculo illo. & Lucæ 10. ubi reprehendit discipulos suos, qui gloriabātur de miraculis factis. Videbā, inquit, stantā sicut fulgur de cælo cadentem. & Ioan. 8. Ego gloriā meam non quæro, &c. Multi etiā antiqui patres fatuos se simulauerunt, ut cauere sibi possent à uana gloria. Vnde eum quidam senex in spelūca sua requiescēs rogaretur multis precibus à quodā seculari sibi ministrante, ut ueniret orationem facturū super filium

filium suum defunctū, & dum illerret ad finis, occurrunt ei multi cum lampadibus suis in occursum eius, quia sanctus homo erat, & quom uideret senex, simulauit se stultum, expoliens se uestimentis mittens ea in flumine, & stans nudus lauabat ea. Secularis autem qui ministrabat seni, erubuit, dicens populo: Reuertimini, senex noster perdidit sensum suū: & ueniens ad senē quæsiuit quare hoc fecisset, quia omnes dicerent, Dæmoniū habet senex. Cui respōdit senex: Et ego uoleo hoc audire. ¶ Tertio potest ualere ad detestationē huius peccati uanitas, quæ in ea est. Tantæ autē uanitatis est peccatū illud, quod licet omnia, quæ sub sole sunt, uanitas sint, tamē uana gloria quasi uanissima, hoc nomen sibi appropriauit. Potest autem dici uana gloria, & quia ualeat nihilū, & quia uadit ad nihilū. Nihilū ualeat, quia nec corpori, nec animæ ualeat, imò plurimum animæ nocet. Naturale autē est, quod apprehendens in re apprehensa delectetur, & non eōnverso: ut uisus delectatur in uiridi colore, & nō color uiridis delectatur ex eo quod uidetur: sic uidetur quod aliquis non debeat delectari ex eo quod creditur talis uel talis, sed potius illi qui uident eum bonū, debēt in eo delectari. Præterea quæ utilitas est chimære, ex eo quod est in opinione hominum? Vel montibus aureis, ex hoc quod finguntur uel

imaginantur ex hominibus? Sic nulla utilitas uidetur esse homini ex hoc quod magnus est in opinione hominū. Qui autē appetit quod sit magnus uel bonus in opinione hominū, appetit, ut uidetur, quod habeat tale esse, quale habet chimæra. Ad nihilū etiā uadit uana gloria. Critō enim sic ignominia superbi gloria, ut dicit Senec. Sicut potest apparere in domino Iesu Christo, qui in tanta gloria in Ramispalmarum in Ierusalē susceptus est, & post ab eodem populo in eodē loco, & in eodē tempore paucissimis diebus interpositis, crucifixus est, unde dicit Bern. Vbi prius dictū fuerat ei: Benedixus qui uenit in nomine domini. dictum est postea: Tollē, tolle, crucifige eū: & qui prius uocatus fuerat Rex Israël, postea audiuit: Non habemus regem, nisi Cæsarem. Et cui prius uestimenta prosternebantur aliena, suis postea spoliatus est. ¶ Quarto potest ualere ad detestationem huius peccati fatuitas magna, quæ est in ea: quā fatuitatē insinuat dominus Matt. 25. ubi per fatuas uirgines amatores uanæ gloriæ intelliguntur.

¶ *De octo uanitatibus quæ sunt in uanæ gloriōsis.*

E T. possunt octo fatuitates assignari quæ inueniuntur in eo qui amat uanam gloriam. ¶ Prima est, quod ipse permittit sibi illud uilius, quā illuderetur ali cui cæco. Dicit enim diabolus ei: Aperi os tuum, & ego imple-

bo illud, & imponit ei diabolus, quum os desiderii aperuerit, uanam gloriam, quæ nihil est, iuxta illud uerbum domini Ioan. 8. Si ego gloriam meam quero, gloria mea nihil est. & fatuus credit os desiderii sui posse impleri. ¶ **Secunda fatuitas** est, quod uanam gloriam quæ est ad instar puncti, gloriæ æternæ præponit, unde Gregorius: Stultum est inde transitoria querere, unde æterna possimus habere. ¶ **Tertia fatuitas** est, quod ipse ponit thesaurum suum in arca sine claue & sine sera, quum possit eam ponere in arca securissima, scilicet in arca conscientiæ. Bernard. Fidelissimus timet custos, non tutum arbitratu labiis hominum committere gloriam suam, arcæ sine claue & sine sera, nullæq; omnino clausuræ nocere uolenti. Non tutum planè, sed stultum est ibi thesaurum tuum recondere, ubi non ualeas resumere cum uolueris. Si ponis in os meum, non in tua, sed in mea potestate, cum utique pro meo libitu uel te laudare possim, uel derogare tibi. Sanum uas & inconcussum est conscientia, & seruandis secretis idoneum, nullis patens insidiis, nulli uolentiæ cedens, nullo quippe oculo uel manui accessibilis, excepto duntaxat spiritui, qui seruatur etiam profunda Dei: quicquid ibi repositum, securus sum, quia non perdam, seruabit uiuo, defuncto restituet. Nā quo-

cunque uado, ipsa mecum iter facit, secum ferens depositum quod seruandum acceperat: uiuo adest, mortuum sequitur ubique gloria, uel confusio inseparabilis pro qualitate depositi. ¶ **Quarta fatuitas** est, quod pretio illo quo potest emere regnum æternum, emit infernale patibulum. ¶ **Quinta fatuitas** est, quod ipsa non curat qualis sit, sed qualis dicatur. Chrysostr. Hypocrita, ut quid non uis esse laudabilis, qui uis ut lauderis: quod si formosum est apparere, formosus est esse. ¶ **Sexta fatuitas** est, quod ipse carè emit quod nihil scit ualere, scilicet quod homines ferunt bonum testimonium, illud à Deo, qui est eius iudex, non recipi. Bernard. Vt quid alieno uel meipsum testimonio contentus sum, cuius nec uituperio reprobis, nec laude dignus inueniar? si ante tribunal uestrum iudicandus astare, merito de laude uestra gloriarer: nunc autem cum solius Christi iudicio sim presentandus, quantæ insanie est mei uel alterius iudicio gloriarer? sicut dicitur 1. Ioann. 5. Tres sunt qui dant testimonium in celo, Pater, Verbum, & Spiritus sanctus, & horum testimonio stabitur in omnibus. ¶ **Septima fatuitas** est, quod ipsi uolunt se regere secundum uerba eorum quos sciunt fatuos esse, scilicet histrionum & aliarum uilium personarum. ¶ **Octaua fatuitas** est, quod amator uanæ gloriæ rem istam amat, quam

quam melius posset habere si non amaret: quia secundum uerbum philosophi, hoc solum habet uana gloria, quod se appetentes fugit, & se fugientes appetit.

¶ **Quomodo hoc peccatum sit contumeliosum Deo, & nocium proprio subiecto.**

QUINTO potest ualere ad detestationem huius uitii, si ostendatur quam contumeliosum sit illud peccatum Deo, & quam nocium homini. Amator enim uanæ gloriæ cōtēpto Deo, creaturam deificat, & se facit principium, dum de operibus factis gloriat, quasi à se ea habuerit: & proximum suum sine cōstituit, dum omnia opera sua facit ut uideatur ab hominibus: & sic idololatrat, cum creaturam alpha & o cōstituat. Ioan. 5. Quomodo potest in Deo credere, qui gloriam ab inuicē queritis, & gloriam quæ à Deo solo est, non uultis? Amator uanæ gloriæ de ribaldo uno iudicem suum facit, & gloriæ quæ ab eo est, gloriæ Dei præponit: quod non est sine magna contumelia Dei. Amator etiā uanæ gloriæ ipsum puluerem uanæ gloriæ Deo præponit. Noceat autem hoc peccatum homini, quia auferit ei bona temporalia & spiritualia. De temporalibus autem patet, quum quotidie multi expēdāt sua propter uanam gloriam: quandoque etiam corpora sua propter hoc exponunt morti in bellis. Spiritualia etiam bona auferit. Licet

enim amator uanæ gloriæ habeat similitudinē bonorum, tamen non habet uera bona. Sapiens: Apud sapientes sunt honesta, apud uerò uulgus simularum rerum honestarum. Quidam fenex in Vitis patrum: Sicut fieri non potest ut herba simul nascatur & semen, ita impossibile est ut laudē, & gloriam secularium habentes simul & fructum habeamus cælestem. Bonum etiam in mala cōuertit & in seruitute magna hominē ponit. Est enim seruus amator uanæ gloriæ omniū illorum quorum iudicia timet, secundum illud Apostoli 1. Cor. 4. Qui me iudicat, Dominus est. In potestate etiā est histrionū. Fingunt enim eum talem, qualem uolunt: quandoque enim admiralant eum, quandoque magnificant; seruus etiam est eorundē, ita ut det eis censum ueteres uestes super se, & redimat se ab eis. Membra etiā Dei, id est, pauperes, spoliat, ut tales qui sunt membra diaboli, induat. Ponit etiam hoc peccatum hominem in magna instabilitate. Bernard. Qui conscientias suas in alienis linguis posterunt, modo parui, modo magni, modo nulli uidentur, prout linguis hominum eos laudare uel uituperare placuerit. Ipsi iuxta uerbum Psalmi. Ascendunt usque ad cælum, & descendunt usque ad abyssos. Ipsi decidunt frequenter à cogitationibus suis, & frequenter faciunt talem saltū ad qualem uoluerunt

Iudei cogere Christum. Lucæ 4. Ipsi sunt quasi galli in turribus ecclesiarum positi, & ad omnem uentum mouentur. Ecclesiast. 5. Non te uentiles in omnem uentum. Ipsi sunt arundo uento agitata. Ipsi sunt paleæ: iuxta illud Iob 11. Erunt sicut paleæ ante faciē uenti. Et Augustin. Adhibe oris iudiciū, & scies quid palea, quid granum. Istud uitiū magnas uires habet. Augustin. Quas uires nocendi habet uana gloria, non sentit, nisi qui bellum ei indixerit. Quod est cuiquam facile est laudē nō appetere cum negatur, difficile est tamen ea nō delectari, dum offertur. Gregor. Aliquantulum facile est humanam laudem non appetere, difficillimum oblatam respicere. Vana gloria illos uincit qui cætera uita uincunt. Hieronym. Difficilius arrogantia caremus, quā auro, uel argēto, & gemis. Interdū enim his abiectis gloriofis tumemus sordibus. Augustin. Sunt qui de contēptu inanis gloriæ uanius gloriantur. Amator enim uanæ gloriæ maledictus est. Maledictus enim est, qui partem suam facit deteriorem, quod facit, cum uanam gloriam præ cæteris rebus. eligit. Vana gloria est deterior cæteris possessionibus. Et quia breuior, unde Iob 10. Gaudium hypocritæ ad instar puncti. & quia multos dominos habet homo de possessione illa. Vnde ab uno auferitur, quum aliis conceditur: &

ideo nunquam pacificè possideatur. Quando enim quis ab uno laudatur, ipse utperatur a multis. Præterea nihil prodest ista possessio, & ultra modum constat: nec solū perditur, imo etiam perdit possessore suum. Osee 4. Gloriam eorum in ignominiam conuertam Et Apocal. 18. Quantum glorificauit se & in deliciis fuit, tantum date ei tormentum & luctum. Hoc uitium post alia remanet. Vnde in libro Proseri: Quum omnia uita superauerit homo, manet periculum, ne mens bene sibi conscia potius in se, quā in domino gloriatur. Vitium illud inuadit res sacras, quum alia uita eas fugiant. Committitur etiam hoc peccatum in ecclesia in seruitio diuino, & meliores in ecclesia nititur maculare, scilicet religiosos: succumbere etiam facit uiros religiosos spirituales in bello spirituali, sicut humilitas facit triumphare. Sicut enim Dominus uirtutem tribuit ei, qui de uictoria dat ei gloriam: sic uires non subministrat ei, qui furatur ei gloriam.

¶ De diuersis, quibus uana gloria comparatur.

VLTIMO possunt ualere ad detestationem huius peccati figuræ, quibus hoc peccatū figuratur in sacra scriptura. Notandum ergo quod uana gloria quandoque puluis uocatur. Hic est puluis qui adhæsit pedibus discipulorum, ut legitur Matth. 10. Ideo

autem

autem puluis uocatur, ut ostendatur, quod sicuti puluis minima pars terræ est: sic uana gloria minimū est inter temporalia bona. Et sicut puluis oculum corporis incidens grauat uel cæcat: sic uana gloria oculum intentionis. Vocatur etiā uana gloria uentus, ut insinuetur fatuos esse, qui eam esturiunt, uentus enim hominem inflando ei nocet, potius quam profit. Osee 12. Ephraim pascit uentū. Ierem. 22. Omnes pastores eius pascet uentus. Ventus iste uidetur esse lenis, tamē trāsfert montes à regno Dei, ad regnum diaboliniros scilicet spirituales, qui dicuntur montes. Vnde, Leuati oculos meos in mōtes. Vēns iste magnas naues submergit in mari huius mundi. Ventus iste ualde timendus est. Ducit enim in infernum, quasi imperceptibiliter eos qui uidentur ire in paradysum. Vana gloria etiam uocatur oleū, Matth. 25. ubi dicitur: Quinque fatuæ acceptis lampadibus non sumplerunt oleum secum. In sua uitate enim similis est oleo: in ueritate autem gladius est insensibiliter hominem occidēs. Vocatur etiā flos, in hoc quod cito arefcit. Esa. 28. Erit flos decidens gloriæ exultationis. Vocatur etiam uiperæ. Actū 28. ubi legitur, quod uiperæ manus Pauli adhæsit: ut ostendatur, quod sicut uiperæ si manus adhæserit, cito excutitur: sic uana gloria si se immisceat bono operi, cito excutienda est.

¶ Figuratur etiam uana gloria per uxorem, quam dominus ipse sibi solam retinuerat: ut legitur Genesis 39. ut ostendatur, quod Dominus de operibus nostris uult gloriam habere, sed utilitatem eorum nobis relinquit. Qui autē partem Dei sibi usurpat, scilicet gloriam, meritò partem suam amittet, scilicet utilitatem uel mercedem æternam. ¶ Figuratur etiam uana gloria Matthæi 14. per saltatricem, quæ caput Ioannis fecit amputari. Vnde posset multū timere ille, qui hanc saltatricem uidet ante se, præcipuè si cogitet quot milibus hominum caput amputari fecit, non caput aininū, neque caput sui corporis, sed caput nobilissimū, quod est Christus, amputat. Ideo specialiter timendum est uitium istud, quia insidiatur oculo spirituali, scilicet intencioni: qui oculus si nequam fuerit, totum corpus cæcum erit, id est, tota congeries operum. Matth. 6.

¶ De diuisione uanæ gloriæ.

SEQUITUR de diuisione uanæ gloriæ. Notandum ergo quod gloria primo diuiditur in uanam & ueram gloriam. Vera uero diuiditur in ueram simpliciter, & ueriores, & uerissimam. Vera gloria est simpliciter bonum testimonium conscientie, quando scilicet aliquis nullius peccati cōscius sibi est. Vnde apostolus 2. ad Corint. Gloria nostra hæc est, testimonium conscientie nostræ. Verior uero gloria est,

HH 2 quan

quando dulcedo Spiritus sancti manifeste sentitur: quando scilicet Spiritus sanctus dat testimonium spiritui nostro quod filii Dei sumus. Verissima est gloria aeterna. ¶ Vana vero gloria dividitur in gloria diabolicam & humanam. ¶ Diabolica est, quando aliquis gloriatur de malitia. Vnde David: Quid gloriaris in malitia, &c. Poeta: Gloria peccati nulla petenda sui est. ¶ Humana vero dividitur in carnalem & spirituales. Carnalis est gloria mundanorum, quae est in decore vestitum, & huiusmodi. Spiritualis vero est, ut gloria hypocritarum.

¶ De his quae valent ad detestationem gloriae carnalis.

NOTA NDUM vero est, quod carnalis gloria comparatur luminari quod de nocte videtur, in die vero non: sicut quidam vermes, qui dicuntur noctilucae, & squamam piscium, & ligna putrida: sic apparent diuites huius seculi, nunc lucidi & clari, dum nox est ignorantiae & culpae: in futuro vero tenebrosi erunt, quando erit dies domini magnus, scilicet in die iudicii. Comparatur etiam gloria illa hirundini, quae avis picturata est, & uelociter uolat. Velociter enim transit mundi huius gloria, & depicta esse videtur. Vnde Tobias 2, dicitur quod de nidio hirundinum calida stercore ceciderunt, quae Tobiam excaecauerunt. Quod uerbum expositum est in tractatu de Auidia in apostolo, in quo auaritia

diuersis infirmitatibus comparatur. ¶ Gloria etiam carnalis est uelut puluis calens oculos hominum excacans. Est etiam flos, qui a pueris huius mundi, uel potius a puerilibus colligitur. De hoc flore legitur Ierem. 48, Date flores Moab: quia flores egredietur, &c. & Esa. 40, Omnis caro faenum, & omnis gloria eius quasi flos agri. Gloria ista uere inspicienti ignominia est. Vnde 1. Machabaeo. 2. Gloria hominis, stercus & uermis: hodie tollitur, & cras non inuenietur. Gloria peccatoris est caro eius, quae est stercus, id est, sacculus stercoreum: & uermis, id est, esca uermium: licet uana gloria ab omnibus hominibus sit timenda, praecipue tamen claustralibus contemenda est. Hieronymus: Prima uirtus monachi est, iudicia hominum contemnere. Non solum non deberet laetari uel gloriari claustralis cum laudatur, imo deberet turbari. Vnde beata Virgo cum dixisset eam angelus gratia plena, & benedicta in mulieribus, turbata est in eius sermone.

¶ De octo remediis contra uanam gloriam.

SE QUITVR de remediis contra hoc peccatum, & octo sunt remedia contra ipsum. ¶ Primum est absconditio. Vnde Esa. 37. Erunt uir sicut qui absconditur a uento, & celat se a tempestate. Et in Vitis patrum: Sicut thesaurus manifestus cito minuitur, ita uirtus quaelibet deperit publicata. Nam

lica

sicut cera a facie ignis soluitur, ita & anima per laudem dissoluta, ab intentione sua perit. Hoc remedium figuratum est Exod. 4. in manu Moysi quae leprosa erat, & cum missa esset in sinum eius, facta est sana. Gregorius: Ille debet publicare bonum quod agit, qui perfecta humilitate fundatur, & nulla elatione contingitur. ¶ Secundum remedium est demissio: scilicet ut homo descendat ad propriam infirmitatem. Sicut faciunt equitates quando nimis uentus flat, & transferunt per pontem, qui descendunt ne uentus eis noceat: sic qui laudatur, recurrere debet ad infirmitatem suam, & uidebit se falso laudari: & sic potius erubescat, quam gloriari. Boetius: Qui falso praedicantur, necesse est, ut suis laudibus erubescant. In Vitis patrum, quidam frater requisit abbatem Peremenem, si melius esset remotus, quam cum aliis manere. Respondit Abbas: Homo si seipsum reprehendat, ubique potest consistere: si autem se magnificat, nusquam stat. ¶ Tertium remedium est, consideratio ignis infernalis, uel purgatorii. Hoc remedium insinuat nobis Actuum 28. ubi Paulus uiperam manui adherentem excussit in ignem: quod spiritualiter fit, quando consideratione peccatae qua uana gloria puniatur, homo uanam gloriam a se abicit. ¶ Quartum remedium est, consideratio gloriae aeternae: quia

secundum Gregor. uilescunt temporalia, dum considerantur aeterna. Et spiritualiter uilescit uana gloria, si consideretur gloria uera. ¶ Quintum remedium est, consideratio utilitatis uanae gloriae: quod patet ex hoc quod uenalis est, quod notatur Matt. 25. ubi dicitur: Ne forte non sufficiat nobis & uobis, ite potius ad uendentes, &c. Testimonium uenale repellendum est. Apparet etiam utilitas uanae gloriae ex uilitate personarum, apud quas habetur. A uilibus etiam personis quomodo potest quis habere gloriam, nisi uilem? Fraterea odiunt bonum, & diligunt malum. Et propter hoc testimonium eorum repellendum est, & de bono, & de malo. De altero ratione amoris, de reliquo ratione odii. Amor autem uel odium ueritatis nescit iudicium, secundum Bernard. ¶ Sextum remedium est, consideratio magnae infidelitatis quae est in hoc peccato. Valde enim infidelis est, qui Deo auferit partem suam quam in bonis suis sibi retinuit. Bene deberet homini sufficere pars illa quam dominus ei concessit, cum domini sint omnia. Exemplum infidelitatis habemus 2. Regum 12. de Ioab principe militum, qui sic scripsit ad David: Dimicauit aduersum Rabbath, & capienda est urbs aquarum. Nunc congrega reliquam partem populi, & obside ciuitatem, & cape eam, ne cum a me uastata fuerit

H H 3 urbs,

urbs, nomini meo adscribitur uel gloria. Bernar. Re uera fidelis famulus es, si de multa gloria dominum tuum, et si non exente ex te, tamen tranfunte per te, nil in manibus tuis adharere contingat. Si quis super pauca fidelis inueniretur, ipse super multa bona domini sui constitueretur. Gloria uel laus quedam probatio hominum est, utrum Deo sint fideles uel infideles. unde Prouerborum. 27. Quomodo probatur in confatorio aurum, & in fornace argentum: sic probatur homo ore laudantis. ¶ Septimum remedium est, quod quando offertur homini gloria, ipse offerat eam regi gloria, cuius est, dicens: Non nobis Domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam. Et illud, Gloria in excelsis Deo: Si quis ita affuerit, uana gloria non tantum habebit contra eum, quanta uim habebat prius. ¶ Octauum remedium est, quod homo opus illud, cum uana gloria adhaeret, dimittat, cogitans illud opus esse amissum, & potius de illo esse sciendum quam gloriam, quod remedium figuratum est Genes. 39. in hoc, quod Ioseph reliquit pallium, cui domina sua adhaeserat.

De Hypocritis. CAP. XL.

Dico de peccato uanae gloriae, dicendum est de hypocritis, quia hoc peccatum procedit propter hoc, quod aliquis amat uanam gloriam, & in se simulat sanctitatem. Agemus autem hoc modo

de peccato isto. Primo ponemus ea quae faciunt ad detestationem huius peccati. Secundo asynabimus diuersas species hypocritis.

¶ De octo quae faciunt ad detestationem hypocritis.

NO T A N D V M ergo quod octo sunt quae possunt ualere ad detestationem huius peccati. ¶ Primo uerba sacrae scripture, quae illud dissuadent ut est illud Eccle. 1. Ne fueris hypocrita in conspectu hominum, & illud Deuter. 22. Non indueris ueste quae ex lana linoque contexta est. Per linum quod subtilius est, cogitationes intus subintelliguntur. Per lanam quae alba est, opera exterioris lucetia. Unde in hypocrita sub lanam grossitiae linum latet: quia sub puritatis imagine deprahendi calliditas non ualeat: & ob hoc claustrales non lineis induuntur ad carnem. Haec dissuadet Matt. 6. ubi sic legitur: Cum facis eleemosynam, noli tuba canere ante te, sicut hypocritae faciunt. Et post: Cum oratus, non eritis sicut hypocritae istos. ¶ Secundo potest ualere ad detestationem huius peccati, si hypocrita diuersis generibus iterum comparatur.

¶ Quibus rebus assimilatur hypocrita.

NO T A N D V M quod hypocrita est simia diaboli, uolens imitari filios Dei. Quod filii Dei faciunt ad sui decorem, ipse facit ad sui iugulationem: sicut refertur de quadam simia, quae cum uideret quomodo quidam rasillet,

rasillet, postea uoluit imitari eum, & iugulauit se. Ipse etiam similis est struthioni niue cooperato, quod est exterius candidum, interius foetidum. Ipse etiam est ut sepulchrum exterius dealbatum, intus uero plenum ossibus mortuorum, ut legitur Matthaei 23. Item similis est uasi exterius mudo, interius sordido. Item est ut cygnus extra candidus, intus habens carnes nigras. Item similis est struthioni, quae similes penas habet accipitris, ut dicitur Iob 39. Struthionis penna similis est pennae herodii & accipitris. Quae derelinquit oua sua in terra hypocrita, derelinquit in terra oua sua, dum de operibus suis solam mercedem terrenam quaerit. Unde peccatum hypocritis prohibetur Leu. 11. ubi prohibemur comedere cygnum & struthionem, id est, assimilari eis. Item hypocrita est lupus pelle ouina indutus. Unde Matt. 7. Attendite ad falsos prophetas, qui ueniunt ad uos in uestimentis ouium: intrinsecus autem sunt lupi rapaces. Est etiam angelus tenebrarum transfugurans se in angelum lucis, & demoniū meridianum, & latro qui a similitis cui domino pepedit, & martyr diaboli: & sicut uiri sancti dicunt domino, Quomodo propter te tota die mortificamur: sic possit dicere ei hypocrite, Quomodo contra te mortificamur tota die. Hypocrita est Simon Cyrenaeus, crucem ferens alienam, unde Bern. Fructum faciunt, sed

non suum. Hypocrite autem aliqui cum Simone Cyrenaeo crucem ferunt, non suam, sed alienam: quia amore gloriae, quod non amant, facere compelluntur. Hypocrita etiam est arundo uento agitata: uixta illud Matt. 11. Quid exitis uidere in desertum? arundinem uento agitam? ¶ Hypocrita ad modum arundinis non habens radicem intentionis fixam in solido, id est, in eternis, lanugine habet pro fructu. Sap. 1. Spes impii quasi lanugo. Lanugo haec uana gloria est, quam hypocrita totis uiribus amplectitur. Sapiens: Virtutis fructum sapiens in conscientia, stultus autem in gloria ponit. Intus uacuum est, extra lucescit, omni uento tentationis agitur. Manum innitentis sibi perforat, quia homines in eo contentes decipit. Hypocrita est uulpes animal, scilicet foetidum & dolosum, cuius pellis praevalet carni. Unde Ezech. 13. Quasi uulpes in deserto prophetae tui Israel. Hypocrita etiam similis est Sichem, qui circumcidit se, ut Dinam in uxorem haberet: non tamen circumcisio illa seruauit eum a gladio Simeonis & Leui. Sic quidam ab aliquibus malis abstinere, ut ecclesias habeant. Non tamen propter hoc gladius uerbi diuini debet eis parcere, ubi homo uidet quod professe possit, cum constet omnia mala esse quae fiunt ambitiosa intentione. Hypocrita se mortuum simulat mundo, cum in ueritate uiuus sit, donec habeat

unam magnam prelationem, in qua delicis uacet, & tūc uerē patet quod uiuus est. Sicut fabulose dicitur de uulpe quæ mortuā se simulauit, donec posita fuit super quadrigam in qua erant aleca, & tunc comedens aleca se uiuam ostendit. Ipsi etiā sunt mercatores pellum anguillarū, dum exteriorem conuersationem hominibus uendunt. ¶ Tertio potest ualere ad detestationē huius peccati pœna quam scriptura eis minatur. Et est una pœna quod non uidebunt Dominū nisi conuertantur. Iob 13. Non ueniet in conspectu eius omnis hypocrita. Nec mirum, cū Deus non sit ante faciem hypocrite. Omnia enim opera sua facit ut uideatur ab hominibus. Hoc est unum quod multū placet Deo, quod homo cor suū semper habeat ad Deū. Vnde super illud Psal. Firmabo super te oculos meos. dicitur glossa, in persona Dei: Non auferam oculos meos a te, quia tu semper leuas oculos tuos ad me. Alia pœna est uilificatio magna, quæ sequitur hoc peccatum, & in futuro, & saepe in presenti. Iob 20. Si ascenderit usque ad cœlos superbia eius, & caput eius nubes tetigerit, quasi sterquilinum in fine perdetur. Quarto potest ualere ad detestationem huius peccati hoc, quod hypocrite uix conuertuntur. Cuius rei triplex ratio potest assignari. ¶ Prima est, quia hypocrita ueniā uix petit à Deo. unde super illud Iob 36. Nō cla-

mabunt cum uincti fuerint: dicit Gregor. Vincti non clamabunt, quia humane laudis auditate supererati sanctos se esse, miserī etiā cum in peccatis moriuntur putant. ¶ Secunda est, quia Spiritus sanctus fugit eos, sine quo conuerti non possunt. Sapient. 1. Spiritus sanctus disciplina effugiet fœdum. id est, hypocritā, qui fingit se Dei amicum, cum sit inimicus. ¶ Tertia est, quia diabolus nescitur esse in eis: & ideo nō inquietatur ibi, & ideo dormit ibi diu, Iob 40. Sub umbra dormit in secreto calami. ¶ Quarta etiam ratio potest assignari, quod hypocrite defendūt se cūm arguūtur. unde Iudicum 1. dicitur: Iuit dominus cum Iuda, & montana possedit, nec potuit delere habitatores uallis, quia falcatis curribus abudabant. Hoc est, in curribus eorū falces quæ erant sibi obuiantia & aduersantia fecabant. Habitatores uallis sunt hypocrite, qui reprehensores suos cōuiciis sciunt. Propter quod scirpo cōparatur hypocrita, Iob 8. Nunquid uirescere potest scirpus absque humore? aut crescere carectum sine aqua? Glossa. Scirpus est iuncus uacuum, carectum manum laedit. Sic hypocrita gratia uacuum est, & correctionem non recipit, sed ad dilaniandam uitam prorumpit: tanquam exprobrato aliterius criminis, absterio sit proptii. ¶ Quinto, potest ualere ad detestationem huius peccati, si ostendatur quā nocuum sit homini

homini. Ad quod signandum fermento comparatur, Luca 12. ubi legitur: Attendite à fermento Phariseorum, quod est hypocritis. Modicū enim fermenti, iuxta uerbū Apostoli, totam massam corrumpit. sic peccatum istud hominis opera falsificat. unde opera hypocrite sunt uelut falsa moneta extrā deaurata. Sunt etiam uelut poma arborum, quæ inueniuntur in arboribus quæ sunt circa mare mortuū, quæ usque; ad maturitatem sunt uiridia: matura si incidis, fauillas intus inuenies. Videntur enim opera illorū mentoria esse: sed in futuro erunt materia ignis infernalis. Hoc peccatum imperceptibiliter hominem occidit. Vnde hypocrite uiuentur uiuere uita animæ, cum mortui sint. Vnde Apocalyp. 3. Scio opera tua, quia nomen habes, quod uiuas, & mortuus es. ¶ Sexto potest ualere ad detestationē huius peccati, si ostendatur magna fatuitas hypocritarum, qui facies suas, ut appareant hominibus ieiunantes: ut legitur Matt. 6. Ipsi enim quotidianis cruciati sunt mercantur cruciatum aternum. Ipsi etiam aliis operantur. Opera enim illorū, aliis per bonum exemplum profunt, sibi uero nocent, similes candelæ, quæ alios illuminat, & se consumit. ¶ Septimo, potest ualere ad detestationem huius peccati hoc, quod toties dominus in Euange-

lio hypocritas reprehendit. Matthæi 7. Hypocrita, eice primum trabem de oculo tuo. Hypocrite, bene de uobis prophetauit Esaias 15, & in multis aliis locis. ¶ Octauo uerò possunt ualere ad detestationem huius peccati, octo maledictiones, quas dominus hypocritis facit, Matt. 23. quarū prima est, Væ uobis Scribæ & Pharisei hypocrite, qui clauditis regnum cœlorū ante homines. Vos enim nō intratis, nec introeuntes finitis intrare. ¶ Secūda, Væ uobis Scribæ & pharisei hypocrite, qui comeditis domos uiduorū, orationes longas orantes, propter hoc amplius accipietis iudiciū. ¶ Tertia, Væ uobis Scribæ & Pharisei hypocrite, qui circumcis mare & aridam ut faciatis unum profelytum: & cum fuerit factus, facitis eum filiū gehennæ duplo quā uos. ¶ Quarta est, Væ uobis Scribæ & Pharisei hypocrite, qui decimatis mentā & anethum & cyminum, & reliquiis quæ gramora sunt legis, iudicium, misericordiam, & fidem. ¶ Quinta est, Væ uobis Scribæ & Pharisei hypocrite, qui mūdatis quod de foris est calicis & paropsidis, intus autē pleni estis rapina & immunditia. ¶ Sexta, Væ uobis Scribæ & Pharisei hypocrite, quia similes estis sepulchris dealbatis, quæ foris apparent hominibus speciosa, intus uero plena sunt ossibus mortuorum. ¶ Septima, Væ uobis Scribæ & Pharisei hypocrite, qui ædificatis sepulchra

ehra prophetarū, & ornatis monumenta iustorū, &c. ¶ Octava, Vt uobis duces cæci, qui dicitis, Quicumque iurauerit per templum, nihil est, qui autem iurauerit in aurum templi, debitor est, &c.

¶ *Quare Dominus in Euangelio ita persequitur hypocritas.*

SE D cūm hypocritæ uideantur utiles esse ecclesiæ bonum exemplum aliis præbendo, & hostes ecclesiæ terrēdo, sicut formido terret aues in horto, & diabolum incarceratum teneat, ne ad alios possit transire: queritur quare Dominus hypocritas ita persequitur. Præterea, dicit Hieronymus super Esa. 9. Prima tabula post naufragium est abscōdere peccatum suum, & non publicare. Item minus malus uideatur qui malus est interius tantum, quam qui malus est interius & exterius. Minus peccare uidetur qui tantum peccat in Deum occultē peccādo, quam ille qui peccat aperte, cum peccat in Deum & in proximum. Ad quod dicendum est, quod hoc habet locum, cum aliquis peccatum suum occultaret bona intentione, ne alios corrumpere: sed aliud est ubi peccatum occultat, ut ecclesiam decipiat, & quando sanctitas simulatur. Simulata enim æquitas non est æquitas, sed duplex iniquitas. Et sicut dicit Hieronymus super Esaia. Leuius est de duobus malis, apertè peccare, quam sanctitatē simulare. Causa

autem quare Dominus ita persequitur hypocritas potest esse hæc: quia ipsi proditores sunt, simulantes se esse ex parte Dei, & sunt ex parte diaboli. Videtur etiam esse amici, & sunt inimici: & ideo multū ecclesiæ Dei nocere possunt. Vnde hæretici per hypocrisim homines decipiunt, & antichristus qui caput erit malorum, homines per hypocrisim decipiet. Sapiēs: Nullæ sunt occultiores infidiæ, quam quæ latent in similitudine officii. i. ad Timotheū 4. Spiritus sanctus manifeste dicit, quod in nouissimis diebus discedent quidam à fide: attendentes spiritibus erroris & doctrinis dæmoniorū, in hypocrisiloquentium mendacium. Hier. Simulata æquitas non est æquitas, sed duplex iniquitas.

¶ *De tribus speciebus hypocrisis.*

SE QUIT VR de speciebus hypocrisis. Et possunt distinguere tres species ipsius hypocrisis. ¶ Prima est, quando aliquis corā hominibus simulat se obedire Deo, & in occulto nō timet offendere Deū. ¶ Secunda est, quādo in occulto & in aperto bona opera facit: ut sanctus ab hominibus uideatur. ¶ Tertia est, quādo aliquis minorē hypocrisim relinquit, ut in maiori & in subtiliori hypocrisim permaneat: ut cum aliquis requisitus an ieiunet dicat, Deus scribit dicatur, hypocritas non est. In prima specie bonitas in operibus exterioribus tantū apparet. In secūda uerō, & in occultis

tis & in apertis: sed non in intentione. In tertia uero specie præteritur bonitas intentionis. In prima multum occultatur diabolus, in secūda magis. In tertia uero maxime.

De octo remedijs contra superbiam. PARS IIII.

POSTquam posuimus ea quæ possunt ualere ad detestationē superbix in cōmuni, & posuimus diuisiones pertinētes ad hoc peccatū, & membra persecuti sumus: Ultimo tangemus aliquid de remedijs contra superbiam. Et causa breuitatis ponemus octo. ¶ Remediū primū est, cōsideratio melioris. Greg. Sicut incētiū elationis est respectus deterioris: ita cautela humilitatis est consideratio melioris. ¶ Secundum remediū est, cohabitatio humiliū. Sicut enim ille, qui communicauerit superbo, inducit superbiam, ut dicitur Ecclesiast. 13. sic qui communicauerit humili, inducit humilitatem. Episcopus Parisiensis Odo, despiciōres pauperes semper ante se ponebat in mensa, & alios ex latere. Requisitus est autem quomodo possit hoc tolerare. Respondit, quod quidam nobilis miles eum hoc docuerat, scilicet Iob quinto, qui dicit: Visitans speciem tuam non peccabis. ¶ Tertium remediū est, consideratio utilitatis corporis, quæ utilitas præcipuè apparet in conceptione. Tunc enim est sperma uile, & in fine tunc est cibus uermium, in me-

dio autem uitæ est uas stercorū. Vnde Michæa sexto: Humiliatio tua in medio tui est. Hieronymus: Quomodo superbit qui semper secum sentinam portat? Quartum remediū est, exemplum Christi. Bernardus: Medicina tumoris hominis est humilitas Christi. Erubescat homo esse superbus, quia humilis factus est ipse Deus. Intolerabilis est superbia, quod miles sedeat super scammum, cum rex iuxta eum sedeat ad terram. ¶ Quintum remediū est, consideratio uilis seruitutis, in qua homo est, si superbus est: quia ipse seruus est diaboli. Ipse enim est rex super omnes filios superbix: ut legitur Iob 41. ¶ Sextum remediū est, consideratio illius districti iudicii, quod specialiter erit ad humiliandum superbos. Vbi iudiciū durissimum his qui præsumunt: ibi Dominus retribuet abundanter facientibus superbiam. Esaia 2. Dies Domini super omnem superbum & arrogantem. Et Esaia 28. Pedibus concalcabitur corona superbix. ¶ Septimum remediū est, miseria huius mundi, unde Iob 6. Sagittæ Domini in me sunt, quarum indignatio ebi hit spiritum meum. Spiritum, inquam, superbix. ¶ Octauum remediū est, consideratio infirmitatis, quæ in nobis est tam ex parte corporis, quam ex parte animæ. Ex parte animæ ad eō infirmi sumus, ut nec leui cogitationi possimus resistere, nec uerbum

bum modicum sustinere, quin ab illo deiciamur. Ad modicum etiam flatum suggestiois diabolice igne infernali toti succendimur, & cuncta bona quæ fecerimus, amittimus. Ex parte etiam corporis a deo infirmi sumus, ut nec pulicibus resistere possimus. Augustinus: Homo dicit tibi conuictum, & tumes & iratus es: pulicibus resiste, & dormias. Ad distemperantiam etiam febrilis caloris uel ad unum paruum apostema, in cinerem uel puluerem corpus nostrum resoluitur. unde quidam dicit: Ecce repentinæ modicæq; occasio febris, Dissoluit toto quodcumq; paruimus æuo.

TRACTATUS VII.

De Inuidia.

De ordine dicendorum in hoc tractatu. Et de his quæ ualere possunt ad detestationem Inuidia,

P A R S I .

P

OST peccatum superbiæ dicendum est de Inuidia, quia ipsa est filia superbiæ. De hac hoc ordine dicemus. ¶ Primo ponemus ea quæ possunt ualere ad detestationem huius uitii. ¶ Secundo tangemus aliquid de speciebus eius. ¶ Tertio de remediis contra hoc uitium. ¶ Inuidia secundum Augustinum est dolor felicitatis alienæ.

De his quæ ualent ad detestationem Inuidia.

AD detestationem uero huius

uitii, Primo facit hoc, quod uitium istud est peccatum in Spiritu sanctum. Peccatum in Spiritum sanctum, secundum unam acceptationem, dicitur peccatum quod est contra bonitatem Dei, quæ Spiritui sancto appropriatur, & sic omne peccatum quod est ex certa malitia, peccatum est in Spiritum sanctum. Quod etiam patet per diuisionem peccati in Spiritum sanctum, quod diuiditur in peccatum obstinationis & impugnationis. Obstinatus in Spiritu sanctum peccat, quia in bonitatem Dei quæ hominem ad penitentiam expectat, qui eum, quantum eius hostis sit, percutit & uellit, & a demonibus defendit qui eum iugulant, & ipse sic ingratus bonitati Dei eam impugnat, & a bonitate Dei colligit malitiam, & ex misericordia Dei thesaurizat sibi iram. Impugnatio uero diuiditur in impugnationem ueritatis agnitæ: quæ est in apostatis, & in impugnationem gratiæ, quæ est in inuidis, qui gratiam Dei, quæ est in hominibus, persequuntur & odiunt. Sic ergo manifestum est, quod inuidia est peccatum in Spiritum sanctum, & ideo ualde malignum peccatum. Matth. 12. Qui dixerit contra Spiritum sanctum uerbum, non remittetur ei neque in hoc seculo, neque in futuro. ¶ Secundo facit ad detestationem huius uitii hoc, quod ipsum est oppositum charitati. Unde cum charitas sit uirtus excellentissima, inuidia est

peius

peius uitium. Unde uocatur fera peiusima. Genesis trigesimo: Fera peiusima deuorauit filium meum Ioseph. Peior est inuidia quam auaritia. Auarus enim est non uult communicare sua, tamen uult quod alii sua communicent. Inuidus autem non uult communicare bona sua, nec uult quod alii ea communicet. Inuidus de ipsa bonitate Dei dolet, quod ipsa non est auara hominibus, sibi tamen eam uellet esse largam, & omnibus aliis auaram. Immensitatem diuinæ bonitatis uellet ad se coarctari. Peior etiã est inuidia, quam ira uel odium: quantum enim homo iratus uel odians alium, uelit malum proximi sui, cum mala uoluntas ipsius ortum habuerit a malitia proximi qui eum offendit, unde proximus culpabilis est. Sed malitia inuidi, quæ uult malum proximi, ortum habet ex propria malitia: scilicet a superbia, quæ uult illum non parificare sibi, & uult malum proximi sui omnino absque culpa eius. ¶ Tertio facit ad detestationem huius uitii, quia hoc uitium puerum malum est: quia quando diabolus capit homines aliis uitiiis, ipse aliquam delectationem ponit tantquam escam: sed inuidos miseros capit, quia sine esca delectationis. Inuidia enim, dolor est & amaritudo. Unde mirabiliter cæci sunt, qui dolorem istum dolore & cruciatu quotidiano

dolorem æternum merentur, & dolori, quasi esca sit, adherent, donec perueniant ad dolorem æternum. ¶ Quarto facit ad detestationem huius uitii, quod uitium istud diabolicum est, & diabolus assimilatur. Sapientiæ secundum Inuidia diaboli mors intravit in orbem terrarum. Imitantur autem eum, qui sunt ex parte illius. Ad literam, diabolus ideo parentes nostros seducere uoluit, quia inuidebat eis regnum celorum quod ipse perdidit. Et propter eandem causam adhuc homines impugnat. Unde diabolus inuidens parentibus nostris, tentauit eos in forma serpentis. ¶ Quinto uero facit ad detestationem huius uitii, quod uitium istud uenenatissimum est. Unde super illud ad Galatas sexto: Non efficiamur inanis gloriæ cupidi, inuicem pro-uocantes, inuicem inuidentes. Ibi glossa Augustini: Sciendum quod cum per omne uitium antiqui hostis uirus humano cordi infundatur: in zelo inuidiæ tota sua uiscera serpens concutit, & in hac imprimenda quasi pestem uomit. Inuidi sunt quasi dracones, Iob 30. Frater sui draconum, & focus struthionum. Ipsi sunt gemina uiperarum. Lucæ 3. Et Matthæi tertio: Progenies uiperarum, quis demonstrauit uobis fugere a uentura ira? Imò serpentibus peiores uidentur esse. Serpens enim serpentem non persequitur. Homo uero inuid

inuidus alios homines persequitur. Inuidus est sicut ciconia, quæ uenenatis animalibus uestitur. Vnde Ouidius describit inuidiã comedentem uiperæ carnes. ¶ Sexto facit ad detestationem huius uitii, quod uitium istud magnæ potestatis est. Est enim sicut ignis Græcus, qui in aquis gratiarum accenditur. Ex quo hoc uitium cor alicuius occupauit, iam ipse nullum scelus abhorret. Non parcat nocenti, nec innocenti. Non timet homicidium, imò nec fratricidium uel patricidium. Non pepercit diabolus primis parentibus nostris, qui innocentes erant, quin mortem eorum procuraret. Inuidia excitatus Cain nõ pepercit Abel fratri suo innocenti, quin ex sola inuidia occideret eum, Genesis tertio. Non pepercerunt filii Iacob fratri suo Ioseph innocenti, quin eum uenderent, quia inuidebãt ei, imò uolebant eum occidere, Genesis tricesimo tertio. Nolebat etiam parcere Saul Dauid, qui ei ualde utilis erat, quia inuidebat ei. Noluerunt Iudæi parcere Christo, quin eum facerent occidi, sola inuidia excitati, Matthæi uicesimo septimo: Sciebat enim quod per inuidiã tradidissent eum. ¶ Septimo facit ad detestationem huius uitii hoc, quod uitium istud non de facili curatur. Vnde Cyprianus super illud ad Galatas sexto, Non efficiamur inanis gloriæ cupidi &c. loquens de

zelo inuidiæ dicit: Zelus iste modum non habet permanens iugiter sine fine, quum alia scelerata finiatur: quantoque ille, cui inuidetur, successu meliori profecerit, tanto inuidus in maius incendium liuoris ignibus inardescit. Nec mirum, si curatur uix hoc peccatum, cum sit peccatum in Spiritum sanctum, & cum sit quasi ignis Græcus, qui non de facili extinguitur. Inuidia est quasi rubigo ferro ad hærens, quæ uix à ferro recedit. Basilius: Sicut rubigo ferrum, sic inuidia animam in qua nascitur corrumpit. Proverbiorum 25, Aufer rubiginem de argento. ¶ Octauo facit ad detestationem huius uitii hoc, quod uitium istud postquam est in aliquo, ita eum occupat, ut etiã exterius se ostendat. Vnde Cyprianus loquens de inuido dicit: Huic uultus minax, & toruus aspectus, pallor in facie, in labiis tremor, stridor in dentibus, uerba rabida & effrænata, conuicia & manus ad uolentiam prompta. Vnde poëta describit inuidiam: Pallor in ore sedet, macies in corpore toto, Nusquam recta acies, liuent rubigine dentes. Pectora felle uirent, lingua est suffusa ueneno. Risus abest omnibus, nisi quem fecere dolores. Nec fruitur somno uigilantibus excita curis: Sed uidet ingratos, intabescitque uidendo Successus hominum, carpitque & carpitur unã, suppliciumque suum est.

¶ Nono

¶ Nono uerò facit ad detestationem huius uitii hoc, quod uitium istud infelicissimum uitium est, quia excæcatur unde illuminari debuit. Vnde de inuidis legitur Iob 5, Per diem incurrent tenebras, & quasi in nocte sic palpabunt in meridie, ubi dicit Gregorius: Mens inuidiã de alieno bono affligitur, de radio lucis obscuratur. Et subditur: Diues boni operis in proximo luceat exterius: sed quasi cæci nati palpant inuidi, quia liuore cæci aliqua quæ reprehendant inuenire satagunt. Ipsi sunt ut nocturnæ lucem bonorum operum odientes, & tenebras malorum operum amantes. Bona opera proximi sunt uelut candelæ lucem boni exempli præbentes, sed inuidi de ipsis candelis sibi oculos erunt. Et ipsi sunt sicut Heli, qui non poterat uidere lucernam donec extingueretur, ut legitur 1. Regum 3. Infelicitas etiam inuidorum patet ex hoc, quod ipsi de profectu aliorum deficiunt, de melioratione deteriorantur, unde Gregorius: Inuidi debent perpendere quantæ sint cæcitatibus, qui alieno profectu deficiunt, aliena lætitia contabescunt: quantæ etiam infelicitatis sunt, qui de melioratione proximi deteriorantur. Inuidus in se lux fit de felicitate aliorum, & de pinguedine aliorum macrescit, unde: Inuidus alterius rebus macrescit opimis. Inuidi coluntur de uitibus spinas, & de fi-

cibus tribulos. Inuidi etiam ex bonitate Dei deteriores fiunt. Vnde Matthæi 20, dicit dominus inuidus: An oculus tuus nequam est, quia ego bonus sum? Inuidi adeo sunt infelices, quod ipsi amittunt etiam, ubi alii lucrantur. Ipsi de sanitate aliorum infirmantur, & de uita moriuntur. Et sicut diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum: ita inuidis omnia cooperantur in malum. Inuidus morietur de bono odore, de quo alii uiuunt: sicut dicitur de Iuda super Ioan. 12, ubi Iudas murmurauit de effusione unguenti. Inuidus profectum aliorum reputat suum defectum. Vnde Iudæi inuidi dicitur, Ioan. 10, Videtis quia nihil proficimus, ecre mundus totus post eum abiit. Inuidis sunt mala ipsa bona. ¶ Decimo facit ad detestationem huius uitii hoc, quod uitium istud infelicitatis est unde Iob 5, Paruum occidit inuidia. Omnis inuidus in eo quod talis, minor est eo cui inuidet. Miser est inuidus, & miseria ei placet, unde soli miseria parcat inuidia. Hier. Difficile est in prosperis inuidia carere, sola miseria inuidia caret. Nobilium personarum est, liberalitas & communicatio suorum, unde dominus liberalissimus est, & desiderio largiendi sua & communicanã fecit quicquid fecit. Leonem etiam qui est rex animalium, dicit Aristoteles esse animal communicatiuum. Econtra inuidia

ignob

ignobilium & uilium est personarum. ¶ Undecimo quia inuidia cruciat dominum suum. Est enim sicut uermis in ligno nascens, qui post illud unde natus est consumit. Hieron. Inuidia est sui primum mordax. Inuidia primum infestat. Iusto. Inuides medullitas animo æstuas, à semet ipso liuoris proprii semper exigit pœnas. Socrates: Utinam inuidi in omnibus ciuitatibus aures uel oculos haberent, ut de omnibus profectibus torquerentur. Idem: Quanta sunt felicitum hominum gaudia, tanta sunt inuidiosorum gemitus. Horatius: Inuidia Siculi non inuenere tyranni Maius tormentum. ¶ Duodecimo facit ad detestationem huius uitii, quod ipsa est infirmitas & corruptio maxima. Ad eod corruptus est inuidus, ut ei redolentia foeteant, & econuerso, amara sint ei dulcia, & dulcia amara. unde ad inuidos pertinere uidetur illa maledictio Esaiæ 5. Vae qui dicitis bonum malum, & malum bonum, ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras: ponentes amarum in dulce, & dulce in amarum. Hac corruptio inuidiæ innuitur nobis Prouerb. 14. ubi dicitur, quod putredo ossium est inuidia. Sicut uestis putrefacta non recipit ablutionem: sic peccatum inuidiæ non de facili abluitur. ¶ Decimotertio facit ad detestationem huius uitii, quia hoc uitium est magnæ peruersitatis. Cum enim omne bonum

in commune deductum pulchrius elucescat, secundum Boetium, & secundum Senecam, nullius rei possessio iucunda sit sine socio: inuidus tamen potius uult carere bono, quam habere socium in eo: potius uult habere socium in miseria, quam in felicitate. Exemplum de quodam rege, qui concessit cuidam auaro, & cuidam inuido munus quod eligerent, ita tamen quod munus eius qui posterior peteret, duplicaretur: & cum uterque differret, præcepit rex inuido ut prius peteret: qui petiit, ut erueretur sibi unus oculus, uolens quod proximo eruerentur ambo. Noluit petere aliquod bonum, ne proximus eius acciperet duplicatum. ¶ Quarto decimo facit ad detestationem huius uitii hoc, quod cum alia uitia uni bono tantum opponantur, ut incontinentiæ continentiæ, inuidia omni bono opponitur. Item cum alia uitia alicui malo opponantur, ut prodigalitas auaritiæ, inuidia nulli malo opponitur. ¶ Decimo quinto facit ad detestationem huius uitii hoc, quod inuidia ualde periculosa est. Inuidum enim occidunt & bona & mala. Bona eum affligendo, mala uero dando ei occasionem peccandi. unde ad inuidum pertinere uidetur illud uerbum quod dicit Cain Genes. quarto: Quicumque inuenerit me, occidet me. Videtur enim creaturæ esse contra inuidum. Et merito, quia degenerat

inuid

inuidus à creatore & à creaturis. Creator enim liberalis est, & uult communicare bona sua. Creaturæ etiam ad eod communicare uolunt bona sua, ut de hoc certamen uideatur habere, Ex hoc enim quod ignis uult speciem suam communicare materie aquæ, ex hoc pugna est inter ignem & aquam: Similiter sol uult communicare & lumen, & calorem suum, Augustin. Indicium diuinæ maximæ bonitatis est, quod quælibet res cogitur dare seipsam. Ab hac liberalitate degenerat inuidus, diuidens se à Deo & creaturis, & socians se diabolo, qui bona omnibus inuidet, & socios uult esse homines suæ miseriæ. Et ideo merito creaturæ persequuntur eum tanquam apostatam. ¶ Decimosexto facit ad detestationem huius uitii hoc, quod inuidia ualde danosa est suo subiecto. Aufert enim homini societatem ecclesiæ. De qua societate dicit David: Particeps sum omnium timentium te, &c. Bona proximi, quæ inuidi essent si ea diligeret, contra inuidum sunt. Augustin. Penitent inuidi, quantum bonum sit charitas, quæ sine labore nostro aliena bona nostra facit. Inuidia aufert homini proximum. Vnde magister Hugo de sancto Victore: Superbia mihi aufert Deum, inuidia proximum, ira meipsum. Inuidia etiam aufert homini sapientiam, unde Sapien. 6. Neque enim inuidia tabescente iter ha-

bebo, quoniam talis homo non erit particeps sapientiæ. Vnde Poëta describens domum inuidi dicit, quod erat abdita, sole carens. Sol enim iustitiæ lumen sapientiæ abscondit ab inuidis. Inuidi etiam homines ad paupertatem & ignominiam sæpe perueniunt, unde Prouerbi. 28. Vir qui festinat ditari, & aliis inuidet, ignorat quod egestas superueniet ei. Et Ecclesiast. 7. Improperium & contumeliam malus hereditabit, & omnis peccator inuidus & bilinguis. ¶ Decimo septimo facit ad detestationem huius uitii hoc, quod uitium istud est signum, quo diabolus discipulos suos cognoscit, Vnde sicut dominus dicit Ioann. 13. discipulis suis: In hoc cognoscet omnes quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad inuicem. Sic dicit diabolus discipulis suis: In hoc cognoscet omnes, quia discipuli mei estis, si inuidiam habueritis ad inuicem. ¶ Decimo octavo facit ad detestationem inuidiæ hoc, quod fere omnes inuidi sunt proditores, Prouerbio. 23. Ne comedas cum homine inuido, & ne desideres cibos eius: quoniam in similitudinem arioli, & coniectoris, æstimat quod ignorat. Comede & bibe, dicit tibi, & mens eius non est tecum. ¶ Decimo nono facit ad detestationem huius uitii hoc, quod frequenter mala morte moriuntur inuidi. Vnde Ecclesiast. 27. La-

II quæo

queo peribunt, qui oblectantur casu iustorum: dolor autem consumit eos antequam moriantur. Laqueo perit, qui improuise perit. Hieronymus: Non memini me nidisse mala morte mortuum, qui liberalem antea duxerat uitam. Econtrario sæpe accidit, quod inuidus mala morte moritur, qui liberalem antea non duxit uitam. ¶ Vicesimo facit ad detestationem huius uitii hoc, quod inuidi focii sunt diaboli, & in lucro, & in damno. Quando diabolus lucratur, gaudent, quasi lucrum ipsius lucrū suum reputarent. ¶ Quando vero diabolus perdit, dolent, quasi dānū eius damnū suum reputarent. Speciales amici diaboli uidentur esse tales secundum descriptionem amicitia, quam ponit Tullius: Habēt enim idem uelle & idem nolle cum diabolo. Idē enim uelle & idem nolle, uera amicitia est. Inuidia uermis est, qui arefecit hederam tonæ. Ionas interpretatur donum colūbæ, & significat aliquem hominem gratiosum. Hedera uero prosperitas eius est, quam uermis inuidiæ uult consumere. Quam citō enim uidet inuidus aliquem prosperari, ipse uellet eius prosperitati aduersari. Inuidia etiam uermis est dissoluens charitatem, siue charam unitatē ecclesiæ, pro qua filius Dei uoluit mori. Inuidia etiam est similis passioni illi, qua percussis sunt Sodomitæ, Gene. 19. quæ dicitur

auidentia aurifia uel acrifia. Et facit passio illa, non ut omnino nihil uideatur, sed ut non uideatur illud quod expedit non uidere. Et dicitur acrifia ab a, quæ est sine, & cris, quod est iudicium. Inuidia uerō econuerso facit quod illud non uideatur, quod expedit uidere. Inuidia enim sic excæcat hominem, quod ipse non uidet in bono nisi malum. Ecclesiast. 14. Oculis malis ad mala tendit. Specialiter oculus inuidi malus est. Vnde in eodem capite, Nequam est oculus inuidi. Et Matthæ. 20. An oculus tuus nequam est, quia ego bonus sum? Inuidus plenus est malitia usque ad oculum.

De speciebus Inuidiæ. PARS II.

Possumus distinguere duas species Inuidiæ, scilicet exultationem in aduersis proximi, & tristitiam in prosperis. Et notandum quod exultatio inuidi est quasi gaudium phreneticorum, qui de hoc gaudent, unde sciendum esset, imō gaudium diabolicum est, quum sit de malo alterius. De hoc gaudio legitur Proverbio. 17. Qui in ruina lætatur alterius, non erit impunitus. & Iob 31. Si exultauit ad ruinam eius, qui me oderat, & exultauit quod inuenisset eum malum, supple, male mihi accidat. Mirum est, quod inuidi gaudent de malo, quum enim gaudium debeat esse ex cōiunctione uenientis cum conuenienti, & inuidi natura sunt boni, natura-

liter de bono gaudere deberēt: sed hoc accidit quod malitia quodammodo in naturam est conuersa, & ideo de malitia gaudent, quū charitatis sit gaudere cum gaudentibus, & flere cum sentibus, ut legitur ad Rom. 12. Vnde Apostolus 2. ad Corin. 11. Quis infirmatur, & ego nō infirmor? Inuidi etiā peiores sunt porcis. Porci enim porcis qui occiduntur compatiuntur.

De remedijs contra peccatum

Inuidia. PARS III.

Contra uitium inuidiæ, possumus esse quatuor remedia. Primum remedium est, quod homo amet bona quæ à multis haberi possunt, ita quod ab unoquoque plene. Greg. Qui faucibus inuidiæ carere desiderat, illam hereditatem appetat, quam numerus possidentium nō angustat. Idem: Homo uir iustus per hoc quod in terris nihil appetit, alienis profectibus inuidere nescit. ¶ Secundum remedium est, meditatio eorum, quæ suadent nobis fraternam dilectionem, quæ sunt quatuor. Primum est, fraternitas naturalis, quæ est inter homines. Omnes enim descenderunt ab uno patre & ab una matre. Omnes angelos creauit simul, omnes uerō uoluit descendere ex uno patre & ex una matre, ad commendationem dilectionis. Secundum est fraternitas spiritualis, quæ est inter Christianos, quia nati ex uno patre Deo, & una matre

ecclesia, & eandem hereditatē, scilicet cælestē diuisuri sunt: & quanto plures diuidunt eā, tanto maior portio erit uniuscuiusque eorum. Vix posset plenter ostendi quantum aliquis habebit gaudium de gloria unius qui secum erit saluus. Tertium est, societas spiritualis, quæ est inter fideles, Socii enim sunt in lucro & in damno. Quartū est, quod ipsi sunt mēbra unius corporis, cuius corporis caput est Christus, Ad Ro. 12. Sicut enim in uno corpore multa membra habemus, omnia autem mēbra non eundem actum habent: ita multi unū corpus sumus in Christo. Et 1. ad Cor. 12. Si quid patitur unum membrū, compatiuntur cætera membra. ¶ Tertium remedium est, meditatio eorum, quæ ualent ad contemptū propriæ excellentiæ. Inuidia enim nascitur ex amore propriæ excellentiæ. Vnde illa quæ dista sunt in tracta. de Superbia, contra amorē propriæ excellentiæ, ualent cōtra inuidiam. ¶ Quartum remediū est, consideratio amaritudinis, quæ inuidiā concomitatur, & damni multiplicitas quod ex ea prouenit. Ipsa amaritudo est sicut acetum, quo ignis Græcus extinguitur. Solet ignis Græcus cū arena & aceto extingui. Sic inuidia ex consideratione infructuositatis quæ habet, & aceto amaritudinis, quæ est cū ea extinguitur. Dānū etiā quod ex ea prouenit, ualet

ad extinctionē eius. Et est unum dānū amissio proximi, sicut dictum est prius. Aliud dānū est, quod postquam inuidus dissolutus est à cæteris membris ecclesiæ, non uiuificatur à Spiritu sancto: sicut nec anima uiuificat membrum, quod à corpore separatum est, & humor nō ascendit ad ramū præcisum ab arbore. Præterea sicut inuidus non uult cōmunicare bona sua proximo: sic non est dignus quod Deus cōmunicet sibi bona sua.

TRACTATVS VIII. de Ira.

De his que ualent ad detestationem
Ira, PARS I. que habet
quinque capitula.

De ordine dicendorū in hoc tractatu.
Et uerbis sacre scripturæ,
que disuadent iram. Et
quare Ira sit auferenda à
corde. CAP. I.



OST superbiā & inuidiā, dicitur dū est de ira, quia tā superbiā quam inuidiā frequēter occasio est iræ. De ira uero tractabim⁹ hoc modo. Primo ponemus ea quæ ualēt ad detestationem iræ. Secūdo ponemus diuersas diuisiones iræ. Tertio agemus de peccatis, quæ ex ira sequuntur. Ultimo de remedijs cōtra iram. Irām uero hic intelligimus, appetitū inuidiæ. Ad detestationē uero iræ ualere possunt uerba sacre scripturæ.

quæ nobis dissuadent illam. Gene. 45. Ne irascimini in uia. Vbi insinuat causa quare factum sit irasci. Verbum est Ioseph ad fratres suos ituros ad patrē. Sic & nos sumus fratres in uia ad patrem nostrum cælestē tendentes, & iudicem, qui iustitiam nobis plenariē exhibebit. Singulis diebus facimus unam diētā magnam ad iudicem magnum, & ideo debemus esse in pace. Matth. 5. Esto consentiens aduersario tuo, dum es in uia, ne forte tradat te aduersarius iudici, & iudex tradat te ministro, & in carcerem mittaris. Amē dico tibi, nō exies inde, donec reddas nouissimum quadrātem. Item Leuit. 19. Non querās ultionem; nec memor eris iniuriæ cinium tuorū. Et Iob 36. Non te superet ira, ut aliquem opprimas. Quo uerbo insinuat quod ira hostis sit nos impugnās. Magis timere debemus superari ab ira, quam à quocunque homine. Quisquid enim potest inferre iniuriator, minus est quam mors animæ, cuius causa est ira. Item Ecclesi. 7. Ne sis uelox ad iram. Et Iacobi 1. Sit omnis homo uelox ad audiendum, tardus autem ad loquendum, & tardus ad irā. Velox ad iram dicitur qui dupliciter. Vno modo, quia uelox est ad salientem in ignem iræ. De facili enim irascitur. Alio modo dicitur aliquis uelox ad iram, sicut equus dicitur uelox ad calcaria, & bos ad stimulum.

lum. Multum uelox est ad iram, qui ira stimulatus trāsilit chaos magnum, quod est inter iram & pacem, & inter odium & amorem, quum ista maxime à se distent, contraria enim sunt. Multum uelox est ad iram, qui quasi in puncto trāsilat à porta paradisi, scilicet à gratia ad portam inferni, scilicet ad peccatū mortale. Peccatum mortale dicitur porta inferni. Matthæ. 16. Portæ inferi non præualebunt aduersus eam. Quia nihil est inter peccatum mortale & infernum, nisi corpus, quia si anima discedit à corpore, citò est in inferno. Iob 21. Ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad infernum descendunt. Bene uelox est ad iram, qui ira stimulatus prius salit quam attendat quod saliat. Qui in odium cadit, in foueam cadit profundam. Item Ecclesi. 12. Aufer iram à corde tuo. Auferēda est ira corde, quia est quasi tempestas, mentem quasi grando destruens: sicut dicit Gregor. Vnde sicut tempestas timetur uineæ: sic ira timēda est cor di. Auferenda est etiam ira à corde, quia est ignis infernalis. Proverborum 6. Nunquid potest homo abscondere ignem in sinu suo, ut uestimentum eius non ardeat? Ira etiam est de illis serpētibus ignitis negissimis, de quibus legitur Nume. 21. qui uexauerunt filios Israël in deserto, & hodie homines multos in de-

serto claustrī. Est etiam hostis auferens homini seipsum, sicut superbia auferit homini Deum, & inuidia proximū, sicut dicit magister Hugo de sancto Victore. Auferenda etiam est ira à corde: quia ad modum trabis oculum cordis impedit: unde, Impedit ira animum, ne possit cernere uerum. Vnde cum festucam de oculo corporis festucam auferre, mirum est quomodo trabem iræ non festinamus auferre de oculo cordis. Mirum est etiam quomodo qui trabem iræ habet in oculo, uult alios iudicare & corrigere. unde Matt. 18. Hypocrita, eice trabem primum de oculo tuo, & tunc uidebis eicere festucam de oculo fratris tui. Item Ecclesi. 10. Omnis iniuriæ proximi ne memineris. Ad Rom. 12. Nolite esse prudentes apud uos metipsum, nulli malum pro malo reddentes, uult autem dominus amicos suos perfectæ bonitatis esse, & perfectæ nobilitatis, ut neq; malum, neq; rusticitas aliquo modo ex eis exeat. Curiales & nobiles huius mundi parum nobiles sunt, qui nulli malum faciunt, uel rusticitatem, nisi ipse prius eis simile fecerit. Quod cōstat nō perfectæ nobilitatis esse. Cum enim nō possit exire de sacco nisi quod in illo est, & rusticitas ex eis exeat, rusticitas prius in eis erat. Spinā enim & nō liliū se esse ostēdit anima illa, quæ cōiuitis à proximo pū-

eta proximū pungit. Non talis est amicitia Christi. unde Can-ri. 2. Sicut liliū inter spinas. Item ad Rom. 12. Non uos defendentes charissimi, sed date locū iræ. Cum ira ignis sit, ab iracundis debemus nos elongare, si non uolumus ab eis exuri. Item in eodem cap. Noli uinci à malo. A malo uincitur quis, quum malus efficitur, & malitiæ sit subiectus. ¶ Secundo ualeat ad iræ detestationem hoc, quia multum displicet Deo, placet diabolo, nocet suo subiecto & proximo. Ad primum facit illud Ecclesia. 27. Ira & furor utraque execrabilia sunt. Et supplet glos. interlin. in conspectu Dei.

Quod quinque de causis displicet ira Deo. CAP. II.

Quinque de causis displicet ira multū Deo. ¶ Primo quia hospitium eius turbat. Vnde ad Eph. 4. Nolite contristare Spiritum sanctum. Greg. Dum ira animum pulsât, Spiritui sancto suam habitationem perturbat, inō quandoque Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum de hospicio suo expellit, & diabolum introducit. Sicut in pace factus est locus Dei: sic in ira factus est locus diaboli. ¶ Secundo imaginem Dei in templo eius dissipat, & imaginem diaboli ibi ponit. unde super illud Iob 5. Virum stultum interficit iracundia. dicit Grego. Mansuetudo imaginem Dei in nobis seruat, qui semper tranquillus

est: sed ira dissipat, quæ multas uirtutibus priuat, quæ dū quietem mentis tollit, Spiritus sanctus non requiescit. Quod autem multum displiceat Deo, quum imago eius in homine dissipatur, ostēdi potest, per hoc quod dicit Augu. super Psalm. Domine, in ciuitate tua imaginē ipsorum ad nihilum rediges. Merito, inquit Augu. imaginem ipsorum ad nihilū rediget Deus in cælesti ciuitate: quia ipsi in sua terrestri ciuitate imaginem eius ad nihilū redegerūt. Et etiā per hoc quod tantū peccatum reputaretur, si aliquis imaginē Crucifixi in ecclesia Dei dissiparet, & idolum alicuius dæmonis in loco eius poneret. ¶ Tertio displicet ira Deo, quia tēpla Dei incendit. Psalm. Incenderūt igni sanctuarium tuū. & 1. ad Cor. 3. Nescitis quia templum Dei estis uos, & spiritus Dei habitat in uobis? Si quis autem templum Dei uiolauerit, disperdet illum Deus. ¶ Quarto, quia nullum uitium sic contemnit Deū, quā ira. Hoc uitium se erigit aperte contra Deum. Vnde ad hominē iratum uidetur pertinere illud Iob 15. Tectū aduersus Deum manum suam, & contra omnipotentem roboratus est. Cucurrit aduersus eum erecto collo. Homo iratus Deum cōtumelia afficit, & nititur expuere in faciem eius. Iob 30. Faciem meam conspuere non uerentur. ¶ Quinto displicet Deo, quia Deo aufert

domi

dominium suum in homine, & diabolum ibi facit dominari. Homo iracundus quodammodo Deum se facit, dum uindictā usurpat sibi, quam Deus sibi retinet, dicens: Mihi uindictam, & ego retribuam, ait dominus, ad Ro. 12. & Deut. 32. Mea est ultio. Vnde in Vitis patrū, cū quidam frater uenisset ad abbatem Philosium, & diceret ei, q̄ uellet se uindicare de quodam fratre, qui dixerat ei cōtumeliam, incepit orare Philosius in hūc modum: Deus, iam nō est nobis necessarius ut pro nobis sollicitus sis, quia nos ipsi, sicut frater iste dicit, & possumus & uolumus nos uindicare. quod cum audisset frater, pœnituit.

¶ Quod quatuor de causis placet ira diabolo.

QUATUOR uerō de causis placet ira diabolo. Primo, quia ualde potens est ad impugnationem hominum, & destructionem boni, quia ira est ignis spiritualis. Vnde sicut ignis naturalis potētor est ad destructionem, quā alia elemēta, sic ira, quæ est ignis spiritualis, &c. Et ideo maligni homines, q̄ multum uolūt destruere terram inimicorum suorū, igne pugnant. Similiter & dæmones in inferno. Sic ignis iræ potens est ad destructionem bonorū. Dominus etiam ignē amoris accēdere uoluit in mundo isto, ad destructionem regni diaboli. De igne iræ specialiter potest intel-

ligi illud Toel. 1. Ignis comedit speciosa deserti. Pulchriorem enim partem mundi magis exurit ignis iste infernalis: scilicet nobiles & diuites, unde Ecc. 2. 8. Secundum ligna syltæ, sic ignis exardescit: & secundū uirtutem hominis, sic iracūdia illius erit: & secundū substantiam suā exardabit irā suā. Ira in exercitu diaboli incendiaria est. Ipsa enim causa est aliorū incendiariorum. ¶ Secundo placet ira diabolo, quia cecitatem facit in homine, quæ multū diabolo placet. Sicut enim cælesti regi minister ligens acceptus est, Prou. 14. sic diabolo acceptus est minister cæcus. Ipse enim similis est coruo, q̄ ueniēs ad cadauer, primō currit ad oculū. Sic diabolus primō uult hominē excecāre, sciēs q̄ postea poterit eū precipitare in foveam peccati ad uoluntatē suam. Exemplū in Vitis patrum dixit quidā senex: Quādo operiuntur oculi animalis, tunc circueit ad molēdinū: alioquin nō ambulat in circutu molæ. Sic diabolus quādo cooperuit oculos mentis, in omne peccatū humilitat hominē. ¶ Tertio placet ira diabolo, quia per iram multū dominatur diabolus homini. Homo enim iratus nō timet facere quodcumq; diabolus præcipit sibi, quantūcumq; magnū peccatū sit: non enim parcat uxori, nō parcat filio quin quādoq; proiciat eū in ignem. Ipsi Deo & matri eius non parcat,

quin contumeliis eos afficiat. unde ad ipsum specialiter referri potest illud Prou. 18. Expedi magis urse occurrere raptis fœtibus, quàm fatuo confidenti in stultitia sua. ¶ Quarto placet ira diabolo, quia hoc peccato nõ lucratur diabolus unũ hominem tantum, sed totã domũ, uel uillã, uel patriã. Homo iracundus est, uelut serpens ignem ore uomens, exurens eos igne iræ qui sunt iuxta se. Vnde Prou. 15. Vir iracundus prouocat rixas: qui autem patiens est, mitigat suscitatas. Vnde iracundus rixas prouocat: more enim canis alios mordet, & latratu suo alios ad iram prouocat.

¶ Quod ira multũ nocet proximo.

P R O X I M O etiam multum nocet ira, quia ferẽ omnia mala, quæ inferũt homines sibi inuicẽ, procedũt ex ira. Ideo multum deberet homo sibi cauere ab ira: quia nisi hoc fecerit, intolerabilis est hominibus. Prou. 27. Graue est saxum & onerosa arena: sed ira stulti utroq; gravior est. & in eodem capi. Impetum concitati spiritus sustinere quis poterit? Eccl. 22. Super plũbum quid grauitur? & quod illi aliud nomen, quàm fatuus? Arenam & salem, & massam ferri facilius est ferre, quàm uirum imprudentem, & fatuum, & impium. Proverbio. 18. Spiritum ad irascendum facilem quis poterit sustinere: Homo iracundus præcipuẽ est onerosus amicis

suis & familiaribus. unde Prou. 22. Noli esse amicus homini iracundo.

¶ Quod tribus de causis cauenda est amicitia iracundi homini.

T R I P L I C I ratione non debet homo querere amicitia hominis iracundi. ¶ Primo, quia parum durat talis amicitia. Ignis enim iræ comburit in eo unicum amorem. ¶ Secundo, quia homines iracundi sunt uelut lignum ignitum, quod consuevit exurere ea que tangit. ¶ Tertio, quia sunt uelut lignum spinosum, quod pungit amplectentes se: ideo familiaris amore complectendi non sunt. Licet aliquis homo amet omnes arbores quas habet, spinosas tamen libenter declinat. Sic licet omnes homines amandi sunt, tamen familiaritas iracundorum declinanda est.

¶ Quod proprio subiecto multum nocet ira.

I R A etiam proprio subiecto ualde nocet. Et hoc multis modis. ¶ Primo, nocet corpori. unde Eccle. 30. Zelus & iracundia minuunt dies. ¶ Secundo, nocet etiam possessionibus. unde Ecc. 20. Obiurgatio & iracundia ad nihil abunt substantiam. Homo iracundus pro una alapa amittit quãdoq; centũ libras. ¶ Tertio, nocet ira, & hoc multipliciter. ¶ Primo excacãdo eum, unde Iob 17. Caligauit ad indignationem oculus meus. Et in Psal. Supercecidit ignis, & non uident solem. Ignis iræ non sinit

uidere

uidere solem iustitiæ. Psal. Turbatus est à furore oculus meus. Et philosophus: Duo sunt maxime contraria cõsilio, scilicet festinantia & ira. Psal. Turbatus sum &c. ¶ Secundo nocet ira animæ, ei omnia bona auferendo, aufert enim misericordiã, unde Prou. 22. Ira non habet misericordiam, neq; irrumpens furor. Cuius causa est: quia ira inquiri uictoriam. Finis enim iræ est uictoria. Aufert etiam homini iram uerã iustitiã, unde Iaco. 1. Ira enim uiri iustitiã Dei non operatur. Vbi dicit glo. Qui iratus inducat, etiã si iustitiam iudicat, tamẽ diuini examinis iustitiam, in quam perturbatio non cadit, non potest imitari. Sapiẽ. 12. Tu autem dominator uirtutũ cum tranquillitate iudicas. Et super illud Iob 16. Non te superet ira, dicit glo. Si ira correctionẽ superat, antẽ opprimit, quã corrigat: & sub specie zeli iustitiæ, furor est. Zelus iustitiæ quasi ignis ardere debet oleo misericordiæ. Et sicut ignis lampadẽ destruit, nisi adsit oleũ: sic zelus iustitiæ cor hominis destruit, nisi adsit oleum misericordiæ. Legitur de Christo Luca 20. quod ipse destructionem Ierusalem, quam ex zelo iustitiæ facturus erat, prius fleuerit. ¶ Tertio ira nocet animæ omnia mala introducendo. unde super illud Proverbio. 15. Vir iracundus prouocat rixam, dicit Greg. Ianua omnium uitiorum est iracundia: qua

clausa, uirtutibus intrinsicis datur quies aperta, ad omne facinus armabitur animus. Prou. 29. Qui ad indignãdum facilis est, ad peccata est procliuior. Damnum quod facit ira homini, ostendit Salomon Prou. 19. Qui impatiens est, sustinebit damnum. Primum quod sustinet impatiens, est damnum perditæ patientiæ. Secundũ est, damnum eorũ qui lucrati essent, si patienter iniuriam sustinuissent: uelut enim lapidibus pretiosis obruimur, cũ iniuriæ nobis inferũtur. Tertium damnum, est amissio sui ipsius. Impatiens seipsum perdit, sicut patiens seipsum seruat. Vnde dominus in Euangelio Luca 21. In patientia uestra possidebitis animas uestras.

Quibus rebus comparatur iracundus.

C A P. III.

T E R T I O ualet ad detestationem iræ, si iracundus diuersis generibus rerum comparatur. Vnde notandũ, quod iracundus est uelut homo habens domum ligneam, cui quandoque accidit, quod in uespere diues est, in mane uerò nihil habet, quia sibi totum ignis subitõ abstulit. Ita homo iracundus ad sibilum unius uerbi, gratiam, quam habebat, perdit, dum in iram uel odium cadit. Ideo dicitur Eccl. 2. Væ illis qui perdidit sustinentiam. Homo etiã iracundus est quasi daemonicus, uel arripitiõ. Vnde figurari potest per daemonicum illum, de quo le-

II 5 gitor

gitur Marci 9. Magister, attuli tibi filium muum habentem spiritum mutum, qui ubicūq; eum apprehenderit, allidit illum, & spumat, & stridet dentibus. Matthæi etiam 8. legitur q̄ occurrerunt domino duo habentes dæmonia terribilia nimis, ita ut nemo posset transire per viam illam. Quibus satis assimilatur homo iracundus. Item iracundus est sicut olla nimium habens ignem, quæ ebulliendo emittit quod in ea erat. unde Prou. 15. Cor fatui ebullit stultitiam. Iracundus est homo infans, licet non sit continua eius infania. Vnde Horatius: Ira furor breuis est. Item philosophus: Irrorata iniuria, eius est infania qui facit. Nunquid non infans est, qui seipsum gladio iræ uel odii occidit? ¶ Homo iracundus est uelut rhamnus ignem ex se producens ad impetum uenti, secundum Iosephum. Sic iracundus ad uentum superbiæ ignem iræ ex se producit. Homo etiam iracundus est uelut aper in gladio iræ uel odii seipsum impingens. Gladius diaboli est ira uel odium.

¶ De stultitijs iracundi multiplis
cibus. CAP. IIII.

Quarto potest ualere ad detestationem iræ, si ostendatur quanta stulticia laborat homo iracundus, qui non uult odium dimittere, sed uult se uindicare. Et possunt assignari multe stultitię ipsius. ¶ Prima stulticia eius est, quod ipse uult sanare uulnus

suum de alieno uulnere, & stultitiam querit de aliena infirmitate. In alieno malo querit bonum suum: quod idem est ac si in igne querat aquam, & in spinis uuas, & in tribulis ficus. Hęc stultitiam insinuat nobis Augustinus dicens: Læsus, & iniuriam passus uindicare uult, quasi cuius pœna possit prodesse aliena. De aliena pœna querit sibi medicamentum, & acquirit grande tormentum. ¶ Secunda stulticia est, quod ipse uult se uindicare cum periculo animæ suæ, & interdum corporis, & magno labore & expensis, & tamen non potest se uindicare plenè. Maior enim uindicta quam ipse potest sumere, est mors asini hostis sui, scilicet corporis. Prouerbio rum 20. Ne dicas, Reddam malum pro malo: expecta dominum, & liberabit te. Liberabit, inquam, à labore & expensis, & periculo animæ & corporis, & debito gehennæ, cui te obligares, uindicando te. Mira infania, quod homo uelit se occidere, ut asinum hostis sui occidat. Si autem expectaret dominum, dominus plenariè uindicaret eum, hostem suum infernali patibulo asfigendo. Non oportet ergo sumere uindictam de hoste suo, qui sibi iniuriatus est: quia nisi ipse præniterit, Dominus tantam uindictam sumet de eo, q̄ totus mundus satiabitur inde. Vnde in fine Elaræ: Vermis eorum non morietur, & ignis non extinguetur,

& erunt usque ad satietatem immisericors, quin moueri posset ad compansionem erga illos, qui cruciabuntur in inferno, si sciret qualis est cruciatus eorum. unde legitur Lucæ 16. de diuite illo qui sine misericordia fuerat, qui tamè compassus est suis fratribus, timens ne uenirent ad illum locum tormentorum. Expertus enim erat iam cruciatum infernalem. Si quis singulis horis mēbratim dilaniaretur, ipse non tantam pœnam sustineret, quanta ille qui cruciatur in igne infernali. ¶ Item si totus mundus excogitaret quomodo puniret aliquem, & ille posset totum sustinere, ipse non posset eum tantum punire, quantum Dominus puniet uno uerbo, quando dicit, Ite maledicti in ignem æternum. Nisi sciret Dominus cruciatum illum ita grauem esse, non sustinisset cruciatum passionis, ut nos liberi essemus à cruciatu illo. ¶ Tertia stulticia est, q̄ ipse frangit pontem, per quem ipse necesse habet transire, alioquin peribit. Et q̄ hęc stulticia ualde magna sit, sic potest ostēdi. Duo habentes capitales inimicitias aduancem, transituri sunt per quemdam pontem: qui autem prior uenit ad pontem, cogitat q̄ destruat pontem in odium sui hostis: sed ex alia parte uidet, quod si pontem destruxerit, ipse ex necessitate peribit, hostis uero ipsius nihilominus transibit.

Si post huiusmodi deliberationem potest destruit, nonne infans reputandus est? Similiter stulticia laborat, qui delinquit in se non uult dimittere. Pons enim, per quem sumus de necessitate transituri ad Deum ex quo peccauimus, est ipsa misericordia. Sed hunc pontem sibi frangit, qui misericordiam negat proximo qui in eum deliquit. Iudicium enim sine misericordia erit illi, qui non fecit misericordiam. Iacobi 2. Proximus tamen nihilominus ad Deum perueniet, si fecerit quod in se est. ¶ Quarta stulticia est, quod ipse uult se occidere, ut tunicam hostis sui possit dilaniare. Tunicam hostis ipsius, caro est eius. Vnde Psalm. Comediisti saccum meum, &c. Saccus uocatur ibi caro Christi. Si autem caro Christi saccus erat: id est, uestis humilis: multo fortius caro cuiuslibet potest dici uestis. Vnde qui animam suam occidit ut corpus hostis sui lædat, prædicta stulticia laborat. Hanc stultitiam ostendit Augustinus super illud Psalm. Gladius eorum intret in corda eorum, dicens de persecutoribus qui ita insaniunt. Quasi quis per corpus suum gladium mittit, ut tunicam alterius scindat. Gladius prius intrat in corpus persecutoris, quam in corpus eius quem persequitur. ¶ Quinta stulticia est, q̄ ipse de se facula facit, unde igne accendat in qua hostis eius comburatur, sed se prius comburit. Hanc stultitiam

ostendit

ostendit Augustinus super illud Psal. In laqueū cadat in ipsum, sic dicens: Nemo malus est, qui sibi prius non noceat. Sic putato malitiam esse quasi ignem. Si incendere uis aliquid, illud quod admoues igni prius ardētī, nisi ardeat, nō incendit aliud. Verbi gratia, Cum faculam apponis igni, prius ardet ut aliud possit incēdere: Ita ergo malitia quæ procedit ex te, quid uastat ante, quam te? Qui profundum tammum lædit, ubi radicem habet, non lædit. Malitia tua ut alteri non noccat fieri potest: quod autē tibi non noceat, fieri nō potest. Item impossibile est, quod iniquitas prius lædat hominem iustū, in quem tendit, quam cor iniustū unde procedit. ¶ Sexta stultitia est, quod in ipsum, quem amauit sanum, desēuit, cū factus sit infirmus usque ad mortem, quod nō solummodo stultitia est, sed etiam proditio & crudelitas magna: quia ille qui amatur sanus, tenerius amāndus est, cum sit infirmus. Hęc stultitiam ostendit Boëtius in libro consolationū, dicens: Apud sapientes locus nullus odio prorsus relinquitur. Nam bonos quis nisi stultissimus oderit? Malos autē odisse, ratione caret. Nam sicut corporis languor: ita uitiositas quasi quidam morbus est animarum. Cum ergo ægros corpore minimē dignos odio, sed potius miseratione iudicemus: multo magis tales miserendi sunt, non

insequendi, quorum mentes improbitas omni languore atrocior urget. ¶ Septima stultitia est, quod cum aliquis sibi abstulerit aliquid de suo, ipse in uindictā eius proicit ea quæ sibi remanserūt. ¶ Fatuus esset cum aliquis abstulisset palliū, si ipse in uindictam & tunicam & supertunicale proiceret in Rhodanum: uel cui aliquis uiginti libras abstulisset, si ipse quadraginta proiceret uel à tota sua hereditate se exheredaret. Sic fatuus est cui aliquis abstulit palliū, suæ famæ detrahendo, si ipse hac de causa proicit illam pulchram & pretiosam uestem innocentie, quam in die iudicii toti mundo ostensus est. Hanc stultitiam ostendit Seneca dicens: Ridiculus est odio nocentis innocentiam perdere. Et Psal. Custodi innocentiam &c. Fatuus est, qui illata sibi iniuria ob hoc à caelestibus hereditate exheredat. ¶ Hostis abstulit sibi terram, & ipse auferet sibi cælum. Primo perdit suam, & modo perdit seipsum. ¶ Oportet uia stultitia est, quod cum ipse dicit dominicam orationē, ipse maledicit sibi secundum comunem modū loquēdi, dicendo scilicet istud uerbū, Dimitte nobis debita nostra, &c. sicut aliquis sic dicens: Sic Deus me adiuuet, sicut uerū dico, maledicit sibi, secundum usum comunē loquēdi, nisi uerū dicat. Hanc stultitiam ostendit Anastasius, dicens: Si nō diimitis iniuriam quæ tibi facta est,

est, non orationem pro te facis: sed maledictionem super te inducis, cum dicis, Sicut & nos dimittimus, &c. Vnde de tali potest dici istud Ecclesia. 33. Vnus orans, & unus maledicēs, cuius uocem exaudiet Dominus? Timendum est ne uocem maledicētis, nisi poenituerit. Forsitā tamē si in persona ecclesie sic diceret, nō peccaret: uel si sic simplex esset, ut uerba illa intelligeret. ¶ Nona stultitia est, quod cum ipse sit oneratus multis debitis, pro quibus poneretur in carcere horribilem, nisi ea hic soluerit, & aliquis uelit eum delere de tabulis creditoris, & se scribere, & pro eo respondere, ipse tamē renuit. Qui alicui facit iniuriā, Deo pro debitis eius respondet, si tamen ille patienter sustinet, unde Mat. 6. Si dimiseritis hominibus peccata eorū, dimittet & uobis Pater caelestis peccata uestra. Et Ecclesiast. 18. Dimitte proximo tuo nocētē te, & tunc deprecanti tibi peccata soluentur. Ibi dicit glossa interlin. Indignum est Deum ei esse propitium, qui crudelis est in proximum. Augustin. Vnusquisque talem indulgentiam accepturus est à Deo, qualē ipse dederit proximo suo. Via ualde cōgrua ad obtinēdum à Deo remissionem peccatorum suorum, est remissio iniuriarum suarum. quod significatum est 4. Reg. 4. in muliere illa quæ debita sua soluit de oleo sibi ab Eliseo multipli-

cato. In oleo enim misericordia intelligitur, qua iniuriæ illatæ remittitur. Homini uero, quod non uult dimittere alteri, non dimittitur aliquid, nec suis precibus, nec alienis. Vnde super illud Ecclesi. 28. Quis exorabit pro delictis illius? Dicit Glossa interlin. Frustra quis pro illo orat qui fratri debitā charitatē negat. Et in principio eiusdem capituli, Qui uindictam uult, à Domino inueniet uindictam, & peccata eius seruans seruabit. Orationē illius, qui non uult fratri suo dimittere, despicit Dominus. Vnde in eodem cap. Homo homini seruat irā, & à Deo querit medelam? In hominem enim similem sibi nō habet misericordiam, & pro peccatis suis deprecatur? Ipse cum caro sit, reseruat iram, & propitiationem petit à Deo? Nec solum oratio talium à Deo despicitur, imō etiam oblatio. Vnde Matth. 5. Si offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid aduersum te: relinque ibi munus tuum ante altare, &c. Oratio autem eius qui sibi illatas iniurias dimittit, non solum ualeat sibi, sed etiam aliis, unde Iere. 17. Si steterint Moyses & Samuel coram me, non est anima mea ad populum istum: ubi dicit glossa. Quid est quod Moyses & Samuel præ cæteris patribus in postulationem præferuntur, nisi quod isti duo tantum in omni testamento ueteris ferie

etiam

etiam pro inimicis orasse legitur? Vnus à populo lapidibus impetitur, & tamen pro lapidatoribus ille precatur. Alter ex principatu eicitur, & ait: absit à me hoc peccatū, ut cessem orare pro uobis. ¶ Decima stultitia est, quod ipse similibus cōtra firmilem pugnat, cum potius contrariis sit pugnandum. Amore contra odium pugnandum est, sicut aqua pugnat cōtra ignem, unde Prouerbiōr. 23. Si esurierit inimicus tuus, ciba illum: si sitit, potū da illi. Sic enim carbonēs cōgeres super caput eius. Patiētia contra impatientiā pugnandum est, bonitate cōtra malitiā, sapientia contra stultitiam. Prouer. 26. Ne respōdeas stulto secūdum stultitiam suam, ne efficiaris ei similis. Et ad Roma. 12. Noli uinci à malo, sed uince in bono malum. ¶ Undecima stultitia est, q̄ ipse occiso uno filio matris suæ ecclesiæ, uult ei aliū occidere, iustum uolēs ei addere super luctum. Ad hoc potest referri quod legitur 2. Regū 14. de muliere instructa à Ioab, quæ dixit Dauid regi, quod cū duos filios haberet, & alter alterū interfecisset, uenerat cognatio defuncti uolens interficere illū qui remanserat, &c. ¶ Duodecima stultitia est, quod ipse scūire uult in mortuum: quod non solum stultitia est, imò etiā magna crudelitas, unde lancea quæ Christum mortuum uulnerauit, dira uocatur, cum clauī dicātur

dulces. Membrum Christi uiuū est, homo existens in charitate. Quasi membrum Christi mortuum est, homo existēs in mortali peccato, unde unguenta dulcis admonitionis parāda essent, & non esset scūiendum in illū qui iam mortuus est. De unguētis quæ præparauerunt sanctæ mulieres ad corpus Christi mortuum in unguēdum, legitur Marci ultimo. ¶ Decimatertia stultitia est, quod ipse conqueritur de fratre suo hoc quod fecit sibi, uel dixit tēpore insanīæ, & uult inde uindicari. Hanc insaniam insinuat nobis Seneca, dicens: Homines malē de te loquuntur, supple, ita tu dicis mihi. Et subdit, Moneor, si hoc iudicio facerent: uerē morbo faciunt. Et Lucę 23. Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Si quis haberet fratrem insanū qui ei cōuiciū diceret, uel alāpam daret, & ex alia parte seipsum gladio interficeret: ipse plus doleret de malo, quod frater insanus sibi fecerit, quā de hoc q̄ ab eo sustineret. Sic qui iniuriā patitur, magis dolere debet de peccato iniuriātis, quā de iniuriā sibi illata. Vnde Actūm 7. legitur de beato Stephano, q̄ positus genibus pro lapidatoribus suis exorauit. Quando autē orauit pro se, nō legitur genua flexisse. Nō debet aliquis admirari uel indignari, si cæcus in p̄tē impingat: sibi potius irasci debet, quia sibi ab eo nō cauit. Ve-

lu

lut cæcus est homo iratus: ideo debet sibi cauere ille, qui iratus nō est, ne ad eū offēdat. ¶ Decimaquarta stultitia est, quod cū ille qui habet aliquem odio, captus teneatur à diabolo, & sciat quod diabolus mortē eius stitit: tamen ille nō uult dimittere illud, quod nihil sibi ualet, imò ualde sibi noxium est, scilicet odium, ut à diabolo dimittatur. Odium tenere uelle, est retinere peccatum suū. Non remittenti odium, nihil remittitur. Lucę sexto: Dimittite, & dimittetur uobis. Imò retinere odiū, est retinere diabolū. Mira insaniam iracundorum, qui odium, quod non habet nisi amaritudinem Deo & regno eius præponunt, qui de odio thesaurū suū faciūt, nec uolunt illum cōmutare pro thesauro Dei. ¶ Decimaquinta stultitia est, quod ipsi odiunt & persequuntur illum, qui aurum & argētum & lapides pretiosos proiecit eis unde se redimant, & coronam æternam fabricent. De redēptione ista legitur Prouerbiōr. 23. Redemptio animæ uiri propriæ diuitiæ. ¶ Propriæ diuitiæ hominis sunt tribulatiōes, quas sibi procurauit homo & non Deus. De fabricatione coronæ, dicit Psalmus, Supra dorsum meum fabricauerūt peccatores. Fabricauerunt, inquam, coronam perpetuam. Qui facit alicui malum, si patienter sustinet, lapidem unū pretiosum in eius coronam ponit: ideo tales

diligendi sunt tanquam benefici. Luc. 6. Diligite inimicos uestrōs, benefacite his qui uos oderunt, benedicite maledictibus uobis. Et ad Roma. 12. Benedicite persequētibus uos: benedicite, & nolite maledicere. ¶ Duabus de causis benedicendi sunt persecutores, quia nobis benefaciunt, & quia aliā remunerationem non expectant. Ideo dicit Apostolus bis Benedicite. Qui se uindictam de persecutione, reddunt malum pro bono, & ideo malū accidet eis. Prouerbio. 20. Qui reddit mala pro bono, non recedit malum de domo eius. Si quis dicat q̄ illud bonum non facit ex bona intentione, & ideo non est diligendus: Respondeo, quod spina quæ claudat uineā alicuius, pungens intrantes in eam, amatur ab eo cūius est uineā, licet illud bonum quod ei facit, ex intentione non faciat. ¶ Decimasexta stultitia est, quod quū iracundi amorem suum uenalem habeant, nolunt tamen uendere ei qui carius eum emeret, scilicet Deo. Quod ipsi amorem suum uenalem habeāt, patet ex eo quod nolunt amare nisi suos beneficos, & se amantes nolunt habere amorē uel aliquod beneficium, amoris sui pretiū. Sed si ipsi pro Deo inimicos uellēt diligere, Deus ualde carē emeret amorem eorum. Daret enim pro illo amorem suum & regnū cælorum. ¶ Nota quādo Dominus

sus

nus in die iudicii ponet rationē de amore, de quo est maximum præceptum, & dixerit aliquis se amasse aliquē, quia ab eo amabatur, & quia beneficus suus erat: Respōdebit Dominus, De hoc amore nihil tibi debeo: de illo iam solum est tibi. Cū autem dixerint aliqui, se amasse propter eum illos, qui conuiciis & iniuriis offēdebant se, ne amarentur. Tūc dicit Dominus: Istum amorē uobis debeo. Venite benedicti, percipite regnum. &c. Ad hoc pertinet illud Math. 5. Si diligitis eos, qui uos diligūt, quam mercedem habebitis? Nōne & publicani hoc faciunt? Et Lucā 6. Si diligitis eos qui uos diligunt, quæ uobis est gratia? Et post: Verū tamen diligite inimicos uestros. Et sequitur: Et erit merces uestra multa. Et cum homines ita sitiāt lucrum, mirum est quomodo cū Deo lucrari nolunt, & quomodo amore suum nolunt Deo dare pro regno eius, quem darent alicui homini pro modico beneficio. ¶ Decima septima stultitia est, quod ipsi reputant honorem, quod in ueritate est uilitas, scilicet uindicare se. Diceret aliquis: Non possum sustinere tantum dedecus, quod de malo mihi illato me non uindicarem, reputans uilitatem esse, nō uindicare se, cum tamen uindicare se potius sit uilitas in multis casibus. Vnus casus est, quando stultus & insanus est, qui sibi

conuiciatur. Alius casus est, quādo est uilis persona, uel leprosus, uel loripes. Tunc enim homo magni cordis dedignatur uindicare se de illis, nolens manus suas ibi maculare. Seneca: Quibusdam libenter parcas, à quibus te uindicare fastidias. Ab his non aliter quàm ab animalibus paruis, & inquinātibus reducenda est manus. Cum igitur nō possis uindicare te absolute spirituali iniquatione manuum, & cum ille qui infert tibi iniuriam in hoc insanus & stultus sit: non est uilitas, sed potius honor, si te non uindices. Seneca: Magni animi est iniurias in summa patientia pati. Idē: Si magnanimus fueris, nūquam dicas tibi contumeliam fieri. De inimico dices, Non nocuit mihi, sed animum nocendi habuit, Et cum illum in potestate tua uideris, uindictam putabis uindicare potuisse. Scito enim, honestum & magnum & maius genus uindicandi esse, ignoscere. Prouerborum 10. Honor est homini, qui separat se à contentione: omnes autem stulti miscentur contumeliosis. Si cut honor est se separare à contentione: sic uilitas est in contentione os suum conuicio alicuius maculare. ¶ Decima octaua stultitia est, quod ipsi odium illos qui sibi profunt: cōtra Dei prohibitionem scilicet iniuriātes: peccata uero odii, & alia peccata, quæ eis summē nocent, quæ

quæ dominus præcipit odio haberi, nolunt odire. In Psalmo: Qui diligitis Deum, odite malum. De nocumento peccatorū, dictū est in principio tractatus. Hoc tamen additur, quod peccatum est occasio omnium miseriarum, quæ nobis accidunt. Famēs enim & sitis, frigus, calor, labor, infirmitas, mors, sequelæ sunt peccati. Si enim homo nō peccasset, non sensisset eius peccata. Si quis interfecisset alicui fratrem suum, ipse odiret eum, præcipue si sine peccato hoc posset facere. Quare ergo non odimus peccatum, quod interfecit illos de parentela nostra, qui mortui sunt, & illos qui remanserunt occidet, & nos ipsos? ¶ In omnibus miseris quas in mundo isto uidemus, possemus odiū peccati colligere. Quando aliquem mori uidemus, debemus cogitare quàm malum sit peccatum facere, ex quo talia stipendia sequuntur. Apostolus ad Romanos 6. Stipendia peccati mors. Legitur quod Adā & Eua luxuriant centum annis, quando uiderunt mortuū Abel, intelligentes illam mortem sequelam esse peccati. Mirū est quomodo homines peccati amare possunt, cum occasio illius tot miseras incessanter sustineant. Ad miseras enim huiusmodi odiū peccati deberet in eis renouari. ¶ Quod homo iracundus stultus sit iram recipiendo, seruando & indicando.

HOMO qui aliū odit, ualde stultus est. Amat enim societatem eius quem odit, & uult cum eo ire in infernum, quod ualde mirum est. Mirum etiam est, quod ipse malitiam, quam in hoste odit, in se diligit: propter unum delictū quod uidet in homine, omnia bona quæ in ipso uidet odit: propter modicū quod diabolus habet in eo, odit quæ Deus habet tibi. In quo assimilatur illi, qui castrum patris sui odiret, propter domū unam hostis sui, qui esset ibi; uel totum agrum unum odiret, propter unam urticam quæ esset ibi. Et breuiter dicam, homo uolens se uindicare, stultus est, iram recipiendo, seruando, indicando. Iram recipiendo stultus est: quia cū frater eius dicat ei uerbum durum, & ex alia parte diabolus gladio iræ uoluerit eum interficere, non curat de gladio diaboli, sed solū de uerbo fratris. Hæc stultitia insinuat Iob 5. Virum stultum interficit iracundia, quasi diceret, Ex stultitia est, quod ab iracundia se permittit occidi. Stultus etiam est irā seruando, cum irā sit ignis, quod innuit Salomon, dicens Ecclesiast. 7. Ira in sinu stulti requiescit. Quis non excutere carbonem de sinu suo, nisi stultus sit? Prouerborum 6. Nunquid potest homo abscondere ignem in sinu suo, ut uestimenta eius non ardeant? Stultus est etiam iram indicando, Prouerbio. 12.

K K Fatu

Fatius autē statim indicat iram suam hominibus, quum ira furor sit, est indicare se esse hominem insanum. Item qui indicat iram suam hominibus, succendit domos vicinorum suorum, eò quòd domus sua ardeat, cum potius cogitare deberet quomodo domui propriæ subueniret. Sicut non esset ferenda sententia, quam insanus diceret: sic non est proferendus sermo quem ira dicit, cum ira sit furor. Homo iratus nisi taceat, ostendit se magis stultum quàm ipse sit. Multa enim comminatur quæ non faciet. Vnde Prover. 14. Qui impatientis est, exaltat stultitiam suam.

De sex iniquitatibus iracundi uolentis se uindicare. CAP. V.

Quinto potest ualere ad detestationem iræ, si ostendatur multiplex iniquitas, quæ est in homine irato, qui se uult uindicare. ¶ Prima eius iniquitas est, quod ipse auctoritate sua constituit se iudicem inter se, & iniuriatorem suum. ¶ Secunda est, quod ipse in eadem causa uult esse actor & iudex. ¶ Tertia est, quod ipse uult uindicare se pendente die, quæ sibi assignata est, ut ei plenè iustitia fiat. Dies hæc dies iudicii est. Aposto. 1. ad Corinth. 4. Nolite ante tempus iudicare. ¶ Quarta iniquitas est, quod ipse impunitè relinquit illum, à quo debuit incipere, scilicet seipsum, qui sibi magis nocuit, quàm alius.

Quicquid alius potuit inferre ei, minus est odio quo ipse animam suam interficit. ¶ Quinta iniquitas est, quod ipse iustus, quæ ex solo iudicio debet procedere, ex iniquitate uult elucere, quia ex ira & odio. ¶ Sexta iniquitas est, quod ipse non rededit patientiam iniurianti quam ei debet, sicut iniurians debet ei innocentiam.

¶ *Exempla ad detestationem iræ.*

S E X T O possunt ualere ad detestationem iræ exempla. Et præcipuè exèplum Christi, quæ uidemus patientissimum esse, qui ultimo facit uindictam de inimicis suis. Bene deberet sufficere uermiculo, quòd ita citò uindicaretur de inimicis suis. Si cut dicit Augu. Summæ religionis est imitari quem colis. ¶ De beato Bernardo legitur, quod appropinquante morte eius, eò requiretetur à fratribus, quod doceret eos aliqua salubria, dixit eis: Alieno sensui magis quàm meo credidi. Læsus uindictam non expetii. Nulli scandalum facere uolui. Et si feci, sed aui ut potui. ¶ Septimo potest ualere ad detestationem iræ, quod dominus ab eo, qui uult uindicare, uidetur etiam remissa petere. Sicut patet de illo, qui noluit dimittere conseruam, à quo dominus eius repetit uersum debitum prius sibi datum. Matth. 18.

De diuisionibus ad iram pertinentibus.

PARS II.
Dicitur

Disto de his quæ pertinent ad detestationem iræ, consequenter ponendæ sunt diuisiones ad iram pertinentes. ¶ Notandum ergo, quòd est quædam ira quæ bona est, qua homo irascitur uitio, de qua Ecclesiast. 7. Melior est ira risu. Quasi diceret, per tristitiam uultus, corrigi tur animus delinquentis. ¶ Est alia ira, quæ mala est, qua homo irascitur personæ. De qua intelligenda sunt prius dicta. Et hæc duas habet species. Quædam enim subita est, & sine deliberatione rationis, quæ uenialis est. Alia uerò cum deliberatione & consensu rationis, quæ mortalis est. Has duas species tangit Dauid, dicens: Irascimini, & nolite peccare &c. Si subita ira surgat in nobis, non consentiat ratio. Ira uero, quæ cum deliberatione est, si inueterascat, odium dicitur. Est enim odium ira inueterata. Quod uidetur prohibere Apostolus dicens ad Eph. 4. Sol non occidat super iracundiam uestram.

¶ *De his quæ ualere possunt ad detestationem odij.*

A D detestationem odij possunt ista specialiter ualere. ¶ Primo illud Gene. 49. Maledictus furor eius, quia pertinax, & indignatio eius, quia dura. ¶ Secundum illud 1. Ioan. 3. Omnis qui odium fratrem suum, homicida est. ¶ Tertio, quia odium specialiter est charitati cõtrarium, quæ est maxima uirtus, maximè pla-

cens Deo, & maximè displicens diabolo. Quòd maximè displicet diabolo, patet ex uerbis Gregorii dicentis: Non cur antiquus hostis ut terrena nobis tollat, sed ut charitatem in nobis feriat. De placetia uerò Dei manifestum potest esse per hoc quod dicit dominus Io. 15. Hoc est præceptum meum, ut diligatis inuicem. ¶ Quarto, quia cõtorqueatur homo per quæ peccat, & ille qui manet in odio iniurias sibi illatas nolit remittere, ipse punietur in hoc, quod nec peccata sibi remittantur. ¶ Quintum est hoc, quòd ira uel odium contra naturam uidentur esse in homine, cum homo sit animal mansuetum natura & misericors. unde Iob 31. Ab infantia mea creuit mecum miseratio, & de utero matris meæ egressa est mecum. Mansuetudini uerò quæ est in homine, attestatur forma & dispositio exterior hominis. In omni enim specie animalis, figura corporis est, & membrorum naturæ corporis exteriori attestatur: sicut unguis acuti, fortes & magni, & aducati dentes, & fissio oris magna attestatur rabiei, ut patet in leonibus. Cõtrarium uerò mansuetudini attestatur in hominibus. ¶ Sextum est hoc, quòd cum cupiditas & alia uitia consistant in appetitum alicuius boni, sed inordinate,

odiū consistit in appetitu ipsius mali, Vnde maioris peruersitatis & malitię videtur esse, quam cupiditas & similia peccata.

¶ *Item diuisio Irę.*

I T E M notandum quod ira potest diuidi in iram occultam, quę non prorumpit in exteriorē in iuriā, & iram prorumpētē in exteriorē iniuriā, siue sit iniuriā uerbi uel facti. De prima ira dicit dominus Matth. 5. Omnis qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio. Et post subdit de secunda ira: Qui dixerit fratri suo raca: reus erit concilio, Qui autem dixerit, fange: reus erit gehēne ignis. Raca interiectio est indignantis, sed nominat aliquam specialē cōtūmeliam. ¶ *Item* ira potest diuidi in iram, qua homo irascitur sibi, & in iram qua homo irascitur proximo, & in iram qua irascitur Deo. De prima ira dicit Socrates: Iracundus quum aliis irasci desierit, sibi irascitur. De secunda ira dictū est prius. De ira uero qua aliquis irascitur Deo, qualis est ira iniquę blasphematiū Deū, potest intelligi illud Eccl. 27. Qui in altū mittit lapidem super caput eius cadet.

De peccatis prouenientibus ex Ira.

P A R S I I I . quę habet
tria capitula.

De guerra, & de duodecim quę homines à guerra cohibere debent.

C A P . I .

Sequitur de peccatis quę proueniunt ex Ira. Prouenit au-

tem ex ira, lis. Vnde Prouerb. 26. Sicut carbonēs ad primas, & ligna ad ignem: sic homo iracundus suscitāt rixas. Item Ecclesia, 26. Homo iracundus incendit litem. Ex ira etiā sequuntur guerrę, incendia, homicidia, & alia iniectio manuum iniuria, & rapinę, & similia. De lite nō dicemus modō, quia de illa dicitur cum aliis peccatis lingue. De rapina uero dictum est in tractatu de Auaritia. De aliis uero hic dicemus. ¶ Et primo de guerra, quā habemus cū hostibus. Duodecim uero sunt quę debent homines cohibere à guerra.

¶ Primum est guerra, quam habemus cum hostibus iniuriabilibus. Job, 7. Militia est uita hominis super terrā. Item dictum est Gene. 3. ad serpentē: Inimicitias ponam inter te & mulierem, & semen illius & semen tuū. Guerra ista multum periculosa est. Et propter calliditatem demonū Gene. 3. Serpens callidior erat omnibus animantibus terrę. Et propter lōgum exercitium pugnę. Pugna enim nō cessauit ex quo Adam deiectus est in terram, & longus usus, & experientia multum uidetur docuisse eum, si propter continuitatem pugnę. Vnde Grego, Assidua tentatione diabolus tentat nos, ut seipsum tadio uincat. Et propter malitiam demonum qui uolunt santer sitiunt sanguinem nostrum. unde diabolus sanguisuga uocatur, Prou. 30. Sanguis

ga dūcunt filię. Et quia demones inuisibiles sunt. Hiero. Tunc maxime impugnaris, si te impugnaris nescis. Et quia magnum damnum est si quis uincitur. Regnum enim æternū perdit, & patibulo infernali affigitur. Si autem uincit, multū lucratur, quia remunerabitur regno æterno. Nō accipitur redemptio de guerra ista. Et, ut breuiter dicā, sicut diabolus peior est homine: ita guerra, quā habemus cū diabolo, peior est quā guerra, quam aliquis habet cū hominibus. Sicut enim aliquis princeps quando habet aliquam guerriam fortem & periculosam, studet pacificare alias guerras superemergentes: Sic debet homo cū hominibus pacificari, ne à demonibus uiocatur. Ad hoc uidetur pertinere illud Job 40. Memento belli, & nō addas amplius quicquam loqui. ubi dicit glo. Si oculi hostis bellū cōtra te consideras, quicquid à me pateris, nō accusas. Hieron. Gladium tenet hostis ut me perimat: mira infania, uerbum durū sibi dictū plāgere, & gladiū capiti imminentem nō timere. Mira etiā & magna fatuitas, quod aliquis captum diabolo se tradat, ut proualer fratri suo, cū scriptum sit, quod crudelis est, & nō miserebitur. Ideo reges & principes huius mundi de facili uincuntur à diabolo, quia habent alias guerras, & nō sufficiunt resistere ubiq;. Habac. Ipse de regibus triumphabit,

& tyranni ridiculi eius erunt, ¶ Secūdo deberet homines cohibere à guerra hoc, quod dominus amat pacem, & per contrarium guerram odit.

¶ De signis quod dominus amet pacem.

E T possumus multa signa ponere per quę apparet, quod dominus multum amet pacem. ¶ Primum signū est, quod dominus nasci uoluit tēpore pacis, quę durauit x i . annis. Tunc impletū fuit illud Esa. 2. Tunc cōstabunt gladios suos in uomeres, & lanceas suas in falces. Spiritualiter autem non uult Deus habitare alicubi, ubi non est pax, quia in pace factus est locus eius. ¶ Secundum signum, quod dominus amat pacem, est hoc, quod in natiuitate eius cōmendata est pax hominibus, multitudo angelorū dicēte, Gloria in altissimis Deo, & in terra pax hominibus bone uoluntatis. ut legitur Lucę 2. ¶ Tertium signū est, quod ipse uocauit pacificos specialiter filios Dei, dicens Matthęi 5. Beati pacifici, quoniam filii Dei uocantur. ¶ Quartum signum est hoc, quod ipse mittens apostolos, uoluit ut homines ad pacem hortarentur, dicens Matthęi 10. Intrantes autem domum salutate eam dicentes, Pax huic domui. Mittens etiam discipulos suos dedit eis similiter mandatum de exhortatione ad pacem, dicens Lucę 10. In quancumque domum intraueritis, primū dicite,

K K 3 Pax

Pax huic domui. ¶ Quintum signū est hoc, quod dominus relicturus discipulos suos, pacem specialiter tanquam hereditatem eorum reliquit eis, dicens Ioan. 14. Pacem meam do vobis, pacem relinquo vobis. Post resurrectionem etiam ueniens ad discipulos suos, pacem commendauit eis, dicens, Pax uobis, ut habetur Ioan. 20. in duobus locis. ¶ Sextum signum est hoc, quod dominus ita carē emere uoluit pacem nostram, mori enim uoluit, ut nos reconciliaret sibi: maritari uoluit filius Dei naturæ nostræ infirmæ, ut pax ista reformaretur. Adhuc etiam pacem peccatorum paratus est emere ualde carē, quia paratus est eis remittere omnē offensam, & emere pacem ipsorum regno aeterno, si pœnituerint. Honorabilis est ista pax peccatorum. Si peccator haberet Deū in carcere, non deberet partem honorabiliorē ab eo requirere. Et ut breuiter dicam, speciale officium filii Dei fuit, pacem reformare inter Deum & hominem. Hac de causa uenit ipse in mundum istum, & fuit ibi plus quàm triginta & duobus annis. Vnde ad Ephes. 2. Ipse est pax nostra, qui fecit utraq; unū. ¶ Tercio debet homines cohibere à guerris propter mala quæ inde fiunt, & bona quæ inde omittuntur. Primum malum quod de guerra sequitur, est odium. De una guerra sunt quandoq; mil-

le homines in peccato odii. Illi autem qui sunt in peccato odii, homicidæ sunt: iuxta uerbū Io. in 1. Cano. sua. Sequuntur etiam inde homicidia: & frequēter illi qui moriuntur in bellis, moriuntur morte æterna, quod maximum periculum est. hoc enim damnum irrecuperabile est. Vnde Matthe. Rachel plorās filios suos, & noluit consolari, quia nō sunt. Sequuntur etiam ex guerra incendia locorū sacrorū & nō sacrorum, rapinæ & furta. Filii agricolarum fures efficiuntur, filie prostituantur, omittuntur etiam infinitæ elemosynæ, & infinita alia bona. ¶ Quarto deberet homines cohibere à guerris hoc, quod in guerris præcipuē malum inferitur his, qui non meruerūt. Si in guerris illi mala recipere, qui in culpa sunt, hoc tolerabilius esset, sed illi parum aut nihil mali recipiunt. Innocentes uerō deprædantur, iuxta illud Esa. 59. Qui recessit à malo, prædæ patuit. Horatius: Quicquid delirant reges, plestuntur Achæui. In hoc tyranni huius mundi peiores sunt diabolo, qui non nocet nisi his qui meruerūt. Tyrannū uerō in guerris suis potius nocent illis qui innocētēs sunt, quod nō est parua culpa, quum specialiter Deo adharerēt, & in eo fiduciam habeant, & sunt in eius protectione. Psalm. Innocētēs & recti adharerūt malis. Prouerbiorū 2. Deus custodit rectorum salutem, & proteget

gradientes simpliciter. In guerris etiam inferitur malum pauperibus: plus enim damnificatur aliqua pauper mulier, quando una gallina auferitur ei, quàm aliquis, qui multū diues esset, damnificaretur in mille marcis. Sicut uidua paupercula, de qua loquitur dominus Luc. 21. Plus mihi sit in gazophylacium, mittendo duo minuta, quàm omnes alii secundū iudiciū domini. ¶ Quinto deberet homines cohibere à guerris hoc, quod uix est quin malum accidat eis, qui guerram faciunt. Aut enim malum inferitur eis, & sic malum eis accidit. Aut ipsi inferunt malū aliis, & tunc deterius eis accidit: melius est enim mala sustinere quàm mala facere. Vnde Pro. 16. Melius est humiliari cū mitibus, quàm uidere spolia cū superbis. ¶ Sexto deberet homines cohibere à guerris, difficultas cōsulendi illis, qui guerris iaterunt. Cum enim unus alius paratus sit iuua re ut fortiores sint, ex eo quod sunt simul, unusquisque uidetur esse occasio quædam omnium malorum quæ ibi fiunt. unde Iob 41. dicitur de corpore diaboli: Corpus eius quasi scuta fulsilia, & compadum squamis se se premētibus. ¶ Septimo deberet cohibere homines à guerris hoc, quod nulla uel parua utilitas inde sequitur, quando aliquis guerram, ut sua recuperet. Plus enim ualet quod ipse in guerra expendit, quàm quod ibi in guerra acquirit.

Quando uerō aliquis guerram facit ut uindictæ fratrem uel cognatum sibi occidat, nulla utilitas sequitur illi, qui mortuus est: melius esset defuncto, quod procuraretur, quod homicidæ pro anima eius iret ad partes transmarinas, uel quod processio fieret à ministris Dei super interfectū cum aqua benedicta, & cruce, quàm cū igne maledictō, & lancis & uexillis à ministris diaboli, sicut multoties fit. ¶ Octauo debet cohibere homines à guerris, fraternitas quæ inter homines est. Omnes enim homines naturaliter sunt fratres, quia ex uno patre & una matre processerūt, scilicet Adam & Heua. Fideles uerō propter hoc quædam spiritali fraternitate fratres facti sunt, quia ex uno patre, scilicet Deo nati sunt, & ex una matre, scilicet ecclesia, & celestē hereditatem diuisuri. Vnde inimicitia inter fideles, inimicitia Cain est: quia inter fratres lupi uel serpentes uidentur esse huiusmodi homines, qui bella mouent contra homines. Sene. Ferrina rabies est ista, sanguine & uulneribus latari: & hoc est, abiecto homine in syluestre animal transire. Inter serpentes & homines naturales sunt inimicitia. Vnde Genesis 3. Inimicitias ponam inter te & mulierem, & semen tuū, & semen illius. Vnde serpentes se esse ostendunt, qui ad homines inimicitias habent, imò etiam tales peiores

serpentibus & lupis videntur esse. Serpens serpenti non nocet, uel lupus lupo, etsi animalibus alterius speciei noceant: homo uero nocet homini. Seneca: Immitissimus est homo homini. Leo leoni non nocet, lupus lupum non lædit. Verè canes uidentur esse tales homines, qui adinuicem certant. ¶ Nono debet cohibere homines à guerris hoc, quod homines, qui guerras amant uel habent, speciales filii diaboli sunt, sicut pacifici speciales sunt filii Dei, sicut prius dictum est. ¶ Decimo debet cohibere homines à guerris, miseria quam sustinent homines qui guerras faciunt. Ipsi enim de nocte uadunt armati, in fame & siti, & huiusmodi. Si tantum sustinerent pro Deo, quantum sustinent pro diabolo, magni meriti essent apud Deum. uñ in Psalmis. Contritio & infelicitas in uis eorum, & uia pacis non cognouerunt. ¶ Undecimo debet cohibere homines dubius euentus belli, quoadque enim ille qui fortiosem se credit, deterius cadit in bello. Unde 2. Regum 11. Varius est euentus belli, & nunc hunc, nunc illum consumit gladius. Si aliquis fortis est, inuenit aliquem æquè fortè ut ipse. Ieremiæ 47. Fortis impegit in fortem, & ambo corruerunt. Si aliquis malus est, uix erit qui aliquem æquè malum aliquando inueniat. Unde Prover. 17. Semper iurgia quarit malus: ange-

lus autem crudelis mittetur contra eum, uel post hanc uitã, quando diabolus ad eum mittetur, ut eum deferat in infernum: uel in præsentem quando aliquis homo æquè malus mittetur ad reprimendam malitiam eius. Vulgariter dicitur, quod canis bellicolus defert aures scaturientes uermibus. Et frequenter accidit, quod qui amant bella, moriuntur gladio. unde 1. Re. 15. dicit Samuel ad Agag regem Amalech: Sicut fecit mulieres absque liberis gladius tuus, sic absque liberis inter mulieres erit mater tua. ¶ Duo decimo debet cohibere homines à guerris hoc, quod sapientes tantum timent guerras & tantum amant pacem. unde Salomon, qui legitur sapientissimus fuisse, regnum suum in pace summa tenuit x l. annis. unde etiã ob hoc nomen habuit. Salomon enim interpretatur pacificus. Christus etiam uocatus est rex pacificus: & in ueritate nihil est, quod tantum noceat ecclesiæ Dei, quantum guerra. Lucæ 11. Omne regnum in se ipsum diuisum, desolabitur. Ambr. Paruæ res concordia crescunt, magne uero res discordia dilabuntur. licet tantum bonum sit pax, quod etiã suo contrario quaeratur, secundum uerbum Augustini, tamen ualde raro esset facienda guerra. Cui enim guerra & pax maxime sunt contraria, maxime à se distat. Et ideo ualde longa est uia quæ est per guerram ad pacem. Et quando que prius homo

mo deficit, quam ad pacem per uiam istam ueniat. Citius peruenit homo ad pacem patiendo, quam bella faciendo. Et facilius acquirit homo largiendo, quam auferendo.

De peccato incendiarij. CAP. II.

Propria autoritate incendit ciuitatem, uel uillam, uel domum aliquam, uel segetem, uel rem simile, malo studio aut pro uindicta. si autem hoc faceret autoritate illius, qui habet potestatem indicendi iustum bellum, non iudicaretur incendiarius, ex quo guerra esset iusta.

Quo quis deberent cohibere à peccato incendiij.

Octo uero sunt quæ deberent cohibere hominem ab hoc peccato. Primus est hoc, quod istud peccatum diabolicum est. Diabolus enim in inferno igne impugnat homines: sic faciunt incendiarii in hoc mundo. unde cum ipsi diabolo assimilantur in facto, merito assimilantur ei in tormento. ¶ Secundum est, quod peccatum istud puræ malitiæ est, & nullius utilitatis est. Peccatum rapinæ uel furti aliquid habet lucri uel utilitatis, sed peccatum incendiij nihil. Nullius etiã strenuitatis est peccatum istud. Mulier enim aliqua posset facere idem. Præterea, quibus sufflatores ignis in seruitio hominum sunt uiles personæ, quomodo non erunt uiles personæ sufflatores ignis in seruitio dæmonum? Si-

ne culpa etiã sunt pauperes homines, quorum domus incenduntur, sed propter solam superbiam dominorum sit. unde Psalmus. Dum superbit impius, incenditur pauper. Peccatum igitur incendiarij, cum sit puræ malitiæ, ideo etiam est peccatum in Spiritu sanctum. ¶ Tertio deberet cohibere hominem à peccato hoc, quod peccatum istud ualde danosum est proximo. Pauper enim ille homo exheredatur, cum domum suam amittit, & oportet eum & uxorem suam & familiam ire mendicando per domos aliorum, quod ualde graue est homini inconuerso. unde Eccl. 29. Vita nequam est hospitandi de domo in domum. Interdum autem accidit, quod nunquam redibit ad pristinum statum, & quod filii eius hac de causa fures efficiuntur, & filii prostituantur, & ille qui domum incendit, reus est omnium peccatorum qui occasione illius incendiij fiunt. ¶ Quarto debet cohibere hominem ab hoc peccato, quod peccatum istud ualde danosum est actori suo. Damnosius etiam est illi quam proximo. unde refert Greg. in dialogo, quod cum quidam incendisset messem cuiusdam sancti uiri nomine Stephani, quidam uidens messem eius combustam: uenit ad illum, dicens quod messis sua esset combusta, adiungens, Væ uæ pater Stephane, quid contigit tibi? Cui ille placidè respondit: Væ quidem illi contigit, nam mihi quid conti-

git: Ille qui credit incendere domum alienam, incendit suam. Sua enim est domus illa quo ad emendam, & ibi amittitur. Sicut miles, qui est in exercitu alicuius principis, equum quem amittit, non sibi amittit, sed domino cum quo est. Incendiarius dum ponit ignem ad eoburendum domum, sibi etiam preparat ignem æternum. Igne etiam peccati exurit seipsum. Aug. Sic putato malitiam esse, quomodo ignem. ¶ Quinto debet cohibere hominem ab hoc peccato, quod peccatum istud multum impedit a salute auctoris suum, & propter restitutionem domus in centum quod oportet eum facere propter maledictiones, quæ sunt eis. Quando enim pauper aliquem defendit, tum habet occasione illius incendiarii, uel uidet filios suos lucentes in alieno hospicio, ipse maledicit ei qui domum suam incendit. Quæ maledictio defert incendiarium in ignem æternum. unde Eccle. 4. Maledicentis tibi in amaritudine animæ exaudietur deprecatio illius. exaudiet autem illum qui fecit eum. Et eisdem 35. Deprecationem læsi domini exaudiet. Non despiciet preces pupilli: nec uideat, si effundat loquaciam gemitus. Nonne lacrymæ uidentur ad maxillas descendunt, & exclamatio eius super deducentes eas? A maxilla enim ascendunt usque ad caelos, & dominus exauditor non delectabitur in illis. De materia

ista in tractatu de Rapina, dictum est. ¶ Sexto debet cohibere hominem a peccato isto, poena magna qua in presenti puniuntur incendiarii. Poena autem eorum secundum leges humanas est, ut qui dolo ignem apposuerit, igne cremetur, aut capite puniatur: nec debet absolui, nisi damno restituto, & præstito iuramento, quod ignem ulterius non apponet. A Deo etiam saepe puniuntur in hoc, quod mala morte moriuntur: sicut patet de Absalon, qui fecit succendi messem Ioab, qui postea suspensus est & occisus est tribus lanceis missis in eum: ut legitur 2. Reg. 14. Legitur etiam Iud. 13. Quod Sampson fecit succendi segetes Iherosolymorum, qui postea captus est a Philistinis, & exoculatus est, & a se metipso occisus. ¶ Septimo debet cohibere hominem a peccato isto, magna poena, qua puniendi sunt incendiarii in futuro. Quod potest ostendi per hoc quod legitur Matt. 25. quod dominus dicitur est, ite maledicti in ignem æternum. Et subditur causa huius damnationis: Hospes eris, & non collegistis me. Si dominus puniturus est igne æterno eos qui in proprio hospicio non receperunt eum, qualiter credendum est illos esse puniendos qui hospitium domini, in quo ipsi nihil iuris habebant, eobufferunt. Quot pauperes hospitati fuissent in domo, quam ipsi eobufferunt, toties domino suum hospitium

spiritum abstulerunt. Merito etiam in presenti & in futuro crematur incendiarius, cum ipse alios cremet, quia per quem peccat homo, per hanc & torquetur: & non est lex æquior ulla, quam necis artifices arte perire sua. ¶ Octauo debet cohibere homines ab hoc peccato, quia peccatum istud multum displicet Deo. Quod patet per hoc, quod hospitalitas tantum placet Deo, quam hospitalitate hoc peccatum destruit. Quod hospitalitas multum Deo placeat, patet ex eo quod legitur ad Hebr. 13. Hospitalitate nolite obliuisci. Per hanc enim quidam placuerunt angelis hospitio receptis. & Origene. Domo hospitalis ingressi sunt angeli. Domo uero hospitibus clausas, ignis & sulphur succedit. Domo quas angeli ingressi sunt, fuerunt domus Abraham & domus Loth. Domo uero succensæ, fuerunt domus Sodomorum & Gomorrhæorum. Hospitalitas tantum placet Deo, quod ipse in propria persona legitur ad hospitales homines dedinasse. Unde refert Gregorius in quadam homilia, quod quidam patrisfamilias multum fuit hospitalis, & quadam die cum peregrinos susciperet, & aquam daret manibus ex humilitate, unus fuit inter eos, in cuius manibus debuit aquam fundere, & cum reuerfus urnam accepisset, non inuenit eum, in cuius manibus aquam debuit fundere: cumque ob hoc apud se miraretur, eandem nocte

per uisionem dominus dixit ei: Ceteris diebus me membris meis, hesternam autem die me in memetipso recepisti.

De peccato homicidii, & de his quæ deberent homines cohibere ab homicidio. CAP. III.

Sequitur de homicidio, a quo primo deberet homines cohibere hoc, quod ipsum est contra naturam. Docuit enim natura, quod animalia diligunt ea quæ sunt eiusdem speciei cum ipsis. Unde Ecclesiast. 13. Omne animal diligit simile sibi. Vnde mirum est, quomodo homo uult alium hominem occidere, cum natura doceat unum lupum alium amare. ¶ Secundo debet cohibere homines ab hoc peccato, quod ipsum multum est contra rationem. Dicitur enim ratio homini, quod non debet facere aliquid quod sibi odit fieri: ut legitur Tobie 4. Unde cum ipse super omnia mortem odio habeat, ipse super omnia cauere debet ne mortem inferat. ¶ Tertio deberet homines cohibere ab hoc peccato, quod istud peccatum diabolicum est, & diabolo assimilatur. Unde Iohannis 8. Ille homicida erat ab initio. Diabolus fuit homicida sui ipsius ab initio, & post parentum nostrorum. Unde sanguisuga uocatur Proverbiorum 30. ubi dicitur, Sanguisuga dux sunt filie. ¶ Quarto deberet cohibere homines ab hoc peccato, quod uidetur ab homine degenerare &

in bestiam transire, quæ sanguinem humanum sinit, unde Sene. Ferina rabies est ista, sanguine & uulnere letari. Et hoc est abiecto homine in syluestre animal transire. ¶ Quinto debet cohibere homines ab hoc peccato, pœna magna qua homicidæ puniuntur, & in presenti, & in futuro. De pœna eorum legitur Matt. 25. Omnes qui acceperint gladiū, gladio peribunt. Et Apoc. 13. Qui in gladio occiderit, oportet eū in gladio occidi. Et Gen. 9. Quicumque fuderit sanguinem hominis, fundetur sanguis illius. Et possunt hæc auferri ad mortē æternā, uel tēporalem: utraque enim reus est, quia autoritate sua gladiū accipit. Ad significadū quod multū punietur peccatū homicidii, dictū est Genes. 4. Vox sanguinis fratris tui Abel clamat ad me de terra. Vox sanguinis potest dici uox consanguinitatis: ut sit sensus, generatio quæ ex Abel existet, nisi interfectus fuisset, requirit quod uindictam sumā de te. Pœna etiam homicidæ ostēditur, cū subditur: Maledictus igitur eris super terram. Et fuit iāta maledictio illa, quod etiā ipsam terrā tetigit, unde subditur: Cū operatus fueris terram, non dabit fructus suos. Et subditur post: Vagus & profugus eris super terrā omnibus diebus uitæ tuæ. Et post factus est Cain tremulus, unde ait: Omnis qui inuenerit me, occidet me.

¶ De quatuor peccatis clamans tibus ad Deum.

ET notandum quod quatuor peccata dicuntur clamare ad Deum, scilicet oppressio innocentium, Exodi 2. Ascendit clamor filiorum Israël ad Deum. Et peccatum Sodomiticum, unde Gene. 18. Clamor Sodomorum, & Gomorræorum multiplicatus est. Et detētio mercedis mercenariorū, unde Iacobi ult. Ecce merces operariorum uestrorū, quæ fraudata est a uobis, clamat, & clamor eorū in aures Domini sabaoth introiuit. Et peccatū homicidii, unde Genesis 4. Vox sanguinis fratris tui, &c. Triā uerō de peccatis nominatis ideo dicitur clamare ad Deum ad modum homicidii, quia sunt quasi homicidium. In peccato enim cōtra naturam effunditur illud quod potuit esse materia corporis humani, & ideo est quasi homicidium. In oppressiōe uerō innocentium & detentiōe mercedis auferitur pauperibus uita eorum, & ideo a Deo quasi homicidium reputatur, unde Ecclesiasti. 33. Panis egentium, uita pauperis est: qui defraudat illū, homo sanguinis est. & ibidem: Qui auferit in sudore panem, quasi qui occidit proximū suū. Et ibidē: Qui effundit sanguinem, & qui fraudem facit mercenario, fratres sunt. Puniantur etiam homicidæ irregularitate. Licet enim de peccato homicidii cōdignam pœnitentiā egent

patet

rint, tamen nō possunt promoueri. Vnde 1. Paralippomen. 28. dicit Dominus ad Dauid: Non edificabis domū nomini meo, ed quod sis uir bellator, & sanguinē fuderis. ¶ Sexto debet cohibere homines a peccato homicidii fraternitas quæ est inter Christianos. Omnes enim Christiani fratres sunt, & fraternitate naturali & spirituali. Ex uno enim patre & matre sunt omnes: ex Adam scilicet, & Heua. Fratres etiā sunt spiritualiter ex Deo patre & ecclesia matre. Unde homicidium inter Christianos est fratricidium. Ad quod potest referri illud Gene. 27. Quid nobis proderit si occiderimus fratrem nostrū, & celauerimus sanguinem ipsius? melius est ut uenīdetur Ismaëlitis, & manus nostræ non polluatur. Frater enim & caro nostra est. ¶ Septimo debet cohibere homines a peccato hoc, quod fideles sunt filii Dei, unde Augustinus; Filii Dei sumus, unde hoc probamus? Mortuus est unicuique, ne remaneret unicuique, Et 1. Ioannis 3. Videte qualem charitatem dedit nobis Deus, ut filii eius nominemur & simus. Et in eodē: Filii Dei sumus, sed nōdum apparuit quid erimus: sed cū apparuerit, scimus quoniam similes ei erimus: & Matthæi 23. Patrem nolite uocare uobis super terram: unus enim est Pater uester qui in cælis est. Igitur qui aliquem fidelem occidit, filium

Dei occidit: quod cōstat nimie temeritatis esse. Quomodo ante cōspectum Dei stare audebit, qui filium eius occidit? ¶ Octauo deberet cohibere homines ab hoc peccato, quod quilibet homo angelum bonū habet deputatū sibi ad custodiā: cui contumeliam facit, qui hominem occidit, uel iniuste manus in eū iniicit, unde Matthæi 18. Videte ne cōtemnatis unum ex his puillis. Dico enim uobis quia angeli eorum semper uident faciē Patris mei qui in cælis est. Si quis uerberaret aliquē qui haberet militē de mēsa regis Fræciæ sibi ad custodiam deputatū, nō parū offenderetur rex: quātū ergo putandus est offendi rex cælestis, quādo ille occiditur uel uerberatur, cui ipse unū de angelis suis ad custodiam deputauit: qui sunt quasi milites de mēsa eius. ¶ Nono deberet cohibere homines ab homicidio hoc, quod homo ad similitudinem Dei creatus est. Mirū enim est quomodo aliquis audeat destruere creaturam illam quam Deus ad similitudinem suā dignatus est creare, unde Gen. 9, postquam Dominus dixit, Quicumque fuderit sanguinem hominis, fundetur sanguis illius. Subditur causa ista: Ad imaginē quippe Dei factus est homo. Si aliquis artifex rātū habet amorē ad opus suum quod parū ualoris est, quod non potest sustinere: ut & uerbo ei detrahatur, ut patet

patet in uersificatore, qui nō potest sustinere ut uersibus eius detrahatur: quantum putandus est Deus amare creaturam suā, quam creare uoluitad similitudinem suam, & quantum offenditur in eius destructiōe? ¶ Decimo debet cohibere homines ab homicidio hoc, q̄ Dominus ita carē emit hominem: nō parū enim offenditur Deus, quando res illa quam ipse emit sanguine suo, ei aufertur. i. Petr. i. Non corruptibilibus auro uel argento redempti estis de uana uestra conuersatiōe: sed pretioso sanguine quasi agni immaculati & incontaminati Iesu Christi, hoc pretio debemus hominē appēdere, ne nobis uilescat. ¶ Undecimo debet homines cohibere ab homicidio hoc, quod homo tēplū est. Spiritus sancti, unde templum Dei uiolat, qui hominē occidit uel uerberat. i. ad Corinth. 3. Nescitis quia templum Dei estis uos, & Spiritus Dei habitat in uobis: Si quis autem templum Dei uiolauerit, disperdet illū Deus. ¶ Duodecimo debet cohibere homines ab homicidio hoc, q̄ tota trinitas habitat in homine tāquam in hospitio suo. unde Io. 14. Ad eum ueniamus, & mansionem apud eū faciemus. Vnde toti Trinitati contumeliā facit, qui uiro iusto, in quo ipse habitat, uiolentiam facit.

¶ De occisione iustorum hominum.

S E D ista ratio non uidetur

extendi ad mortem iniustorum hominū, & in rei ueritate homicidiū iniustorū hominum quātū ad aliquid, periculosius est, quā homicidiū iustorum: cū scriptum sit, Mors peccatorum pessima. De morte uero sanctorum scriptū est, Pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum eius. Mors peccatorum pessima est, quia est uelut quēdam porta per quam in infernum intratur, & est quidam transitus ad mortē aeternam. Mors uero iustorum quēdam porta est, per quam sit egressus de miseria huius uitae, & ideo nō solum magnum peccatum est homicidiū iustorū, sed etiam impiorū interfectio, nisi hoc fiat imperio Dei. Imperio autem Dei fit, quādo fit auctoritate legis diuinæ: aliter nō placet Deo. Ezech. 18. Nunquid uoluntatis meæ est mors impii, dicit Dominus Deus, & non ut conuertatur à uis suis, & uiuat: Et eiusdem 33. Nolo mortē peccatoris, sed ut magis conuertatur & uiuat. & Matt. 2. Rachel plorans filios suos, noluit consolari, quia nō sunt: ubi dicit gl. Ecclesia plorat non tā morte uas. latos, quā supplicio perēptos, Supplicio inquam infernali. De morte uero iustorum dicit Sapientis: Nō est lugēda mors, quam immortalitas sequitur. peccati homicidiū est tātū q̄ Cain pōderositate eius nō uales sustinere, dixit uerbū desperatiōis, Maior est iniquitas mea, quān ut ueniam

ueniam merear. Mirū est, quod postquam humana natura coniuncta fuit & unita diuine, quomodo aliquis ausus fuit manum mittere in hominē, uel eū occidēdo, uel uerberādo, nisi diuino imperio, quod fit auctoritate legis diuinæ. Quando aliqua mulier nupsit alicui regi, omnes de regno illo deserūt etiā minimo de genere ipsius: quantum ergo deserēdū est hominibus, cū humana natura maritata est filio Dei? Præterea si cruci tāta reuerentia exhibetur, quia coniuncta fuit corpori Christi per modicum tempus: quanta reuerentia exhibenda est humanæ naturæ, quæ unita est diuine, ita q̄ nunquā ab ea separabitur? & hæc sufficiat de peccato homicidiū. De alia uero iniectione manū inuisa, de qua uidebitur hic esse dicendum, nil dicitur: quia in magna parte sunt eadē, quæ debēt hominē cohibere à peccato isto, cum his quæ sunt dicta cōtra peccatum homicidiū.

De remedijs contra iram propriā & alienam. P A R S III.

N O tandum quod cōtra irā alienam triplex potest esse remedium. Contra iram uero propriā octo assignabimus remedia. ¶ Primum remediū cōtra iram alienam, est mollis responsio, unde Prouer. 15. Mollis responsio frangit irā, sermo durus suscitāt rixas. & Prouerb. 25. Lingua mollis cōstringet duriorē, & hoc est unū de miracu-

lis spiritualibus, quod molle facit durum, unde legitur in *Vitis* patrum de abbate Machario, q̄ cum properaret ad quēdā locum, discipulus eius præcedens ipsum obuiauit cuidā sacerdoti idolorum portanti lignum grāde. Cui dixit discipulus Macharii: Quō uadis dāmon? At ille iratus percussit eum ita q̄ ferē mortuū reliquit. Cui postea obuians Abbas Macharius ait: Salueris laborator, salueris. At ille, Quid in me boni uidisti, ut ita me salutes? Cui senex, Quia uidi te laborantē. Cui sacerdos, Et ego ex tua salutatiōe cognoui te seruū magni Dei. Sed quidam monachus male me salutauit, quē ego plagis affeci: & statim cōpunctus est sacerdos idolorum, petiitque ueniam: & duxerūt uulneratum usque ad celam, & sacerdos idolorum monachus factus est. & dixit Hiero. Vide quid lenitas sermonis fecerit, & quid austeritas. Homo iratus est uelut olla bulliens. Prou. 15. Os fatuorū ebullit stultitiam. Ideo aqua frigida mollis responsionis superfundēda est. Eccl. 18. Nōne ardorē refrigerabit ros? Dulce uerbū est uelut ros refrigerans ardorē iræ: & sicut ex ore exit flatus, unde ignis materialis accēditur, & spūm unde extinguitur: sic ab ore exit uerbum durum unde ignis iræ accenditur, & dulce uerbū unde ignis iræ extinguitur. Ad quod uidetur pertinere illud Eccl. 28.

Si

Si sufflaueris, quasi ignis exardabit: & si spueris super illam, extinguetur. Vtraque ex ore proficitur. Nec mirum si duris uerbis ignis iræ accenditur, cum collisio durorum corporum ignem materiale prodat. ¶ Secundum remedium contra iram alienam est silentium, unde Prouer. 26. Cū defecerint lingua extinguetur ignis. Velut ligna se habent uerba, quæ respondentur homini iracundo, unde ignis ira nutritur. Eccle. 8. Ne litiges cum homine litigioso, & non struas ligna in igne eius. Securus etiã efflet omnino recedere ab irato, sicut aliquis recedit ab igne, quãdo nō uult cōburi, neque calesceri ab eo. unde ad Romanos 12. Nō uos defendētes charissimi, sed date locū iræ. ¶ Tertium remediū contra iram alienã, uel odium, est beneficiū. Vnde Prouerbio. 25. Si esurierit inimicus tuus, ciba illū; si sitit da illi aquã bibere. Prunã enim congeres super caput eius. Beneficia quæ inimico exhibentur, sunt uelut prunã accendētes inimicos eorum ad amorē. unde legitur in Vitis patrum de quodã eremita nomine Theon, q̄ habebat gratiam sanandi ægrōs, & cum uenissent latrones putantes eum habere multum auri, ipse fecit stare eos foribus affixos, & mane cū incolæ uellet eos cōburere pro furto, ipse ait: Sinite eos abire illesos, alioquin à me effugiet gratia sanitarum: & statim

ipsi latrones cōuersi sunt ad Dominū. Legitur etiã de quodã qui uocabatur Amon, qui in Aegypto in eremo morabatur, quod latrones ei auferēbāt panes quibus ipse uescebat. Vnde Amon præcepit duobus draconibus ut custo dirent ostiū cellæ. Et cū latrones uenissent ad ostiū cellæ, uidētes dracones obstupuerūt, quos inuenit Amon præ timore semimortuos, & fecit eis parari mensam, & compuncti facti sunt sancti homines.

¶ De remedijs contra iram propriam.

SEQUITUR de remedijs contra iram propriam. ¶ Quorum primū est cōsideratio Dominicæ passiois. Greg. Si passio Domini ad memoriã reuocatur, nihil adeo durum quod nō equo animo toleretur. quod remediū nobis insinuatū est in libro Nume. 21. ubi legitur q̄ filii Israhel respiciētes serpētē in palo, sanabatur à moribus serpētū ignitorum. Vnus de serpētibus ignitis est ira, à quo q̄ sanatur, si diligēter intēdat qd̄ Christus pro eo in cruce passus sit. Tunc enim patiēter sustinebit quicquid oportebit eū pro amore Christi pati. ¶ Secundum est silentiū unde super illud Prouer. 12. Fortius statim indicat iram suam, dicit gl. Natura iræ est ut prolixa magis ferneat, occultata languescat. & Prou. 26. Qui implet stulto silētium, iras mitigat. Stultus est hō supbus, quasi altus, præcipuē si iracundus sit.

Homo

Homo enim iracundus non solum est stultus, sed etiã quasi insanus. Vnde si silentiū ei imponatur, iræ mitigatur. Ad hoc potest referri quod legitur in Vitis patrum de abbate Isaac, qui requisitus à quodam fratre quare demones eum timerent. Respondit, ex quo factus sum monachus statui apud me, ut iracundia extraguttur memi non procederet, & ideo timēt me ita demones. Legitur etiã de beato Achille, quod quidam senex uenit ad eum, & uidit ipsam sanguinē expuentem, & requisit quid hoc esset. Cui Abbas Achilles respondit: Sermo erat cuiusdam fratris qui me contristauerat, sed repugnauit, ut non illum dicerem, sed petii dominū ut tolleretur à me, & factus est ille sermo sanguis in ore meo. Et postquam expuit in eum, requisit eum, sed ipsam tristitiam & sermonem illum sum oblitus. Ad istud secundū remediū uidetur pertinere illud Psal. Posui ori meo custodiã. ¶ Tertium remedium est, cōsideratio diuinæ ordinationis. Nullū malū peccati potest inferri nobis, nisi diuina ordinatione, quod magnum solatiū debet esse fidelibus. Omnis enim tribulatio uelut oratio est, quam cælestis medicus qui discretissimus est, & fidelissimus, habet quasi in utro suo, iuxta illud Psal. Statuit aquas quasi in utro, & inde dispēsat eam filiis suis prout uidet expedire. Ideo mansuetē & patienter toleran-

da est tribulatio. Istam rationem insinuat nobis dominus Ioan. 18. dicens: Calicem quem dedi mihi Pater, non uis ut bibam illum? Tribulatio etiã est quasi uirga in manu matris amantissimæ: quia in manu Dei, qui filios suos diligit super omnem matrē. Esa. 49. Nūquid obinisci potest mulier infantem suum, ut non misereatur filio uteri sui? Et si illa oblita fuerit, ego tamē nō obliuiscar tui. Non est multū timenda uirga, quæ est in manu matris amantissimæ, scilicet misericordie Dei, præcipuē quando aliquis sperat per uirgam huiusmodi à gladio peccati aeternæ liberari. Ad hanc ordinationem respiciebat David, de quo legitur 2. Regū 16. quod cum semel malediceret sibi, & Abisar comminaretur maledicenti, ait Dauid: Dimitte eum, ut maledicet iuxta præceptū domini. ¶ Quartum remedium est, considerare utilitatē quam habet tribulatio, quæ toleratur tam in presenti, quam in futuro. Hanc utilitatem insinuat David quando dicit de persecutoribus: Circūdederūt me sicut apes. Apes aculeo pungunt, sed ex alia parte mel tribuūt, & licet timeatur quia pungunt, amantur quia mel tribuūt. Sic persecutores licet pungant, dum tribulationem inferunt: tamen amandi sunt, quia mel cælestis dulcedinis quodammodo conferunt. Materiam enim aeternæ coronæ homini ministrant.

L L

¶ Quint

¶ Quintum remedium est, consideratio status, in quo est iniuriā. Insanus enim est, sicut prius est ostensum. Irrogata enim iniuria, ipsius est insania qui facit, ut dicit philosophus. Ideo compati debemus ei, potius quam irasci. ¶ Sextum remedium est, consideratio propriorum defectuum. Facilius enim quis portat defectus alienos, quādo ipse suos nouit, quos oportet ab aliis portari. Vnde Prouer. 19. Homo indigēs misericors est. Ideo aliqui defectus aliorum ita de facili irascuntur, quia suos non agnoscunt. Seneca: Regū animos induimus. Illi oblitū suā infirmitatis alienā deseruiunt, quasi iniuriā acceperint. August. Irasceris seruo tuo ne peccet, irascere tibi ipsi ne tu pecces. ¶ Septimum remedium est, consideratio finis nostri, mortis scilicet, & eorum quæ post mortē sequuntur. Vnde Eccle. 28. Memento nouissimorum, & desine inimicari. Et subditur: Memento timorē domini, & ne irascaris proximo. ¶ Octauum remedium est, consideratio propriæ impotentiae. Multi sunt qui ideo iram seruāt contra proximum suum, quia reputant de decus esse non uindicare se de eo qui eis iniuriatus est: qui attendere debent, quod nec etiam potestatem habent defendendi se à muscis & à pulcibus. Vnde August. Homo tibi conuiciū dicit, & tumes, & iratus es: pulcibus resiste ut dormias, &c.

TRACTATUS IX. De peccato Linguae.

De ordine dicendorum in hoc tractatu. Et de his quæ debent monere hominem ad diligētem custodiā linguæ. PARS I.



VL T I M O inter peccata dicendum est, de peccato linguae, quia istud peccatū remanet post alia peccata. Multi cauēt sibi ab aliis peccatis, qui non cauēt à peccato linguae. Agemus autem de peccato linguae hoc modo. ¶ Primo agemus de custodia linguae in cōmuni. ¶ Secundo, enumerabimus diuersa peccata linguae, & de unoquoque eorum secundum ordinē prosequemur. ¶ Tertio uerō tangemus de remediis cōtra peccatum linguae. ¶ Multa uerō sunt quæ deberēt homines mouere ad diligētem custodiā linguæ. ¶ Primum est, quod dominus hominem in lingua honorauit præ cæteris creaturis. Nulli enim creaturæ dedit Deus linguā materialē ad usum loquelæ, nisi homini: quod non paruus honor est, nec paruū beneficium. Si uerō non credis beneficium istud esse magnū, cogita si mutus es, quantū beneficium putares, si redderetur tibi loquela. Plus enim amares hoc, quā si daretur tibi infinita pecunia. Vnde ualde ingratus est homo qui Deum peccando inhonorat in mēbro illo, in quo Deus hominem

minem præ cæteris creaturis honorauit. ¶ Secundum est hoc, quod lingua quantū ad usum loquelæ, organum est rationis: uerbū uerō nuntius est rationis, sicut dicit August. & in solis habētibus rationē inuenitur naturaliter. Vnde à ratione regi debet, & solum ad imperium rationis debet lingua exire ad actum loquelæ. Indecens est, ut rationis nuntius sine ratione mittatur. Ex quo secundum Psal. Cōparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis, de iure posset ei à Deo auferri usus loquelæ. Ad iumentum enim non pertinet loquela. ¶ Tertium est, quod aues quæ non receperunt tantum beneficium in lingua, quantum homo, nec aliquā mercedem à Deo expectāt, pro usu linguae suæ laudant creatorē suum. Vnde multum potest Deus offendi, si homo ei in lingua contumeliā irrogat, ex quo congregatio auium eum laudat. ¶ Quartum est hoc, quod lingua est membrum ualde nobile, & in quo multum indecens est omnis immunditia. Nulla etiam immunditia maior est immunditia peccati, imò non reputatur corporalis immunditia comparatione ad peccatum. Vnde Matth. 15. Non lotis manibus manducare, non coinquinat hominē. Diligenter ergo custodiēda est lingua, ne à peccato inquinetur: qui etiam non plus timet inquinare linguā suā peccato, quā cætera membra, por-

cus uidetur potius quā homo. Porcus enim rostrum in lutū ponit sicut & pedē, nec magis parcat ori, quā pedī. Homo qui nō timet inquinare os suū peccato, uelut canis macellī est, qui labia solet habere sanguinolēta. Abominabilis etiam hominibus potest esse & Deo: quia permittit in os suum intrare ea quæ immundiora sunt muscis & pulcibus. Diabolum etiā permittit excreare sibi in gulā. Immunditia enim peccati spurū diaboli est. Potius tolerāda esset excreatio leprosi in ore, quā excreatio diaboli. Multū turpis est, qui diabolum, qui immundissimus est, permittit nidificare in ore suo. ¶ Quintum quod deberet homines mouere ad diligētem custodiā linguæ, est officiū ad quod lingua deputata est. Est enim deputata ad orandū, & ad Deū laudandū, ad susceptionē corporis & sanguinis Christi, & ad proferenda uerba sacra, quorum quodlibet linguæ sanctitatē magnā requirit. Oratio magnam sanctitatem linguæ requirit: quia secundum Greg. cum indignus ad intercedendū mittitur, irati animus ad deteriora prouocatur. Vnde lingua quæ toties Deum offendit, nō de facili oratione exauditur. Laus etiā Dei similiter sanctitatē magnā requirit, quia nō est speciosa laus in ore peccatoris: ut dicitur Eccl. 17. Dominici etiam corpus quod in ore recipitur, sanctitatē magnā requirit: unde

sicut multū peccaret, qui in calice ubi corpus Christi recipitur, lutū immundū poneret; sic multū peccat qui os suum, in quo corpus Christi recipitur, per peccatū inquinat. Verba etiā sacra, quæ in ore hominis debent uersari, sanctitatē similiter oris requirūt, cum sint reliquæ domini. Vnde Matt. 7. sanctum uocatur, ubi dominus ait: Nolite sanctum dare canibus. Si uestes quæ Dominici corpus tetigerūt pro reliquiis habentur, multo plus uerba quæ ex ore eius processerunt. Quod uerba domini reliquæ sint, probant miracula spiritalia quæ per ea fiunt. Cæci enim spiritaliter per ea illuminantur. Vnde Psal. Præceptū domini lucidum illuminās oculos. Et mortui spiritaliter uiuificantur. Vnde Ioan. 5. Venit hora, & nunc est quādo mortui audient uocē filii Dei: & qui audierint uiuent. Inter alia membrā os maxime uidetur esse deputatū diuino officio: & bene iustū esse cum Dominus omnia membra hominis fecerit, ut saltem unum membrorū sibi mundū seruaretur: unde seruiretur ei. ¶ Sextum est hoc, quod lingua custodita, anima custoditur. Vnde Prouer. 13. Qui custodit os suū, custodit animam suā. Homo qui os suū non custodit, est quasi ciuitas absque muro. Vnde Prou. 25. Sicut urbs patēs & absque murorū ambitu: ita uir qui nō potest in loquēdo cohibere spiritū suū. Est etiā sicut

castrū uel domus absque porta. Vnde legitur in Vitis patrum, quod dā senex cum quibusdam fratribus ibat ad beatū Antonium, & audiuit multa ab illis in uia de sacra scriptura, & de operibus manū suarū, sed ipse per omnia tacebat: & cum uenissent ad Antonium, dicit Antonius seni: Bonos fratres habuisti comites itineris tui. At ille: Boni sunt quidē, sed habitatio eorū non habet ianuā. Qui uult, intrat in stabulū eorū, & soluit asinū. Qui uult custodire castrū aliquod, oportet quod diligentiam habeat circa ostium portæ. Vnde ibi turres solēt fieri. Etiā in claustris ad portā custodes consueuerunt poni. Sic qui uult custodire animā suā, oportet quod diligentiam adhibeat circa custodiam oris. Homo etiam os non custodiens, est uas absque operculo: & ideo immūdus est, iuxta illud Num. 19. Vas non habens operculum, neque ligaturam desuper, immundū erit. Est etiā uelut equus absque freno, & nauis sine gubernaculo. Vnde Iac. 3. Si equis fræna in ora mittimus, ad consentiendum nobis omne corpus eorū circumferimus. Et naues, quanuis magnæ sint, & a uentis ualidis inueniunt, circumferuntur tamē à modico gubernaculo, ubi impetus dirigētis uoluerit. Ita & lingua modicum quidem membrum est, & magna exaltat, id est, ad magna præmia uel tormēta ducit. ¶ Septimum est pronitas ad malum, quæ

quæ in lingua est. Quā insinuat Iac. 3. dicens: Omnis natura bestiarum, & uolucrum, & serpentum, & cæterorum domantur, & domita sunt à natura humana: lingua autē nullus hominum domare potest. Et subditur: Est enim inquietū malum plena ueneno mortifero. Et in eo dem 3. Lingua nostra ignis est, uniuersitas iniquitatis. ubi dicit Glossa. Vniuersitas, quia per eam ferè cuncta facinora aut cōcinnatur, ut latrocinia & stupra: aut patratur, ut periuria, falsa testimonia: aut defendūtur, ut cum quilibet scelus suū excusat quod cōmisit. Lingua enim in humido siue in lubrico est, & ideo de facili labitur. Ideo scriptum est Eccles. 14. Beatus uir qui nō est lapsus uerbo ex ore suo. Propter pronitatem ad malū, quæ in lingua est, ponitur sal in ore paruulorū qui baptizatur, ad ostendendū quod membrū illud de facili putrescat, & uermibus uitiorū scaturiat. Propter eandē causam Spiritus sanctus in linguis igneis apparuit, potius quàm in manibus uel aliis membris, ut ostēderetur quod membrū illud maxime inflammatum erat igne infernali. Vnde necessarii erat multū, ut igne cælesti inflammaretur. Propter eandē causam, etiā quum manus, & cætera membra in patulo sint, lingua tamen inclusa est quodammo do à natura. Et merito, cum propter falsitatem suā, & pronitatem ad malum, bene conclusione indigeat.

¶ Octauū, quod deberet homines mouere ad diligentem custodiam linguæ est hoc, quod lingua multū potens est ad nocendum. Quam potestatem nocendi uult ostēdere Iacobus, quando linguam ignē uocat. Iac. 3. Ignis enim inter omnia elementa potentior est ad destruendum. Eandem etiam potestatem insinuat, quādo dicit quod lingua inflamat rotam natiuitatis nostræ inflammata à gehenna, id est, suggestionē diaboli, ut dicit Glossa interlin. Rota autē natiuitatis uocatur uitæ præsentis cursus. Potestas nocēdi quæ est in lingua, apparebit si ostēdatur quod noceat, & quantum noceat, quā uelociter, & quot modis. ¶ Nocet autē lingua & ipsi loquenti, & ei cui loquitur, & ei, de quo loquitur. Ipsi loquenti nocet multipliciter. Primo, gratiam Dei aufereudo. Vnde Bern. Lewis res sermo: sed grauius uulnerat, aptissimum euacuandis cordibus instrumentū. Aufert etiā gratiā hominum. Vnde Eccl. 20. Sapiēs in uerbis amabilem se facit: gratia autem fatuorū effundetur. Prou. 10. Os stulti confusioni proximū est. Eccl. 5. Honor & gloria in sermone sensati: lingua imprudentis subuersio illius. Nulla enim bestia ad eod nocet hominibus, sicut lingua si nō custodiatur. Os unius mali cōsiliarii nel suggestoris quādoque destruit unā totam patriam, quod non facerent centū lupi. Centum etiam tem-

plā spiritualia uel plura per iram accendit lingua una. Lingua etiā unius aduocati destruit abbatia unam, uel archiepiscopatu unū, dum facit illum poni in manus alicuius qui ex parte diaboli est. Vnde Eccl. 28. Lingua terna multos commouit, & disperfit illos de gente in gentem. Ciuitates munitas dinitum destruxit. Nocuumentum uero quod facit lingua, ualde magnum est. Vnde Ecclesiast. 28. Multi ceciderūt in ore gladii, sed non sic quasi qui interierūt per linguā. Qui enim intereunt per linguā, morte animæ intereunt: illi autē qui gladio, corpore intereunt. Item in eodem: Flagelli plaga liuorem fecit: plaga autem linguæ comminuet ossa. Cordi enim letale uulnus infligit. Multis etiā modis nocet. Nocet enim occulte: & ideo comparatur serpenti. Vnde Psalm. Acuerunt linguas suas sicut serpentes, uenenum aspillum sub labiis eorum. Nocet etiā à remotis, ideo sagittæ comparatur Ierem. 9. ubi dicitur: Sagitta uulnerans lingua eorum. Item ibidem 9. Extenderunt linguam suam arcum mendacii & ueritatis. Lingua eius qui est in Gallia, nocet ei qui est ultra mare, dum eum infamat. Item existens in terra nocet ei qui est in cælo, dum Deū & sanctos blasphemat. Vnde Psalm. Posuerunt in cælum os suum, & lingua eorum transfuit in terra. Nocet etiā lingua proximo: & ideo gladio

comparatur. Vnde Psalm. Exacuerūt ut gladium linguas suas. Et iterum: Lingua eorum gladius acutus. Velociter etiam nocet lingua. Vnde Bern. loquens de illo uerbo, ueloces pedes eorum ad effundendum sanguinē, dicit: Vtique tam ueloces quam uelociter currit sermo. Vnus est qui loquitur, & tantū unum uerbum profert, & tamen unū uerbum uno momento multitudinis audientium dum aures inficit, animas interficit. ¶ Nonnum, quod deberet mouere sanguinē ad diligentem custodiam linguæ, est hoc, quod nisi lingua diligenter custodiatur, primo fauit in dominum suū. Vnde Prouerb. 18. Os stulti contritio eius. Et 26. Os lubrici operatur ruinas. ¶ Decimum est cruciatus linguæ, quem sacra scriptura commemorat Lucæ 16. ubi dicit diues, qui erat in inferno: Pater Abraham, miserere mei, & mitte Lazarum, ut intingat extremum digiti sui in aqua: ut refrigeret linguam meam. Gloss. Cruciatus linguæ specialiter exprimitur, ut peccatū linguæ specialiter declinetur. Similiter cruciatus linguæ exprimitur Apocal. 16. ubi sic legitur: Commandauerunt linguas suas præ dolore, & blasphemauerunt Deū cæli præ doloribus & uulneribus suis. Non dicit quod manducauerunt manus suas, sed linguas suas. Eadem de causa qua prius. ¶ Undecimum est difficultas custodiendi

diendi linguam. Propter quam difficultatem legitur in uitis patrum de quodā sancto, qui clamat incessanter: Domine Deus meus, libera me à lingua. Eccles. 22. sic legitur: Quis dabit ori meo custodiam, & super labia mea signaculum certū, ut non cadā ab ipsis, & lingua mea perdat me? Et Psalm. Domine labia mea aperies, &c. Et iterū, Pone domine custodiā ori meo. & Prou. 16. Hominis est præparare animū, & domini est gubernare linguā. ¶ Duodecimum est, utilitas magna quæ sequitur ex custodia lingue, quæ utilitas insinuatur Prou. 12. ubi sic legitur: Vnusquisque de fructu oris sui replebitur bonis. Non est autē aliquis ita pauper, qui in breui non possit ditari destructibus oris sui, si illud diligenter excoleret. De his fructibus dictū est in tractatu de Acedia, in capitulo de Otio. Utilitas bonæ linguæ innuitur Prouerbiorum 10. ubi sic legitur: Vena uitæ os iusti. Propter utilitatem huius membri potius apparuit Spiritus sanctus in linguis, quam in manibus, uel in aliis membris. Membri enim utilius uoluit sibi eligere. ¶ Tertium decimum est, periculum quod accidit nisi lingua custodiatur. Sine custodia enim linguæ non potest homo bonus fieri, & si bonus est, fit malus. Ad primum uidetur pertinere illud Iob 11. Nunquid uerbo sus iustificabitur? Et Grego. Vera leuitia est quæ legitur, Cultus

Iustitiæ, silentium. & Leuit. 15. Vir qui patitur fluxum sanguinis imundus est. Ideo dicitur Iac. 1. Si quis putat se religiosum esse, nō refrænans linguam suam à malo, sed seducens cor suum, huius uana est religio, quia uadit in nihilum. & in Psalm. Quis est homo qui uult uitam? quasi aliquis responddisset, Ego. subditur, Prohibe linguā tuam à malo. Et Prou. 18. Mors & uita in manibus linguæ. Et Matt. 12. Ex uerbis tuis iustificaberis, & ex uerbis tuis condemnaberis. Ad periculum illud ostendendum ualeat quod legitur de Secundo philosopho, qui cum redisset à studio Atheniensi, & mater eius interpellaret eum de turpitudine, & instaret, ipse dixit: Non intrabo unde exiui. Quod intelligens mater, dolore mortua est. & tūc dixit ille: Quid est optimum, & quid est pessimum uerbum? & perpetuo silentio se damnauit. Si etiam aliquis est in bono statu, nisi linguam suam custodiat, citò corruet. Vnde Prouerb. 12. Propter peccata labiorum ruina proximat malo. Ideo dicitur Eccle. 18. Beatus est qui rectus est à lingua nequam. ¶ Decimum quartum est, quæ magna pars nostræ bonitatis est in custodia linguæ. Vnde Iac. 3. Si quis in uerbo nō offendit, hic perfectus est uir. ¶ Decimum quintum est hoc, quod magna pars sapientiæ in moderatione ipsius linguæ consistit, unde Prouerbiorum 17. Qui moderatur sermones suos,

doctus & prudens est, & eiusdem 10. Qui moderatur labia sua prudentissimus est. Non solum prudens est uel prudentior, sed etiā prudentissimus. Prudens est, qui loquitur quando loquendum est. Vnde Eccle. 20. Homo sapiens tacebit usq; ad tempus. Prudentior est, qui loquitur talia, qualia debet loqui, ut qui loquitur uerba pura à falsitate, & à proximi nocumento, & à cōtumelia Dei, unde Prou. 15. Sermo purus pulcherrimus est. Prudentissimus uero est ille, qui modum seruat in uerbis: qui scilicet dulciter loquitur absq; clamore & asperitate, quod non parum est utile. unde Prou. 16. Qui sapiens est corde, appellabitur prudens: & qui dulcis est eloquio, maiora reperiet. Magis enim proficiunt qui habent dulcedinem linguæ, quàm qui habēt sapientiā magnam in corde. Sed uidetur q; potius Salomō debuerit dicere, Qui moderatur cor suū, prudentior est, quàm qui moderatur, &c. Ad qđ respondendū est, q; non potest esse sermonis moderatio absq; cordis moderatione. Folia enim non possunt se habere moderate radice cōmota. Et ille maximē dominatur animo suo, qui adeo habet suū in potestate sua, quod non licet ei uti armis suis etiam paratissimis in sua defensione, quæ sunt uerba. Verbis quasi sagittis hostes de longe percutimus. ¶ *Quod in moderatōne predicatōnis habēdū est respectus ad quinq;.*

NOTANDVM quod in moderatōne predicatōnis habendus est respectus ad quinq;. Specialiter autem ad personam quæ loquitur. Vnde Prouerb. 17. Non decent stultum uerba composita, & ad materiam de qua homo loquitur, unde Hieronymus: Materias grandes ingenia parua non sustinent. & ad personā cui homo loquitur: quia sicut dicit Greg. secundum capacitatem auditorum, formandus est sermo doctorum, & hoc quantum ad proximitatem sermonis, & quantum ad sublimitatem, sunt qui minus capacibus tot & tanta dicere uolunt, q; ipsi nihil retinent. Isti uolunt mittere dolium unum uini in lagenā unam, uel in scyphum unū. ¶ Quarto respectus est habendus ad tēporis opportunitatem. Vnde Eccl. 20. Ex ore fatui reprobatur parabola, quia non dicit eam in tempore suo, Et Prouerb. 15. Sermo opportunus optimus est. ¶ Quinto, habendus est respectus ad feruorē, unde Eccle. 7. Noli esse iustus multum. Sunt qui quarunt ensem ad muscam occidendam, & securim ad ouum frangendum: qui scilicet ad minimam negligentiam cum tanto feruore mouentur, sicut si esset magnū peccatū: quod raro expedit fieri, & si in casu multum conandum sit, etiā contra paruas negligentias, quando aliter corrigi nō possunt. Greg. super Ezechie. Obsecro ditte qualiter unumquēque debeas

debas quem corrigi uis: & noli in parte ista ambulare in sensu suo, imō in furore tuo. ¶ Decimo sexto, debet mouere ad custodiā linguæ exhortatio sacræ scripturæ: ut est illud Ecclesi. 8. Ori tuo facito ostia. & ibidem: Verbistuis facito stateram, & frēnos ori tuo rectos, & attende ne forte la baris in lingua. & Ecclesi. 5. Ne temerē quid loquaris, ne cor tuum sit uelox ad proferendum sermonem coram Deo. & Prouerbior. 4. Remoue à te os prauum. ¶ De cimo septimo debet mouere ad custodiam linguæ exempla, ut est illud 1. Reg. 3. Creuit Samuel, & Dominus erat cum eo: & non cecidit ex omnibus uerbis eius in terram, & in descriptione uiri iusti dicitur in Psal. Et foliū eius non defluet. Et alibi in Psalms: Dixi custodiam uias meas, ut nō delinquam in lingua mea. ¶ De cimo octauo debet hominē mouere ad custodiā linguæ hoc, quod oportebit uerba nostra transire per districtum iudicium Dei. Ideo debent hæc uerba nostra saltem transire per iudicium nostrum, unde in Psal. dicitur de lingua iusti, quod loquitur iudicium, id est, sententiam examinatam, & ut breuiter dicam, sicut per loquelam perpenditur uerum aliquis sit Gallicus, uel Theutonius, uel alterius nationis, unde in Euangelio, Verē tu ex illis es: nā & loquela tua manifestum te facit. sic per loquelam perpenditur in aliquo utrum

sit bonus uel malus, unde Ecclesi. 4. In lingua sapientia dinoscitur. Item Ecclesiasticus uigesimo septimo: Ante sermonem non laudes uirum. Hæc enim tentatio est hominum. Hieronymus: In pondere uerborum probatio existit humanæ uitæ.

De uiginti quatuor peccatis linguæ, PARS II. quæ habet XXI III. cap.

De ordine dicendorū in ista parte. Et primo de Blasphemia.

C A P. I.

DICTO de custodiā linguæ in communi, consequenter enumeranda sunt diuersa peccata linguæ, ut de his prosequamur. Ex quibus 24. enumerare sufficiat, quæ sunt blasphemia, peccatum murmuris, peccati defensio, perurium, mendacium, detractio, aduulatio, maledictio, conuicium, contentio, bonorum derisio, prauum conuicium, peccatum seminantium discordias, peccatum bilinguium, rumor, iactantia, secreti reuelatio, indiscreta comminatio, indiscreta promissio, otiosum uerbum, multiloquium, turpiloquium, scurrilitas, & indiscretata curritas. ¶ Et primo prosequamur de quatuor primis, quia illis directē peccatur in Deum: Inter quæ incipiemus de peccato blasphemiae, quia maius est. De quo peccato hoc modo agemus. Primo notificabimus istud peccatum. Secundo ponemus ea quæ ualere possunt ad detestationem huius peccati

L L 5 cati

cati. Tertio, dicemus de personis, quæ uidentur esse cõsentientes blasphemãtibus. Quarto, tan gemus aliquid specialiter de spiritali blasphemã. ¶ Notandum ergo secundũ Augustinum: Blasphemia est, quãdo aliquid attribuitur Deo, quod Dei nõ est, uel quando negatur de Deo quod ipsius est, uel quando aliquis sibi usurpat quod Dei est. Nos autẽ hic blasphemãã intelligimus uerbum in contumeliam Dei prolatum, ut cum aliquis iratus uindicare se uolens de Deo, aliqua membra de ipso nominat, quæ nominanda non sunt.

¶ *De his que ualent ad detestationem huius peccati, & de penis blasphemorum.*

M V L T A uerò sunt quę possunt ualere ad detestationem huius peccati. ¶ Primum est, pœna qua legitur dominus punisse blasphemos: de qua legitur Leuit. 24. Ecce egressus filius mulieris Israelitidis, quẽ pepererat de uiro Aegypcio, iurgatus est cũ uiro Israelita. Cũq; blasphemasset nomen domini, & maledixisset ei, adductus est ad Moysen, miserũntq; eũ in carcerem, donec noscerent quid iuberet dominus: qui locutus est ad Moysen: Educ blasphemũ extra castra, & ponẽt omnes qui audierunt manus super caput eius, & lapidabit eum populus uniuersus, & deinde promulgauit legẽ de pœna blasphemorũ, dicens: Loquere ad filios Israel. Homo qui maledixerit

Deo suo, portabit peccatũ suum: & qui blasphemauerit nomẽ domini morte moriatur: lapidibus obruet eũ omnis multitudo populi. De pœna etiã blasphemie exẽplũ refert Greg. in dialogo, q; quidam Romã tenerẽ dixerit quendam puerum quinq; annorũ, qui cõsuetus erat blasphemare nomen domini statim quãdo animo eius aliquid obstitisset, quadam autẽ die cum patereũs teneret eũ in brachiis: clamauit puer, Nigri homines ueniũt qui me tollere uolunt. qui cũ hoc dixisset, nomẽ domini blasphemauit, & animam reddidit. Si Deus in puero quinq; annorum peccatum illud sic uindicauit, nõ quid parceret adultis, & discretis qui hoc peccatũ cõmittunt? Peccatũ istud punitur etiam frequenter à Deo in prẽsenti, uel spiritaliter, uel corporaliter. Spiritualiter, quia multoties subitanea morte moriuntur homines blasphemis assueti. unde Prou. 20. Qui maledicit patri uel matri, extinguetur lumen eius in medijs tenebris. Patri maledicit blasphemus, dum domino maledicit. Matri etiam maledicit, dum triumphantẽ ecclesiam blasphemat, quæ mater nostra est, & ideo lux in medijs tenebris ei extinguetur, quia in peccatis suis morietur. Peccatũ istud uix remittitur: iuxta illud Matt. 12. Spiritus blasphemie nõ remittetur, id est, uix remittetur, unde peccatum ad mortẽ uel in mortem dicitur. Eccle. 23. Est alia loquela

loquela contraria morti, non inueniatur in hereditate Iacob. Pro miserat author de loquela iuramenti, & subdit, Est alia loquela contraria, &c. Blasphemia cõtraria dicitur esse iuramento, quia in iuramento nominatur Deus: in blasphemia diabolus. In iuramento quando fit eo modo quo debet, honoratur Deus, quando nomẽ eius ad confirmationẽ ueritatis assumitur. In hoc enim Deus ostenditur ueritatis cultor & author. In mortẽ uerò blasphemia dicitur esse, quia frequenter moriuntur blasphemantes in peccato. Vnde blasphemus multũ deberet rogare uiros sanctos, ut orarent Deum quod sibi dimitteretur peccatum istud. Non enim impetrat quicunq; remissionem huius peccati: imò oportet hominem esse magni meriti ad hoc, quod impetret alteri remissionẽ huius peccati. unde 1. Ioan. ultim. Est peccatum ad mortẽ: non pro illo dico ut roget quis ad est, qui cunq; peccat. Pœna etiam corporali punitur peccatũ blasphemie frequentius quã aliud peccatum. unde accidit quod iustis qui Deum blasphemant, facies quãdã praposteratur. Cuidam etiã, nisi dum occasione Iudi per oculos Dei iuraret, proprius oculus à capite exiliit, & in alearium cecidit. ¶ Secundo potest ualere ad detestationem huius peccati, si ostẽdatur ingratitude magna quę est in eo qui blasphemat. Dupliciter uerò ingratus est blas-

phemans, & quia in membro illo Deum inhonorat, in quo Deus præ ceteris creaturis honorauit homines, scilicet in lingua: & quia membra illa infirmitatis humanae quæ propter salutẽ ipsius Deus assumpsit, ipse ad cõtumeliã Dei nominat, & ingratus est de beneficio incarnationis, & quasi Deus non satis fuerit affectus cõtumeliis à Iudæis pro amore ipsius ipse adhuc cõtumelias supra contumelias addit. In hoc deterior Iudæis, quia ipsi affecerũt eũ contumelias mortalem & infirmum, & in statu humilitatis, sed blasphemus Deũ contumeliis afficit immortalẽ & regnantẽ in cælis. Iudæi aliquantulum per ignorantia excusantur. Nesciebant enim Deum esse quẽ contumelias afficiebat. Si enim cognouissent, nunquã dominũ gloriæ crucifixissent. 1. ad Cor. 2. Blasphemus uerò eũ contumeliis afficit, quem credit esse Deũ. ¶ Tertio debet cohibere à peccato isto hoc, q; blasphemus uidetur esse deterior omnibus creaturis. Alię enim creature Deũ laudant & benedicũt, ostẽdendo eius potentia, bonitatẽ, & sapientiam. Nec solũ Deum laudãt, & benedicũt, imò etiã ad eũ laudandum homines inuitãt, unde Greg. Mirũ est qualiter homo Deũ semper non laudat, cum omnis creatura semper ad eum laudandum inuitet. Vnde ualde miser est homo blasphemus, qui specialiter propter hoc linguã accepit ut Deum laud

laudaret, qui Deū nō laudat, sed contra admonitionem aliarum creaturarum eum blasphemat.

¶ *Quibus circumstantiis pateat huius peccati magnitudo.*

QVARTO debet colibere à peccato isto, magnitudo huius peccati, quæ multis circumstantiis potest manifestari. ¶ Primo ex hoc, quòd in isto peccato inferitur contumelia Deo in propria persona, cui alii peccatores contumeliam inferunt in rebus suis. Fur in raptor contumeliam inferit Deo in possessionibus seruatorum eius: homicidæ enim in seruis eius, sed blasphemus inferit ei contumeliam in propria persona: & ideo non parū displicet Deo peccatum blasphemiae. Multum displicet Principi, quando inferitur ei contumelia in subditis eius, sed amplius displicet, quando in eo qui est de propria familia: sed longe magis quando in filio, vel in filia: sed super omnia ista quando inferitur ei contumelia in propria persona. ¶ Secundo potest ostendi magnitudo huius peccati per sublimitatem personæ cui blasphemiam inferitur. Secundum enim sublimitatem personæ, cui inferitur aliqua offensa; arguetur culpa. Offensa magna est cum conuictū dicitur alicui burgenfi, sed maior si dicatur militi, sed longe maior si dicatur principi, ergo in infinitū maior est, si in infinitum maiori dicatur, unde cum in peccato blasphemiae conui-

cium dicatur Deo, qui in infinitum maior est omni domino terreno, peccatum illud nimis magnū est. ¶ Tertio facit ad magnitudinem huius peccati hoc, quòd in peccato isto Dei contumelia principaliter intenditur. Alii peccatores etsi contumeliā Deo inferant, tamen præter intentionem & voluntatē illorū est contumelia illa, & bene uellent abstinerere à contumelia illa, si possent habere delectationē quam quærunt absque contumelia illa. Sed blasphemus in contemptum & cōtumeliā Dei blasphemat, uolēs se uindicare de Deo, quum tamē Deus sine culpa sit. ¶ Quarto facit ad detestationē huius peccati, peruersitas magna quæ est in peccato isto. Multum enim peruersi sunt homines blasphemii, qui bona quæ agunt sibi attribuūt, mala uerò Deo adscribunt: quum ecōtrario mala propter culpas eorum eis eueniant, bona uero ex gratia Dei recipiant. ¶ Quinto facit ad detestationem huius peccati, magnus contemptus qui est in blasphemantibus, qui potest manifestari ex hoc quòd ipsi dicunt quòd nō possint se à blasphemia cohibere. Si autem quæratur ab eis utrū aliquando conuictum dixerint episcopo uel archiepiscopo, uel alicui principi: ipsi respondent quòd non. Imò multi sunt qui dicerent se nunquam dixisse conuictum alicui gartioni, nisi ipse prius dixerit eis: & tamen non possunt

possunt abstinere, sicut ipsi dicunt, ne Deo contumeliā dicant. Mira infania, potest aliquis abstinere ne dicat contumeliam gartioni nisi ipse meruerit, tamē dicit se non posse abstinere quin regi gloriæ contumeliam dicat, quum tamē ipse nunquā ei conuictum dixerit, nec aliquid mali meruerit: magis proculdubio uidetur talis contemnere Deum, quum gartionem unum. ¶ Sexto facit ad magnitudinē huius peccati hoc, quòd istud peccatū est in patrem cælestem, & ideo morte dignum est, unde Matthæi 15. Qui maledixerit patri uel matri, morte moriatur. Blasphemi sunt illa generatio, de qua legitur Proverb. 30. Est generatio quæ patri suo maledicit, & quæ matri suæ non benedicit. Blasphemi etiam assimilantur Cham filio Noë, qui uerēda patris fratribus suis ostēdit. Propter quod filius eius maledictio nē suscepit, ut legitur Genesis 9. ¶ Quinto debet cohibere à peccato isto hoc, quòd blasphemiam peccatū diabolicum est, & quasi loquela infernalis, cuius signum est horripilationem capiti statuet, & irreuerentia ipsius obturatio aurium. Unde satis uidetur quod diabolus in blasphemis loquatur, quando ex hoc audiens horripilationem habet. Sicut aliquis à Theutonica lingua Theutonicus per-

penditur: sic blasphemus ex loquela ista de familia diaboli esse dignoscitur, & ad infernum uidetur pertinere. Unde sicut dictum est Petro Matthæi 26. Verē tu ex illis es, nam & loquela tua manifestum te facit. Sic potest dici de blasphemio. Verē tu de inferno es: nam & loquela tua manifestum te facit. Illi qui in inferno erunt, blasphemabūt Deum propter magnitudinē doloris, unde Apocaly. 16. Blasphemerunt Deum cæli præ doloribus & uulneribus suis. Sicut filii Dei assuescunt hoc benedictioni & laudi diuinæ, uolentes addiscere officium in terris quod facturi sunt in cælis: sic filii diaboli assuescunt blasphemiam addiscere in mudo isto officium quod facturi sunt in inferno. ¶ Sexto deberet cohibere à peccato isto hoc, quòd blasphemiam Dei conuictū est dictum ei à proprio seruo illius, & ideo non de facili consequitur homo remissionem huiusmodi peccati, unde Eccl. 22. Mittens lapidem in uolatilium, deiiciet illa: sic & qui conuictatur amico, dissoluit amicitiam. Ad amicū etsi produxeris gladium, non desperes: est enim regressus ad amicū. Si aperuerit os triste, ne metuas: est enim cōcordatio excepto conuictio & improprio, & superbia, & mysterii reuelatione. Ad literam, nobis post magnas guerras postquam in bello se læserint, amici efficiuntur. Si quis autē conuictus aliquod

aliquod dixerit eis , toto tēpore vitæ suæ memores sunt conuicii illius. Si cōuicium unum dictum alicui cū tanta difficultate à corde illius recedit, quantum timere possunt illi qui regi gloriæ toties cōuiciati sunt: Qui delectantur Deum blasphemādo Iudæis deteriores uidentur, qui in consuetudine habebant quod audita blasphemia aures obstruebāt sibi, unde super illud Act. 7. Continuerunt aures suas, dicit interlin. ne blasphemiam audirent. In signum etiā doloris scindebāt uestimenta sua, unde super illud Matth. 26. Tunc princeps sacerdotū scidit uestimenta sua, dicit gloss. Mos est Iudæorum, cum aliquid blasphemie audiūt, scindere uestimēta sua. Canibus etiā peiores uidētur. Canis enim nō mordet dominum suum, nec dilacerat. Ipsi uerō dilacerant dominum, dum Deum blasphemāt. Ipsi eodem ore quo unū à Deo creatum biberunt, incontinenti eum mordent, & cōtumelias afficiunt, similes canibus rabidīs, qui manum quæ sibi panem porrigit, mordent. Maius etiā peccatum uidentur esse blasphemia, quam heresis. Hæreticus enim ea loquitur de Deo, quæ credit esse uera: blasphemus uerō contra conscientiam suam de Deo dicit, quæ scit non esse dicenda.

¶ *Quam culpabiles sint, qui blasphemos tolerant, cum possint prohibere.*

N E C solum blasphemii cul-

pabiles sunt apud Deū, sed etiā illi qui tolerant peccatum istud, cum prohibere possint, ut pater & mater, qui non corrigunt filios suos blasphemātes, & quandoq; hac de causa amittunt eos. Dominus enim eos interficit: ut patet exēplo Gregorii prius posito in eodem cap. Similiter illi culpabiles sunt qui permittunt contumeliam Deo fieri in domibus suis, cum prohibere possint. Nullus homo timens Deū permittet alicui, quem sanctū crederet, contumeliā inferri in domo sua, ex quo posset hoc prohibere. Quāto magis tolerare nō debet, ut cōtumelia creatori suo inferatur in domo sua, ex quo potest prohibere? Vix possunt homines sustinere quod coram eis conuicium dicatur patri suo uel domino terreno. Quomodo ergo possunt hoc sustinere de patre suo cælesti? Nūquid culpabilis esset, qui permitteret in cœlario suo templū alicui dæmoni fieri, & in ipso sacrificari? Nōne taberna in qua luditur & blasphematur: uerē diaboli templum est, in quo Deus in honoratur & diabolus honoratur? Quomodo ergo potest sustinere hoc qui fidē ueram habet? Domini etiā culpabiles sunt, qui in terra sua talia permittūt fieri. Sicut illi culpabiles sunt, qui in terra sua paganorū idololatriā tolerant. Blasphemia etiā idololatria deteriore esse uidetur in hoc, quod idololatria honorem suum aufert Deo: sed blasphem

blasphemia non solum honorē aufert, sed etiā cōtumeliam infert.

¶ *Magna peruerfitas est principis, qui bona subditorū suorū accipit, quādo Deus hoc prohibet: quādo uerō possunt accipere ad honorem Dei, & salutē animarū nolunt.* Domini enim posent pœnā pecuniariā imponere meritorie illis qui blasphemant. Nō sunt etiā sine culpa qui locāt eis taxillos, & similia, & qui assunt ludentibus uel blasphemantibus, quasi uelint habere de fœtore blasphemātium, Iudæis deteriores, in hoc quod Iudæi obtulerant aures suas audita blasphemia, & signa doloris ostendunt. Et, ut breuiter dicā, in hoc distinguuntur filii Dei à filiis diaboli, quod filii Dei possunt tolerare quod pater eorum à blasphemantibus sagittetur. Filii uerō diaboli non curant quando uident Deum ita sagittari. Quod tali exemplo potest ostēdi. Fuit quidam uxorē habens, & ex ea tres filios, secundum opinionē suam. Cui uxor eius cum quadam die ligaretur cum eo, obiecit, quod ipse credebatur habere tres filios, sed unus tantū erat suus. Requisti uerō ab ea quis suus esset, noluit ei indicare. Deinde cum pater infirmaretur ad mortem & uxor defuncta esset, ipse faciens testamentum omnia dimisit illi qui filius suus erat. Post mortē uerō eius contentio facta est inter illos tres, quos ipse tanquā filios suos nutrierat, cuius esset hære-

ditas. Quilibet enim dicebat quod ipse filius erat, & quod sua debebat esse hæreditas, unde cū delatum esset ad iudicē, præcepit iudex ut pater mortuus alligaretur ad arborē, & ille qui directus sagittatus in eum mitteret, hæreditatem haberet: Vnde alligatus patre ad arborē, duo ex illis sagittauerunt eum. Tertius uerō nō uolens patrē suum sagittari, offensus est ultra modum cōtra alios duos, & dixit quod patrē suum nullo modo sagittaret. Ex quo cognitū uerē est, quod ipse filius erat ipsius, & data est ei hæreditas. Simile iudiciū fecit Salomō 3. Reg. 3. de duabus mulieribus quæ litigabāt de puero uno. Illa enim perpendit esse matrē, quæ non potuit tolerare pueri interfectionem. Sic filii Dei non possunt tolerare quod blasphemantes patrem eorum sagittent.

¶ *De duplici blasphemia, scilicet oris & cordis.*

E T notandū quod duplex est blasphemia. Quædam est oris, & quædam est cordis. De blasphemia cordis legitur in Vitis patrū, quod quidam frater impugnabatur spiritu blasphemie, & cum sæpe pergeret ad senes, & ad abbatē Parmenem pro cura illius, & nō aperiret causam, abbas Parmenes uidēs eū habere cogitationes blasphemie, dixit, Quid habes? At ille aperuit quod impugnaret eum spiritus blasphemie. Et statim ut aperuit, apparuit impugnatio leuior. Cui abbas

abbas Parmenes. Quando hæc cogitatio te arripuerit, dic: Ego causam non habeo, blasphemia tua sit super te, & satan. Hæc enim causam animam non uult. Et innuitur in uerbis duplex causa, propter quam non sit tantum periculum in hac blasphemia, sicut multi credunt: non enim habet deletionem cogitatio blasphemie propter quam ipsa placeat homini, sed uehemens timor offense diuinæ adducit cogitationes istas. Sicut homini timido in tenebris existenti & solitario, uelut nolit adducit timor terribilia ad cor suum, & nimius amor quem habuit mater ad filium, adducit ei memoriam ipsius quando defunctus est, licet etiam ipsa nolit. Preterea diabolus, quia scit quod displicet uiro iusto conuicium, & contumelia Dei, interdum loquitur conuicia Dei in homine, ipso homine audiente: & blasphemia illa diaboli est, non hominis, & meretur homo in hoc, quod displicet illi blasphemia illa, & hæc duo insinuatur exëplo prædicto, cum dicitur blasphemia tua: & cum dicitur, hæc enim causam animam non uult. Summum autem remedium contra nitium hoc, est occupatio quæ animum impleat, & contemptus blasphemie talis. Debet enim homo parum appeti cogitationes tales.

De peccato murmuris, & ordine dicendorum de eo, & de his quæ faciunt ad eius detestationem.

C A P. I I.

Sequitur de peccato murmuris. Est autem murmur, oblocutio indebito modo facta contra Deum uel factum alicuius. Specialiter autem dicemus de murmure quod fit contra Deum, uel contra eum qui est loco ipsius. Dicemus autem hoc modo de hoc peccato. ¶ Primo ponemus ea quæ possunt ualere ad detestationem ipsius. ¶ Secundo tangemus diuersas diuisiones murmuris. ¶ Tertio uero specialiter agemus de murmure claustralium. ¶ Quarto uero de remediis contra peccatum murmuris. ¶ Ad detestationem uero huius peccati possunt ualere uerba sacre scripturæ quæ dissuadent nobis hoc peccatum, ut est illud Sap. 1. Custodite uos a murmuracione quæ nihil prodest. Murmur quod fit contra ea quæ Deo facit, nihil prodest homini, imò plurimum nocet. Nō enim propter murmur cessat tribulatio: sed quod potuit esse meritorium, propter murmur fit demeritorium. Inquinatur homo unde debuit mundari, & destruitur unde debuit emendari, unde, Destruixisti eum ab emundatione, uel emendatione. Itē Iob 6. Nolite murmurare inuicem. & 1. Cor. 10. Neque murmuraueritis, & ad Philip. 2. Omnia facite sine murmuracionibus. & 1. Pet. 4. Hospitales inuicem sine murmuracione. ¶ Secundo possunt ualere ad detestationem huius peccati, exempla. Ut est exemplum Christi, de quo Esa. 53. Quasi agnus co-

122

ram tondeute se, obmutescet. & exëpla sanctorum, de quibus cantat ecclesia, Non murmur refonant, non querimonia. & iterum, Ecce homo sine querela. & Sap. 18. Properans homo sine querela deprecari pro populis, profertur seruitutis suæ scutum orationem. & per incensum deprecatione allegas, restitit iræ. & Luca 1. legitur de Zacharia & uxore sua, quod erant iusti ambo ante Deum, incedentes in omnibus iudicis & iustificationibus Domini sine querela. ¶ Tertio potest ualere ad detestationem huius peccati hoc, quod murmuraciones maledicti sunt. Vnde Eccles. 28. In furro & bilinguis maledictus. Multos enim turbauit, pacem habentes. ¶ Quarto potest ualere ad detestationem huius peccati hoc, quod murmuratores odibiles sunt Deo. Vnde ad Rom. 1. Surrexerunt & detractores Deo odibiles. ¶ Quinto potest ualere ad detestationem huius peccati hoc, quod nescimus quid nobis magis expediat. Alicui enim magis expediat aduersitas quam prosperitas: ideo nullus de aduersitate murmurare debet. Vnde Eccl. 39. Non est dicere, hoc melius illo est. Omnia enim tempore suo comprobabuntur. ¶ Sexto potest ualere ad detestationem huius peccati hoc, quod quum simus filii Dei, & ratione creationis & redemptionis, ideo non debemus murmurare quicquid placeat sibi facere de nobis. Bernard. Iusti

sibi uendicat meam uitam, qui pro mea posuit suam. Apostolus Rom. 14. Siue morimur, siue uiuimus, domini sumus. Idem: Empti estis pretio magno, glorificate & portate Deum in corpore uestro. 1. ad Corint. 6. Aug. Scit celestis medicus quid nobis daturus sit ad consolationem, & quid subtrahturus ad exercitationem. Non enim homo sine causa iumento suo cibaria detrahit. & Esa. 45. Væ qui contradicit factori suo. & post, Nunquid dicit lutum figulum suo, quid facis? & 29. Peruerfa est hæc cogitatio, quasi lutum contra figulum cogitet, & dicat opus factori suo, Quid fecisti me? ¶ Septimo potest ualere ad detestationem huius peccati uindicta quam Dominus legitur sumpsisse de peccato isto. legitur Num. 12. Quæ Maria soror Moysi lepra percussa est, propter peccatum murmuris. Propter peccatum istud Dathan & Abiron à terra sunt absorpti, ut legitur Num. 16. & Core igne consumptus est: ut legitur ibidem. Propter peccatum istud misit dominus ignitos serpentes in filios Israël. Propter peccatum istud maior pars filiorum Israël in deserto periit, unde Num. 14. Omnes qui numerati estis à xv. annis & supra, & murmurastis contra me, non intrabitis terram super quam leuauimus manum meam ut habitare uos facerem, præter Caleb filium Iephone, & Iosue filium Nun. Murmurante etiam populo contra dominum de la-

M M borg,

bore, ignis Domini deuorauit extremam castrorum partem, ut legitur Num. Et, ut breuiter dicam, sicut dicit authoritas, Nulla re Deū magis offendisse dicitur est populus ille, quā murmurando. De pœna etiam murmurantium in futuro, dicit Iud. in epistola sua: Hi sunt murmuratores, querulosi, secundum desideria sua ambulantes. Et præmittit pœnam, dicens: *Quibus procella tenebrarū seruata est.* Gregor. Regnū calorum nemo qui murmurat, accipit: nemo qui accipit, murmurare potest.

¶ *De tribus diuisionibus murmuris.*

SEQUITVR de diuisionibus murmuris. Quarum tres ponere sufficiat. ¶ Prima talis est. Est murmur inuidiæ, murmur superbiæ, murmur auaritiæ, murmur impatientiæ, murmur sanæ conscientiæ. De primo sic legitur Matth. 20. Et accipientes murmurabant aduersus patrem familiās, dicentes: Hi nouissimi una hora fecerunt: & pares illos nobis fecisti, qui portauimus pondus diei & æstus. De secundo legitur Lucæ 7. Videns Phariseus, qui uocauerat eum, ait intra se: Hic si esset propheta, sciret utique quæ & qualis est mulier quæ fagit eum, quia peccatrix est. De tertio legitur Ioann. 12. Quare hoc unguentū non uenditur trecentis denariis? De quarto Num. 11. Ortum est murmur populi, quasi dolentium pro labore, cōtra dominum. *Quintū murmur est,*

quādo aliquis murmurat de hoc quod aliquis iniuste uult cogere eum ad hoc quod contra Deum est. Et illud murmur uidetur esse significatum per murmur asinæ murmurantis contra Balaam. De qua legitur Numeri 22. Aperuit dominus os asinæ, & locuta est, Quid feci tibi? cur percussis me? Ecce iam tertio uolebat cogere Balaam asinam ad id quod erat cōtra domini uoluntatem. Ad hanc speciem pertinet murmur conscientiæ murmurantis contra peccatum. ¶ Item potest diuidi murmur in murmur de bonis quæ conferimus, & murmur de illis quæ sustinemus. Primum murmur dissuadetur Eccl. 18. ubi legitur, In bonis ne des querelā, & in omni dato ne des tristitiā mali uerbi. De alio murmure legitur Eccl. 10. Vir prudēs & disciplinatus nō murmurabit correptus. Prudens est qui futura præuidet, scilicet præmia & tormenta, & talis non murmurat de flagello. Libenter enim uirgā tolerat quæ à gladio pœnæ æternæ eum conseruat. Patiēter etiā ab eo sustinet flagellari, à quo cælestem hæreditatem expectat. Disciplinatus etiā qui circa utilitates tribulationū est instructus, similiter non murmurat de correctione. ¶ Tertia diuisio murmuris est in murmur cōtra Deū, & murmur cōtra proximum. Murmur uero cōtra Deū multiplex potest esse: uel de infirmitate, uel de paupertate, uel de tem-

poris importunitate, uel de prosperitate malorū, & de aduersitate bonorū, & similibus. Valde fatuum est murmurare de infirmitate, cum utilior sit frequentius infirmitas, quā sanitas. Vnde in uitis patrum cum quidam peteret à Ioanne eremita, ut à tertiana sanaretur: ipse respōdit, Rem necessariam tibi cupis abijcere. Venimū corpora intus, ita animæ languoribus purificantur & castigationibus, & tamen postea dedit ei oleum benedictū, & sanatus est. Item quidam miles rogauit quendam sanctū uirum, ut à morbo liberaret eum precibus suis. Sed auditō ab eodē quod melior esset in ægritudine quā in sanitate: dixit uir sanctus, Oro dominum ut seruet te in statu, in quo magis humiliaris. ¶ Fatuum etiam est de paupertate murmurare, cum sciamus pauperes electos esse ad regnū æternū. Iac. 2. Nōne Deus elegit pauperes in hoc mūdo, diuites in fide, & hæredes regni? ¶ De importunitate etiam temporis fatū est murmurare. Et propter hoc qui facit, nunquā pacē habebit. Vnde Iob 9. Quis restitit ei, & pacē habuit? & propter hoc quia Deus scit melius quid expediat mundo, quæ ipse habet regere, quā alius, & quādoque expedire uidentur quæ non expediunt. Vnde quidam eremita seminauerat olera, & uisum est sibi pluuiam necessariam esse oleribus suis, & petiit à Deo, & obtinuit. De-

inde uisum est ei serenitatem necessariam esse oleribus suis, & petiit, & obtinuit: & ut breuiter dicam, tale tempus dedit ei dominus quale uoluit, & tamē nec unum olus de terra exiuit: qui credens uniuersalem defectum olerū in anno illo, patienter sustinuit. Sed cum declinasset ad domū eremite alterius, & pulcherrima olera ibi uisisset, multum admiratus est. Et enarrauit eremite illi quæ ei accederant. Cui eremita respondit: Merito hoc aduenit tibi: putabas te sapientiosem Deo, qui ei indicabas quid facere deberet. E contrario uerō magnæ paci occasio esset, & quandoque etiā magnæ abūdantiæ bonorū temporalium, si quis uoluntatem suam in talibus uoluntati diuinæ conformaret. Vnde refertur de quodā agricola, qui semper habebat in agris & uineis suis uberiores fructus quā alii. Et cum requireretur à uicinis quare hoc esset: respondit, nō esse hoc mirū, si fructus uberiores haberet, cum semper haberet tale tempus, quale ipse uellet. Super quo cum alii mirarentur, & inquirerent quomodo hoc esset: Respondit, Ego nunquam uolo aliud tempus habere quā Deus uelit. unde cum tale sit tempus, quale Deus uult, semper habeo tale quale ego uolo. In pace magna erat uir ille, quia uoluntatē suā cōformauerat uoluntati diuinæ. Et propter hoc bonorū temporalium habebat

bat abundantiam. Cum artifices ita offendi soleant, quando instruuntur in operibus in quibus ipsi periti sunt: non est mirum si multū Deus offendatur, quādo de operibus suis ita a quibusconque diiudicatur. Non est aliquis artifex, qui non offenderetur ultra modum, si de operibus suis tantū diiudicaretur, sicut indicatur de operibus Dei. ¶ De prosperitate uerō malorū & aduersitate bonorū, multū uidetur murmurasse sancti. Vnde Iob 27. Quare impii uiuunt, sublimati sunt, confortati que sunt diuitiis, &c. Ierem. 12. Quare uia impiorū prosperatur, bene est omnibus qui prauaricantur, & iniquē agunt? Et in Psal. Mei autē penē moti sunt pedes, quia zelauī super iniquos pacem peccatorum uidēs. Et Habacuc 1. Quare respicis contēptores, & taces conculcantes impio iustiorē se. Et in Psal. Vsq̄ue quo peccatores Domine, usque quo peccatores gloriabūtur? Et Malach. 3. Vanus est, qui seruit Deo: & quod emolumentū, quia custodiuius praecepta eius? Sed cessat murmur illud, si quis respiciat causam quare haec fiant. Fidelis medicus aegro desperato uniuersa cōcedit quae ipse appetit. Aegro uerō, de cuius salute spes habetur, multa negat. Sic dominus reprobis abundantia bonorū tēporaliū tribuit, ut si qua bona egerūt, in mundo isto mercedē recipiāt. Et secundū Grego. Iste successus

bonorum tēporaliū signū est aeternae reprobationis. Similiter secundū Grego. maclādi uirtuti in liberis pascuis relinquuntur, seruādus iugo premitur: ita mali per amēna prata ad foueam, bonus per aspera ad patriā uenit. Omnia mala pēnae sine murmure toleranda sunt, quia iusto Dei iudicio & ordinatione eueniunt. Eccles. 8. Non iudices contra iudicem, quoniam secundū quod iustum est iudicat.

¶ De murmure claustralium.

SEQUITVR de murmure claustralium. De quo specialiter tēgemus, quia hoc peccatū multum infestat claustrales. Peccatū murmuris quandoq; fuit Iudaeorū, sed modo dicitur esse monachorū. Notandum ergo q̄ claustralis murmurās de cibo uel potu, deficit in ipso principio belli spiritualis. Principiū belli spiritualis est cōtra gulam. Vnde super Matt. 4. dicit Gloss. In pugna Christi prius contra gulam agitur: quia nisi haec prius refrēnetur, frustra contra alia uitia laboratur. Talis claustralis in primo conspectu dicit ultimū uerbū siue malum uerbum, ab ancilla deuictus, carne scilicet. Quod magna uilitas est. Hieron. Nihil uilius quā a carne uinci. Cum de uiro iusto cantetur: Ecce homo sine querela, uerus Dei cultor. De tali claustrali dici potest: Ecce homo plenus querela uētris sui cultor. Tales enim non domino Iesu Christo, sed uentri suo seruiunt,

uiunt, secundum uerbum Apostoli ad Roma. 16. Ipsi de uentre suo Deum fecerunt. iuxta illud Philip. 3. Quorū Deus uēter est. Dum uerō murmur proferunt, quasi Pater noster Dei sui, scilicet uentris, dicunt. Ipsi etiā uasa uacua a gratia Dei se ostendunt, dum murmur in eis resonat, & dum ad ignē tribulationis crepant, satis apparet quod aqua diuinā gratiā in eis non sit. Ad literā: olla uacua ad ignē crepat, & doliū uacuum multū resonat, plenū uerō non sic. Isti enim debent domino escam apponere cum grata salsa hilaritatis. Hilaritatem enim datorē diligit Deus, iuxta uerbū apostoli 2. ad Cor. 9. Ipsi sel murmuris in escam eius ponunt pro salsa, ut uerē dominus possit de eis dicere: Dederunt in escam meā sel, quasi non legerint de domino, quod cum gustasset acetum felle mistum, noluit bibere. Tales respiciunt retro sicut uxor Lot, & in statuā salis uertuntur. Statua uidetur esse homo, & non est sic. Tales uidentur monachi esse, & non sunt. Vnde Pastor in Vitis patrū: Qui querulosus est, monachus non est. Claustralis murmurans, est rota non bene uncta unctiōne gratiā: & ideo murmurat sicut rota carri. Vnde Eccles. 33. Præcordia fatui quasi rota carri. Claustralis etiam murmurans omne bonū claustrī dat pro modico feni ad opus iumentī sui. Omne bonum claustralium est

pax. Vnde super illud, Pax super Israël, dicit expositor, Omne bonum uno uerbo dixit. Claustralis etiam murmurans intromittit se de hoc quod ad ipsum non pertinet. Ipse enim iam suus nō est, sed Dei uel abbatis sui. Nec solum Dei est ratione creationis uel redemptionis: sed etiā ratione suae redditionis. Vnde quādo se intromittit de se, de re aliena se intromittit. Vnde Bernard. Qui curam uestri semel cōmissistis, quid adhuc uos de uobis intromittitis? Claustrali murmuranti dicit dominus illud Ioan. ult. Quid ad te? tu me sequere. ¶ Claustralis etiam murmurans, auctoritate propria uult dispensare sibi de cruce religionis, quam assumpsit, contra omnia iura. Bernard. Suspecta est mihi, fateor, tua ipsius dispensatio, & uereor tibi illud sub tegmine & nomine discretionis a carnis prudentia. Claustralis etiam murmurans Christo postposito, discipulus factus est Galeni. Vnde Bernardus: Dominus docet perdere animas, Galenus & Hypocrites saluare: cuius cōsilio potius acquiesces? aut cuius uis esse discipulus? Idem: Puta te quæso monachum, non medicum, nec de complexionē iudicādum, sed de professione. Claustralis etiam murmurans, quendam cæcum qui eum in foueam multoties præcipitauit, ducem sibi constituit. Ille cæcus est proprius sensus, qui in foueam peccati mul-

toties precipitavit, quem tamen adhuc vult sequi. Talis claustralis ad Deum tergum uertit, & ad iumentum suum faciem, potius eligens uoluntate facere sui corporis, quam Dei. Ipse etiam uult equé abundanter uictum & uestitum habere in presenti, sicut illi qui nullam aliam retributionem expectant in futuro, quasi pro nihilo reputet terram desiderabilem quæ ei pro mercede danda est, cum tamen consuetudo communis habeat, quod operariis, quibus magna merces soluitur, in uespere de uictu non prouideatur: aliis autem, quibus alia merces in uespere non soluitur, prouidetur. Mirari debent qui uident claustralem murmurantem, quasi si uiderent iumentum loqui, cum claustralis iumentum debeat esse, iuxta illud, Ut iumentum factus sum apud te. Vnde cum quidam uolens ingredi religionem, quæretur à beato Bernardo, quid sibi maxime esset necessarium: ipse dixit ei, Vis esse asinus? Illo quærente, quomodo posset hoc esse: respondit, Qui uult esse in religione, debet quodlibet opus sibi iniunctum facere, indifferenter comedere: & is est modus asini. Sed in quibusdam claustris adeo assueti sunt huic monstruo sitati, quod non pauent cum audiunt claustrales murmurare. Sicut dicitur de Balaam, quod adeo assuetus erat monstris, quod non expauit ad uocem asinæ. In uno casu uidetur claustrali lici-

tum murmurare, quando scilicet precipitur ei aliquid uoluntate diuine contrarium. In simili etenim casu asina Balaam murmurauit. Item cum murmur sit loquela ueteris hominis, uetus autem homo mortuus debet esse in claustris: mirandum est de murmure claustralium, ac si mortui homines loquerentur. Claustralis debet esse mortuus mundo, & iam habet sudarium indutum. Habitus enim claustralium sudarium eorum est, cum in eo sepeliuntur. Monachi etiam cum benedicuntur, non debent loqui per nouem dies, in signum quod mortui sunt: ideo murmur omnino longe deberet esse à claustralibus, quicquid eis fieret, sicut à mortuis hominibus.

¶ De quatuor remedijs contra peccatum murmuris.

S E Q U I T V R de remedijs contra peccatum murmuris. Ex possumus contra hoc peccatum quatuor remedia assignare. Primum est exemplum Christi. Vnde Augustinus. Omnia terrena contempnit homo Deus, ut ab omnibus contemnenda monstraret, & omnia aduersa sustinuit, ut sustinenda doceret, ut nec in illis quereretur felicitas, nec in istis timeretur aduersitas. Secundum remedium est, quod homo cogitet murmur quod fit de malo pœnæ alicui illato, murmur esse contra Deum, cum omne malum pœnæ à Deo sit. Vnde Exodus. Non contra me murmur est istud, sed

sed contra Dominum. Et Numeri 14. Vt quoque multitudo pessima murmurat contra dominum: Ideo quicquid infertur à persecutoribus, patienter tolerandum est, & potius debet homo habere oculum ad Deum, qui habet persecutorem in manu sua, quam ad ipsum persecutorem. Cuius formam dedit nobis Dominus in cruce, quando dimissis persecutoribus dixit: Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquisti me? Math. 27. Vnde super illud, Timeat dominum omnis terra, dicit Augustinus. Si creaturæ scruiant, Deum time, non illas, quia omnia sub ipso sunt. Item glossa. Cupiditate nocendi per te habes, potestatem autem nocendi, si ille non dat, non habes. Ideo Deus homo ante hominem stans ait Ioan. 19. Non haberes in me potestatem, nisi esset tibi datum desuper. Nec etiam ipse diabolus uel unam oculum potuit tollere uiro sancto Iob, nisi prius diceret, Mitte manum tuam: hoc est, da potestatem. Tertium remedium est, quod homo cogitet intentionem, qua Deus permittit filios suos aduersitatibus flagellari. Qui enim magnum amorē cogitaret, ex quo dominus filios suos flagellat, ipse non murmuraret. Vnde Gregorius: Ille solus de flagello murmurat, qui causam percussoris ignorat. Et Apocal. 3. Ego quos amo, arguo & castigo. Quartum remedium & precipuum est gratia Dei. Cum enim murmur pro-

uenit ex defectu celestis unctionis in corde hominis, summum remedium est postulare unctionem celestis gratiæ, ut faciat murmur istud cessare, & non unctionem carnalis uoluptatis, quæ licet ad tempus murmur cessare faciat, tamen in posterum magis reddit querulosum, unde ad Hebr. ult. Optimum est gratia stabilire cor, non effcis, quæ non profuerunt ambulantis in eis. Aequè de facili posset homo impetrare à Deo gratiam per quam talia contineantur, si quis ex corde eam peteret, sicut ab homine ea pro quibus murmurat. Seneca. Quare potius impetrem à fortuna quod det, quam à me ne petam?

De defensione proprii peccati, & de his quæ possunt ualere ad eius detestationem.

C A P. III.

SEQUITUR de tertio peccato linguæ, scilicet de defensione proprii peccati, quo uitio multum laborat humanum genus, quod figuratum est Genesis 3. ubi legitur de parentibus nostris, quod cum cognouissent se esse nudos, conserunt folia ficus, & fecerunt sibi perizomata. Ad detestationem huius peccati, primo possunt ualere uerba sacræ scripturæ dissuadentia illud ad Romanos 12. Non uosmetipsos defendetes charissimi. Et super illud, Nolite exaltare cornu. dicit Glossa. Si iam fecistis iniquitatem per cupiditatem, non defendatis per elationem. Secundo possunt

M M 4 fac

facere ad hoc exempla sanctorum, qui culpabiles se agnoscerunt, ubi etiam culpabiles non sunt. Gregorius: Piarum mentium est, ibi culpam agnoscere, ubi culpa non est. Prouerbiorum 18. Iustus prior est sui accusator. Et Genesis 27. Iacob qui lenis erat, nuda colli & manus pellibus hœdinis texti: in signum, quod uir iustus etiam innocens sit, peccatorem tamen se debet reputare. Et Genesis 44. Scypho inuento in sacco Beniamin, Iudas qui tenet figuram confessionis, accusauit se, licet sine culpa esset de illare, dicens ita: Quid respondemus domino nostro, &c. & subdit: Deus inuenit iniquitatem seruum suorum. Ille etiam qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius, signa peccati habere uoluit. Uoluit enim circumcidi, & cum iniquis reputari. ¶ Tertio potest ualere ad hoc, si ostendatur quanti meriti sit humilis confessio & accusatoria. Vnde Gregorius: Non minus admiror humillimam confessionem peccatorum, quam sublimia gesta uirtutum. Item in Psal. Dixi, confitebor aduersum me in inuitiam meam domino, & tu remisisti impietatem peccati mei. Prouerbiorum 15. Responso mollis frangit iram. Responso mollis est suipsius accusatio, quæ multum frangit iram Dei. Item super illud, In iustitiis meis non abscondi, &c. dicit glo. Quando homo detegit, Deus tegit: cum

homo tegit, Deus nudat: cum homo agnoscit, Deus ignoscit. Ite latro regnum in cruce meruit, quia se accusauit. Vnde Augustinus loquens de illo uerbo, Sacrificium laudis honorificabit me, & illic iter, quo ostendam illi salutare Dei, dicit: Latro in cruce quare meruit? quia illam uitam tenuit, ubi ostenditur salutare Dei, à qua tibi pes non exeat. In eo enim quod se accusauit, Deum laudauit. & super illud: Veritas de terra orta est, & iustitia de caelo prospexit. dicit Augustinus, quasi diceret Deus, Parcamus ei, quia non parcat sibi: ignoscamus ei, quia non ignoscit sibi. ¶ Quarto, potest ualere ad detestationem huius peccati hoc, quod peccatum istud multum impedit peccatorem: non enim uult Deus à peccatis suis liberare illum qui defendit ea. unde Augustinus: Tu factus es peccati tui defensor, quomodo erit Deus liberator: Ut sit ipse liberator, & tu esto accusator.

¶ De stultitia illius, qui peccatum suum defendit.

Q V I N T O potest ualere ad detestationem huius peccati, si ostendatur multiplex eius stultitia, qua peccatum suum defendit. Et primo stultus est talis, quia ipse defendit pessimus hostem quem habet. ¶ Peccatum ostenditur esse pessimus hostis, quem homo habeat, ex hoc quod nullus alius hostis, nec homo, nec diabolus potest nocere homini, si ab

hoc

hoc hoste sibi cauerit. Gregorius: Nulla enim nocebit aduersitas, si nulla dominetur iniquitas. ¶ Secundo uero stultus est, qui defendit peccatum suum: quia cum abyssus misericordiae, ipse debuit miseriam suam plene exprimere, ut amplius misericordiam Dei posset mouere: ipse uero misericordiam attenuat, quasi nolit quod miseria sua misericordiam Dei moueat. Non sic faciunt pauperes qui eleemosynas uolunt impetrare, imò paupertatem & infirmitatem, si quam habent, hominibus denudat. ¶ Tertio, stultus est, quia non uult manifestare in curia misericordiae peccatum suum, & reseruat illud in foro iustitiae, ubi manifestabitur ad poenam quod non uult manifestare ad ueniam. ¶ Sexto, potest ualere ad detestationem huius peccati, si ostendatur in illis magna peruersitas qui peccata sua defendunt. Peruersitas uero eorum patet ex hoc, quod illud quod Deus persecutus est usque ad mortem propriam, scilicet peccatum, sicut ostensum est in principio Summae, ipsi defendere uolunt ad lesionem propriae conscientiae, & usque ad offensam, cum tamen omnes creaturae peccatum debeant persequi tanquam opus diaboli, & tanquam illud quod solum indecens est, in mundo esse. ¶ Septimo, potest ualere ad detestationem huius peccati, si ostendatur ingratitude eorum,

qui peccatum suum defendunt. Ingrati uero omnes tales sunt Dei misericordiae & bonitati, dum beneficium ipsius uolunt at tenuare. Bonitatis diuinæ beneficium attenuat, qui culpam suam diminuendo beneficium remissionis quodammodo dimittit. Vnde in Spiritum sanctum uidetur peccare, cui bonitas attribuitur. Ad detestationem etiam huius peccati potest facere hoc, quod illi, qui peccata sua defendunt, in culpa sua ipsum Deum inuoluere uolunt. unde super illud Genesis 3. Vocem tuam audiui in paradiso, dicit Gregorius: Proprium est, peccantibus Deo uelle attribere. unde accusantur, quod inde est, quia sic peccauit homo, cum uellet esse par Deo, liber scilicet sicut ille ab omni domino: quoniam ergo illi in maiestate par esse non potuit, in peccato sibi par esse cum facere contendit: imò uult eum ostendere nocentem, se autem innocentem. & super illud: Nolite inique agere, dicit glossa: Malum est peccare, & peius est perseuerare, perniciosius est, in Deum defendendo culpam suam proicere. Ad detestationem etiam huius peccati uidetur facere, quod Dauid uidetur specialiter petere custodiam ori suo, propter peccatum istud. unde in Psalmo: Pone custodiam ori meo, & subdit: Non declines cor meum in uerba malitiae, ad excusandas excusationes in peccatis. Non

M M s decli

declines, id est, declinare non permittas. Excusationes uero in peccatis dicuntur uerba malitiae: uel quia sunt contra bonitatem Dei, dum beneficii Dei uoluit at tenuare: uel quia ille qui excusat se, Deum uult infamare, dum culpam suam in Deum nititur refundere: ut Adam Genes. 3: quando dixit domino: Mulier quam dedisti mihi sociam, dedit mihi de ligno, & comedi, & quia ipse defendit quod omnes perse qui debent, peccatum scilicet.

¶ De diuersis modis excusandi peccatum.

ET notandum quod multis modis solent homines peccatum suum excusare uel defendere. Alii propter infirmitatem carnis, contra illud Ecclesia. 7. Ne dederis os tuum, ut peccare facias carnem tuam. Alii multitudine peccantium, iuxta illud Ecclesia. 32. Peccator homo uitabit correctionem; & secundum uoluntatem suam inueniet comparationem. Illis uero, qui se excusant in multitudine peccantium, dici potest illud: Non minus ardebunt qui cum multis ardebunt. Imo maior ignis erit secundum quod plura ligna erunt in igne: quia secundum ligna syluae exarsit ignis, ut legitur Ecclesiasticus 28. Contra hunc modum excusationis est illud Exodi 33. Non sequeris turbam ad faciendum malum. Turbam sequitur qui eam imitatur. Et Ecclesiasticus septimo: Ne pecces in multitu-

dine ciuitatis. Alii uero excusant se per nobilitatem suam, qui magnum dedecus faciunt nobilitati suae, quando rei uilissimae & immundissimae de ea secutum faciunt. Immundissima res est peccatum. Turpius est nobilitate sua peccatum defendere, quam si aliquis miles clypeo suo uile sterquilinum protegeret. Alii uero excusant se per iuuentutem suam, qui uidentur dicere, quod iuuentutem suam a diabolo teneant, cum credant diabolo in iuuentute esse seruendum.

De peccato periurij, & de duabus speciebus eius. CAP. IIII.

SEquitur de peccato periurij. Et notandum quod dux sunt species periurij. Vna est iuratio peruersa, alia est iuramenti liciti transgressio. Ad detestationem uero secundae speciei periurij notandum est, quod ille qui iuramentum licitum facit; ipse quasi laqueum ad collum suum ponit, iuxta illud Proverbiorum 6. Illaqueatus es uerbis oris tui, & captus propriis sermonibus. Quando uero iuramentum licitum transgreditur, ipse laqueo illo quasi propriis manibus se strangulat. Potius expediret ei quod solummodo contritus esset, & quod laqueo ad collum suum posito ipse strangularetur, quam quod iuramentum licitum transgrediretur.

¶ De duodecim qua debent retrahere hominem a peccato periurij.

DE alia uero specie iuramenti. notandum est, quod x i. sunt quae deberent homines cohibere a peccato illo. ¶ Primum est, quod ille qui scienter peierat, in primo periurio suo manum illam diabolo dat, qua ipse tangit Euangelium, uel qua tangit manum illius cui iurat, & donec ipse poeniteat de periurio illo, manus illa diaboli est, & quandoque se manu ista signat, hoc facit manu diabolica, & cibus, quem manu illa signat, manu diaboli signatur. ¶ Secundum est hoc, quia cum alia peccata fugiant, & quasi timeant res sacras, peccatum periurij non timet eas, sed illis appropinquat. Si quis uult fornicari, si est intra ecclesiam, ipse exit inde, si est in cimiterio, ipse exit inde, si propinquus est cimiterio, uel ecclesiae, elongat se ab eis. Ille uero qui uult peierare, intrat ecclesiam, si ipse erat extra, intrat ad altare & committit peccatum periurij, quandoque super altare, quandoque super Euangelium, quandoque super ipsum corpus Christi, quod horredum est diuini Mirum est quomodo ipsa terra eum non absorbet, uel quomodo angeli qui assistunt circa corpus Christi eum non perimunt. Ipse etiam diabolus timet res sacras, & quasi reueretur, quod non facit ille qui peiurat. ¶ Tertium est hoc, quod ille qui peierat, fur & facilegus esse uideatur. Contra: dat enim rem alienam inuito do-

mino, & rem sacram, quia nomen domini sanctum assumit contra prohibitionem illam. Exodi 20. Non assumes nomen Dei tui in uanum. ¶ Quartum est hoc, quod ipse falsarius est. Si quis sigillo alicuius domini sibi commissum ad confirmandam aliquam ueritatem, uteretur ad alium confirmandum, ipse falsarius iudicaretur. Et si faceret hoc de sigillo domini Papae, ipse esset excommunicatus ipso iure, nec posset absolui ab episcopo suo. Sic quum Deus permiserit hominibus ut assumant nomen suum ad confirmationem ueritatis, si utatur nomine ipsius ad confirmationem falsitatis, ipse falsarius sunt, & quod ad Deum excommunicati excommunicatione illa quae dicitur 1. ad Corint. 16. Si quis non amat dominum Iesum Christum, anathema sit. ¶ Quintum est hoc, quod ille qui scienter peierat, ipse praeter morem aliorum peccantium uult Deum inuoluere in peccato suo. Cum enim iurare, secundum Augustinum, sit Deum in testem adducere, cum ipse iurat falsum, ipse uult adducere Deum ad testificandum falsum. Talis in quantum in se est, uult maius malum facere Christo, ut uideatur, quam eius crucifixores. Ipsi enim intulerunt Christo tantum malum poenae. Ipse uult uult eum inuoluere in malum culpae, quod deterius est. Ipse uult facere reputari Deum deceptorem, dum in nomine eius quasi per ma-

num eius, uult homines seducere, quod genus peccati nō legimus cōmissum fuisse etiā à diabolo, licet diabolus mēdax sit, & pater eius, & per mendacium homines seducat: non tamen legimus quōd ipse iuramentū mendacio addat, ut melius possit seducere, sicut faciunt illi qui peierant. ¶ Sextū est hoc, quōd cum in nomine Iesu flectatur omne genu cælestium, terrestriū, & infernorum: ut legitur ad Philip. 2. ille qui peierat, quum in nomine Iesu Christi contumeliā Deo faciat, deterior uidetur esse illis, qui in inferno sunt, qui in nomine eius genu flectere dicuntur, ¶ Septimū est hoc, quōd cum homo per hęc torqueatur per quæ peccat, & talis in nomine domini peccet, ipse in nomine domini merito punietur: ut cum illud inuocauerit, non exaudiatur, & cum ad illud fugerit, nō protegetur, quum alijs hominibus nomē domini refugium sit: iuxta illud Prouer. 18. Turris fortissima, nomen domini: ad ipsam currit iustus, & saluabitur. ¶ Octauum est hoc, quōd periurium enumeratur inter ea, quæ dominus odit, Zacharię 8. ubi sic legitur: Vnquisque malum contra amicum suum ne cogitatis in cordibus uestris, & iuramentum mendax ne diligatis: omnia enim hæc sunt quæ odi, dicit dominus. ¶ Nonum est maledictio, quæ est super periuros, & in præsentī, & in futuro. unde Zach. 5. Vidi ho-

minem, &c. Et subditur: Et dixit ad me dominus. Hęc est maledictio quæ egreditur super faciem omnis terræ: quia omnis fur, scilicet ibi scriptum est, iudicabitur. Et omnis iurans ex hoc similiter iudicabitur. Educam illum, dicit dominus exercituum, & ueniet ad domum furis, & ad domum iurantis in nomine meo mender, & commorabitur in medio domus eius, & consumet eum, & ligna eius & lapides. ¶ Decimum est hoc, quōd peccatū illud replet hominē iniquitate, unde Eccl. 23. Vir multum iurans repletur iniquitate, & non discedet à domo illius plaga. In fine huius uerbi tangitur poena periurorum in præsentī. ¶ Undecimū est hoc, quōd periurus perdit Deum, dum iurat. Perdit etiam iustitiam siue fidem suam. Repellitur enim post periurium à testimonio: claudit etiā sibi ingressum regni cælestis. Vnde in Psalmo: Quis ascendet in montem domini, aut quis stabit in loco sancto eius? Et subditur: Qui nō iurauit in dolo proximo suo. Ibi per contrarium innuitur, quōd ille qui iurat in dolo proximo suo, nō intret. ¶ Duodecimū est hoc, quōd Sacra Scriptura propter magnum periculum periurii, adeo dissuadet iuramentum, quōd quibuscūq; uisum est, quōd iuramentum omnino prohibeat, unde Matth. 5. Ego autem dico uobis non iurare, neque per cælum, &c.

Septem

¶ Septem quæ sacra scriptura dissuadet circa iuramentum.

ET notandum quōd circa iuramentum septem dissuadentur in sacra scriptura. ¶ Primum est, appetitus iurandi, siue affectio. unde Iac. 5. Ante omnia fratres mei nolite iurare, neque per cælū, neque per terram, neque per aliud quodcunque iuramentum. Sit autem sermo uester, est, est, non, non, ut non sub iudicio decidatis. Secundū est assiduitas iurandi, unde Ecclesiastici 23. Iuratio nō affuecat os tuum. Multi sunt casus in illa. Et iterum: Nominatio Dei non fit assidua in ore tuo. ¶ Tertium est, iurare ex leui causa uel nulla. Vnde Deuter. 5. Non usurpabis nomen Dei tui frustra: quia non erit imputatus qui super re uana illud assumpserit. ¶ Tria alia, quæ dissuadentur circa iuramentum sunt, falsitas eius quod iuratur, subita iuratio, & iuratio iniurata, quæ per oppositum innuitur Ierem. 4. ubi sic legitur: Iurabis, uiuit dominus in ueritate, & in iudicio, & in iustitia. ¶ Septimum est, iurare per creaturas, unde Matthæi quinto, Ego autem dico uobis non iurare omnino: neque per cælum, quia thronus Dei est: neque per terram, quia scabellum pedum eius est. Ideo autem dissuadetur iurare per creaturas, ne assiduitate sic iurandi labantur homines in idolatriam.

De peccato mendacii. CAP. V.

SEquitur de peccato mēdacii. De quo hoc ordine dicemus. Primo dicemus quid sit mendacium, & ponemus ea quæ possunt ualere ad detestationem huius peccati. Secundo tangemus aliquid de diuersis diuisionibus mendacii.

¶ Quid sit mendacium secundum Aug. & de his quæ faciunt ad eius detestationem.

EST autem mendacium secundum Aug. falsa significatio uocis cum intentione fallendi. ¶ Ad detestationem huius peccati, Primo possunt ualere uerba sacrae scripturae quæ dissuadēt nobis mēdacium. Vt est illud Eccle. 4. Ne accipias faciē aduersus faciem tuam, nec aduersus animā tuam mendacium. Faciē aduersus faciē suam accipit, qui in ueritate exclusa à corde suo, quæ est Dei similitudo, falsitate, quæ diaboli est facies, assumit. & Eccles. 7. Noli amare mendaciū, & pōst in eodem capit. Noli uelle mentiri omne mēdacium. ¶ Secundo potest ualere ad detestationem huius peccati hoc, quōd peccatum istud est diabolicū. Primo enim mendaciū dixit diabolus, Genes. 3. Nequaquam moriemini, unde Ioan. 8. legitur de diabolo: Cum loquitur mendacium, ex propriis loquitur: quia mendax est & pater eius. Ipse est pater mendacii, quia primus inuentor est, & pater eius, scilicet hominis mendacis. Homo enim mend

mendax, filius est diaboli imitatione. Ioan. 8. Vos ex patre diabolo estis, & desideria patris uestri uultis facere. ¶ Tertio potest ualere ad detestationem huius peccati hoc, quod peccatum istud membrum inquinat, in quo magis est indecens immunditia, scilicet os. Reddit enim illud abominabile Deo. Vnde Prou. 12. Abominatio est domino labia mendacia. Si quis os suum apertum haberet muscis & aliis rebus immundis quacumque uellent ibi intrare, & permetteret ea ibi nidificare, os eius abominabile esset hominibus. Sic os mendax est abominabile Deo, cum immunditia mendacii multo amplius displiceat Deo, quam immunditia muscarum uel similibus rerum. ¶ Quarto potest ualere ad detestationem huius peccati hoc, quod peccatum istud hominibus falsum reddidit: quantum praeualeret bonus denarius denario falso, tantum praeualeret homo uerax homini falso & mendaci. Vnus bonus denarius ualet centum falsos, & unus homo uerax centum mendaces. Vnde multum melioraret se aliquis, si remoto peccato mendacii uera de caetero loqueretur: quia cui non displiceat si aliquem de denariis suis inueniret falsum? quis est qui non potius uelit habere denarios bonos, quam falsos? Sed de seipso non dolent miserii homines, quando seipso falsos inueniunt, & potius se uolunt esse falsos, quam ueros. In quo

apparet caecitas eorum qui amplius amat denarium unum quam seipso. ¶ Quinto potest ualere ad detestationem huius peccati hoc, quod mendacium est quasi quoddam uenenum, quod tanta efficaciam est, quod in ipso ore existens hominem interficit: iuxta illud Sap. 1. Os quod mentitur, occidit animam. Vnde mirum est quomodo miseri homines non timent quin uenenum istud in ore sentiant. Peius est uenenum istud ueneno materiali: sicut causa deterior solet esse suo effectu. Mendacium enim quod fuit in ore serpentis, occasio uidetur fuisse ueneni quod in ore habet serpens. ¶ Sexto potest ualere ad detestationem huius peccati hoc, quod omnis mentiens proditor est. Vult enim quod ille cui mentitur, fidem sibi adhibeat: fidem tamen ei non seruat, imo uult eum decipere. ¶ Septimo potest ualere ad detestationem huius peccati magnitudo ipsius, quae insinuatur nobis Eccles. 20. ubi sic legitur: Potior est fur, quam asiduitas uiri mendacis: perditionem autem ambo hereditabunt. Ideo uidetur esse peior qui assuetus est mendaciis, quam fur: quia fur nocet corpori: ille autem qui mentitur, nocet animae, dum eam in errorem inducit. Item appetitus malus qui est in furore, quo ipse appetit rem alienam, est appetitus rei bonae: sed appetitus eius qui mentitur, est appetitus rei male. Fur enim suum bonum tem-

porale

porale quaerit, sed metiens alienum malum, scilicet errorem proximi. Vnde peccatum mendacii, peccatum diabolicum est, & peccatum malitiae: & numeratur à Salomone inter peccata quae odit dominus, Prouerbior. 6. ubi sic legitur: Sex sunt quae odit Deus, & septimum detestatur anima eius, Oculos sublimes, linguam mendacem &c. Si ergo qui in furto deprehenderetur, erubesceret, sic erubescere deberet, si mendacium eius deprehenderetur. Hoc autem quod dictum est, quod & fur & mendax perditionem hereditabunt: non est intelligendum de quocumque mendace, sed de illo qui dicit mendacium perniciosum & nocuum, & ad eandem speciem mendacii referendum est quod dictum est prius. Os quod mentitur, occidit animam, & illud Psal. Perdes omnes qui loquuntur mendacium. ¶ Octavo potest ualere ad detestationem huius peccati, poena qua punitur peccatum istud. De qua habetur Prouerbior. 20. Suavis est homini panis mendacii, & os eius implebitur calculo. De poena etiam mendacii habetur Act. 5. de Anania, ubi sic ait Petrus: Non es mentitus hominibus, sed Deo. Audiens autem Ananias haec uerba, cecidit & expirauit. ¶ Nono potest ualere ad detestationem huius peccati hoc, quod peccatum istud ualde nocuum est ecclesiae Dei. Facit enim ut uix alicui fides adhi-

beat. Hieronymus: Mendaces faciunt ut uera dicentibus non credatur: unde propter mendacia hominum multiplicatur iuramenta & periuria. Lingua hominis mendacis est uelut arcus diaboli, oculos interiores filiorum Dei sagittans. unde Ierem. 9. Extenderit linguam suam quasi arcum mendacii, & non ueritatis. & ibidem: Sagitta uulnerans lingua eorum. ¶ Decimo potest ualere ad detestationem huius peccati, si ostendatur quanti meriti sit abstinere ab hoc peccato: ad quod pertinet quod in uitis patrum legitur de quodam eremita, qui uisitatus est ab aliis eremitis delatis illuc per fluuium ministerio angelorum: qui dixit illis querentibus aliquid de eius conuersatione: Hoc custodiui ex quo conuersus sum, quod nunquam mendacium de ore meo procederet, nec postposui amorem caelestium terreno amoris: sed nec gratia domini in his mihi defuit: quicquid petii à domino, sine mora consecutus sum, & infra triduum, sicut ipsi praeuiderunt, mortuus est, & anima eius ab angelis, ipsis uidentibus, recepta est. Magni meriti sciebat Salomon esse à mendacio cauere, cum hoc petit Prouerb. 30. Vanitatem & uerba mendacii luge fac à me. ¶ Undecimo potest ualere ad detestationem huius peccati hoc, quod homines assueti huic peccato in opprobrio magno sunt, unde Ecclesiastici uigesimo: Opprobrium magnum

magnum in homine, mendaciū. & post ibidem: Mores hominum mendacium sine honore, & confusio illorum cum ipsis sine in-termissione. & Ecclesiast. 4. Non contradicās uerbo ueritatis ullo modo & de mendacio ineruditionis tuæ confundere. ¶ Duo decimo potest ualere ad detestationem huius peccati hoc, quod grauius uulneratur, qui cadit in peccato isto, unde Ecclesiast. 20. Lapsus falsæ linguæ quasi qui in pauimento eadit. Multum uidetur esse corruptus mentiens, cui potius placet quod nō est, quàm quod est: & multum uidetur habere oculos cordis infirmos, cū tenebræ falsitatis ei placeant, & lumē ueritatis ei displiceat. Corruptionē hominis mendacis insinuat Aug. super illud Psalm. Perdes omnes qui loquuntur mendacium, sic dicens: Merito perditur mentiens, quia declinat ab eo quod est ad id quod non est.

¶ *De diuisionibus mendaciū.*

S E Q V I T V R de diuisionibus mendaciū, quæ multæ sunt. Prima est in octo mēbra siue octo species, quas ponit Aug. in lib. de mendacio. ¶ Prima species est, mendacium in doctrina religionis, quod est cōtra fidem uel bonos mores. Hoc summè fir-giendum est, ad hoc nulla causa quousquam debet adduci. Secunda est, quod nulli prodest, & alicui obest. Tertia est, quod uni prodest, & alii obest. Quarta est, quod fit sola mentiendi fallen-

dique libidine: quod est mirum mendaciū, sicut dicit beatus Aug. Quinta, quod fit cupiditate placēdi de suauis eloquio. Sexta quod nulli obest & alicui prodest ad pecuniā eius seruandā. Septima, quod nulli nocet, & alicui prodest ad uitā corporis seruandam. Octaua est, quod nulli obest, & ad hoc prodest ut ab immūditia corporis aliquem tueatur. Tercia primæ species mendaciū sunt moralia peccata, si cum deliberatio ne dicatur. Quintæ alia uenialia sunt peccata, nisi assit aliqua circumstantia quæ ea mortalia faciat. ¶ Alia autē diuisio mendaciū diuiditur in tres species, scilicet mendaciū perniciosum, & iocosum, & officiosum siue benignū. Primū membrū huius secundæ diuisionis cōtinet tria prima mēbra primæ diuisionis. Secundū uero membrū cōtinet quartū & quintū. Tertiū autē membrū huius diuisionis cōtinet ultima tria mēbra primæ diuisionis. ¶ Tertia autē diuisio mendaciū est, in mendacium principalis assertionis, & mendacium falsi testimonii.

¶ *De his quæ possunt ualere cōtra falsum testimonium.*

A D detestationem uero falsi testimonii aliqua addere possumus, licet ea quæ prius dicta sunt ad detestationē mendaciū, ad idē possint referri. Notandum ergo quod contra peccatum falsi testimonii, Primo possunt ualere uerba sacræ scripture quæ istud dicit: ut est illud Exodi 23.

Not

Non loqueris cōtra proximum tuū falsum testimonium. Et eiusdē 23. Nō iunges manū tuā, ut pro impio dicas falsum testimonium. ¶ Secūdo possunt ualere ad idē cōminationes, quas Sacra scriptura facit falsis testibus: ut est illud Prou. 19. Testis falsus non erit impunitus, & qui loquitur mēdacia peribit. & Prou. 21. Testis mēdax peribit. ¶ Tertium est hoc peccatū quod multū nocitū est. Nocet enim Deo, nocet iudici, nocet ei contra quē testimonium fertur. Vnde Aug. Falsus testis tribus personis est obnoxius. Primū Deo, cuius præsentia cōtemnit. Deinde iudici, quē mentiēdo fallit. Postremo innocenti, quē falso testimonio lædit, unde falsus testis licet septennē penitentia egerit de falso testimonio, nondū tamen liberatus est, donec ipsi satisfecerint pro posse suo, qui rem suā pro falso testimonio amisit. Testis iniquus deridet iudiciū: ut legitur Prou. 19. & ideo in extremo iudicio merito deridebitur; quia per quæ peccat homo, per hæc & torquetur. Sap. 11. ¶ Quartū est hoc, quod ipse uendit dominū, unde super illud Matth. 26. Tunc abiit Iudas, &c. dicit gloss. Multi hodie sunt qui factū iudæ exēcratur, & idē faciunt, nam cū pro munere falsum testimonium dicunt, quia ueritatē negāt, Deū qui ueritas est, uendūt. Et notandum quod qui uult à peccato mendaciū cauere, oportet, quod peccatū

cupiditatis à se repellat: ex peccato enim cupiditatis mēdacia procedūt, ut patet in mercatoribus. Vnde Cain qui inter homines primus legitur mendaciū dixisse. Gene. 4. Nescio domine: nunquid custos fratris mei sum &c. interpretatur possessio. Cupiditas etiam causa fuit, quod Ananias & Saphira Petro mentiti sunt. Timorem etiam humanū oportet remouere, qui uult cauere à mendacio. Hac de causa Petrus dominum negauit.

De peccato detractiōis. Et de duobus decem quæ possunt ualere ad eius detestationē. CAP. VI.

P RIMO dicemus de peccato peiorū qui detractiōes proferūt. Secundo de peccato eorū qui libenter eas audiūt. Tertio uero tangemus aliquid de impatientia eorum quibus detrahuntur. Circa primū primo ponemus ea quæ possunt ualere ad detestationē detractiōis. Secūdo tangemus de diuersis speciebus detractiōis. ¶ Notandū ergo quod duodecim sunt quæ possunt ualere ad hæc uerba sacræ scripture, quæ nobis hoc uitium dissuadent. De quibus pauca ponemus. Dissuadetur autē nobis hoc uitium Leuit. 19. ubi sic legitur: Nō maledices surdo, nec coram cæco ponas offendiculum: sed timebis dominū Deū tuum. Ad literam, ualde impiū est surdo maledicere, quū ipse nō audiatur: nec contra obiecta aliquid possit respondere. Valde etiam

NN impium

impīū est corā cæco ponere offendiculū, quum ille nō uideat nec possit sibi cauere. Sed secundum gloss. furdo maledicit, qui absenti detrahit. Homo absens minus potest audire detrahētē, quā si surdus esset. Surdus enim quandoq; audit, quādo altē sibi clamatur: absens uerō qui quādoq; per duas leucas distat, uel amplius, nō audit detrahentem quantumcunq; clamet. Detrahens etiam ponit offendiculum corā cæco, dū illi, qui eum auscultat, qui cæcus est, uel quia simplex est, uel quia non cognoscit personā cui detrahitur, narrat alienū factū, unde ipse scandalizatur, unde detractor impiē agit & proditiose tam in eū cui detrahit, quā in eū coram quo detrahit. Itē dissuadetur hoc uitiū post eodem cap. ubi sic legitur. Non eris criminator, nec furro in populis. Criminator idē est q̄ detractor, quia in alieno crimine delectatur. Item Leuit. 7. Sanguinē omnis animalis nō sumetis in cibū. Item Leui. 3. Nec sanguinē, nec adipē omnino comedetis. Sanguinē comedit detractor, qui in peccato alterius delectatur. Deute. 12. Caue ne sanguinē comedas. & Ecclesia. 5. Non appelleris susurro in uita tua, & lingua tua ne capiaris. & Iac. 4. Nolite detrahere, &c. Bern. Noli esse alienæ uitæ, aut temerarius iudex, aut curiosus explorator. ¶ Secūdo potest ualere ad detestationē hu-

ius peccati, si diuersis generibus rerum detractor comparetur.

¶ *Quibus comparetur detractor.*

NOTANDVM q̄ detractor comparatur cani. unde Mat. thæ. 7. Nolite sanctum dare canibus, &c. & Eccle. 19. Sagitta infixa femori canis, sic uerbū in corde stulti. Canis sagittam habens infixam femori, nō quiescit donec remouerit: nec stultus quiescere potest, donec uerbū malū quod de proximo audiuit, alii retulit. Detractores etiam sunt canes gregem diaboli custodientes, nō permittentes etiam unā ouiculam inde auferri quin latent, uel deridendo, uel aliter ostendendo. Canes isti non solum carnes comedunt, sed etiā ossa rodūt: quia nō solum carnalibus hominibus detrahūt, sed etiam spiritualibus. Specialiter autem detractores similes sunt canibus qui in macello morantur, qui sanguini insidiantur & sanguinolenta habent labia. Vnde ad eos pertinet illud Prouer. 1. Insidiemur sanguini. Detractor etiā porco cōparatur, quia ad modū porci ori suo non parcat ab immunditia, sicut nec pedi suo, nō aduertēs illud quod dicitur Sapientia. 1. A detractione parcat linguæ. Qui non uult parcere ei cui detrahit, saltem deberet parcere propriæ linguæ quam inquinat, dum per immunditias aliorum peccatorum eā trahit. Porcus si hortum intret ubi ex una parte flores uideat, & ex

aliq

alia stercorea, floribus neglectis ad stercorea currit, & ea in ore suo ponit. Sic detractor si uideat in aliquo aliqua imitatioe digna, quæ nelut flores sunt, & ex alia parte aliqua reprehensibilia, ipse uersat in ore suo reprehensibilia: de his uerō quæ sunt imitatione digna, quæ uelut flores sunt, nō curat. Propter hanc immunditiam quæ est in detractoribus, uolunt eos excludere Aug. à mensa sua. Vnde legitur habuisse hos duos uersus scriptos in mensa sua, sicut habetur in gloss. super illud Prouerbio. 24. Cum detractoribus ne comisceris, &c. Quisquis amat dicitis absentem carere uitam, Hanc mensam indignam nouerit esse sibi. Multū immunda iudicauit ora detractorum Aug. qui præ cæteris peccatoribus eos excludit à mensa sua. Detractor etiam comparatur serpenti. Vnde Ecclesi. 10. Si mordeat serpens in silentio, nihil eo minus habet, qui occultè detrahit. Assimilatur detractor serpenti in his proprietatibus. Serpens est animal proditiosum, silentio mordens, tortuose incedens, terram comedens. Sic detractor proditor est. Illos enim mordet retro, quos dum sunt presentes, amare se simulat, nec detrahit nisi ubi de silentio confidit: & sicut ad literā serpentes uerbis & tumultibus hominū deterrentur: sic detractor timet, quando uidet uenire eum, cui detrahit.

Tortuose etiam incedit detractor, dū à laude eius incipit, cui uult detrahere. Rectitudinē etiā suæ attentionis præterdit, dicens: Non dico hoc animo detrahen di. Et, ut ei fides adhibeatur, dicit se multam amare eū, cui detrahit. Terram etiam ad modū serpentis comedit: quia quod terrenum & infirmum est in homine, hoc in ore suo uersat. De his serpentibus legitur Deuter. 32. Dentes bestiarum immittam in eos, cum furore trahentium super terram atque serpentium. & Iere. 8. Ecce ego mittam uobis serpentes pessimos, quibus non est incantatio. Itē homines affueri detractioni, uix corriguntur. Vnde Ecclesia. 23. Homo affuetus uerbis impropert, omnibus diebus uitæ suæ non erudietur. Bern. Nunquid nipeira est lingua quæ tres interficit flatu uno? Lingua detractoris tres interficit simul uno uerbo, scilicet se, & eū qui audit quando consentit ei: quādoq; etiam eum cui detrahitur, quādo peruenit ad eius notitiam. ¶ Detractor etiam monstrum est, in ore gladios habens. Vnde ad detractorem pertinet illud Prouerbio. 30. Est generatio quæ pro dentibus gladios habet. & illud Psal. Filii hominū dentes eorū, arma & sagittæ, & lingua eorū gladius acutus. & iterū, Gladius in labiis eorum, quoniam quis audiuit. Bernar. Gladius triceps lingua detractoris. Nec huius-

modi linguā mucrone illo, quo Dominicum latus cōfossū est, crudeliore dicere uerearis, Fodit etiam hoc corpus, nec iam exanime facit. Ipsis etiam spinis & clavis nocentior est, quos ei Iudæus infixit: nisi enim corporis sui uita uitam istius corporis pertulisset, nunquam illud pro isto mortis iniuriæ tradidisset. ¶ Detractor figuratus est per illam bestiam, de qua legitur Daniel. 7. quæ similis erat uerso, & habebat tres ordines dentium. Versus est homini similis sit, tamen homo non est. Sic detractor est exterior uideatur esse homo, tamen uerè homo non est, quum sanguine humano pascatur. In tribus uerò ordinibus dentium figurari possunt tres modi, quibus detractor proximū lacerat. Lacerat enim eum bona opera aperta minuendo, occulta negando, falsa crimina imponendo. ¶ Detractor etiam comparatur sepulchro patenti, de quo foetor incessanter exhalat, unde in Psal. Sepulchrū patens est guttur eorum. Nullū sepulchrū ita foetet in conspectu hominum, sicut os detractoris in conspectu Dei. Sapiens: Non refert his gartionibus, an à superiori an ab inferiori intonent, quia non minus à superiori quàm ab inferiori foetēt. Tantus est foetor in ore detractorū, ut ex foetore illo multi moriantur. Aliqui tamen adeo foetidi sunt, quod foetorem istū

non sentiunt. Bern. Vbi omnes foetidi sunt, unius foetor minimè sentitur. ¶ Detractor etiā comparatur mulieri pręgnanti, quæ cum dolore conatur ad emissionem partus. unde Ecclesi. 19. A facie uerbi parturit fatuus, tãquam gemitus partus infantis. Videretur detractori quod diripere retur, nisi uerbū malū auditū de proximo emitteret. Contra hoc quod dicitur Ecclesi. 19. Audisti uerbū aduersus proximū tuum: commoriatur in te, fidens quoniã non te dirumpet. Ad detractorem uidetur pertinere illud Job 32. En uenter meus quasi multum absq; spiraculo, quod lagunculas nouas diripet. Detractor etiam similis est noctuę, cuius oculos nox illuminat, & lux excæcat. Detractores etiam sicut ut ciconiæ, quæ uenenatis animalibus pascentur. Sic detractores alienum peccatum, quod quasi uenenū est, in ore deferunt. Os etiam detractoris uas est aquã maledictã diaboli continens, iuxta illud Psalm. Quorū os maledictione plenū est. Detractor etiam est peior furibus illis qui uestes & alia bona temporalia furantur, unde Ambro. Tolerabiliore sunt fures, qui uestes & alia bona nostra diripiunt, quàm fures qui famã nostram lacerant. Cuius ratio est hoc quod dicit Salomon Prover. 22. Quod melius est nomen bonū, quàm diuitiæ multæ, unde qui nomen bonū alicui auferit

magis

magis nocet ei, quàm si ei multas diuitias furaretur. Præterea furtum tale uix aut nunquã potest restitui. Itē detractores dāpiferi diaboli sūt, qui carnes humanas hominibus comedendas apponunt. Vnde super illud Proverb. 23. Noli esse in conuiuio potatorum, neq; in comestationibus eorū, qui carnes comedendas ad uescendum dicit Glo. Carnes ad uescendum conferre, est in colloctione derogationis uicissim uitia proximorum dicere. Itē detractores diabolo thurificat, & in cœtu diaboli quasi thuribulum deferunt, in quò pro suauis odore foetore alienorum peccatorū hominibus ingerunt. Detractores etiam sūt testes iniqui, qui necrogati nec examinati testimoniū ferunt absente eo contra quē testificantur. Sene. Loquens de proximo tuo, scito te pro eo uel contra eum testimoniū dicere. Psalm. Insurrexerunt in me testes iniqui, &c. Item uidetur esse aduocati diaboli. Ipsi enim conantur ad hoc, ut quod est Dei, cedat in partem diaboli. Quid enim aliud est dicere, Iste est fornicator uel usurarius: quàm dicere, Ipse debet esse diaboli? Detractores figurati sūt per Amon, qui rasi dimidias barbas nūtis Dauid, & curtauit uestes eorum usque ad nates, uel legitur 2. Reg. 10. Dimidiã barbã radit detractor nuntiis ueri Dauid, id est, Christi, dū medietatē

uiriditatis eis auferit. Dicit enim quod bona faciunt, sed intentione mala. Detractor enim, sicut dicit autoritas, filia liuoris est, quæ ubi bene facta negare non possit, quocunq; modo peruertere tentat. Detructat uestes usq; ad nates: quia si quid est pudibundum in eis detegit. ¶ Tertio potest ualere ad detestationem huius peccati, scilicet detractionis, si ostendatur quantæ crudelitatis peccatum sit istud. Notandum autem quod detractor adeo crudelis est, quod se primo lædit, ut post alios lædere possit. Se enim prius accusat, ut alius possit detrahere. Crudelitas etiam detractoris ex eo patet, quod carnes humanas comedit, & sanguinẽ humanum bibit. Vnde Job 19. Quare persequimini me sicut Deus, & carnibus meis saturamini? Detractor hominẽ persequitur: quia de occultis uult iudicare, ac si esset Deus. Grego. Qui aliena detractione pascentur, proculdubio alienis carnibus saturatur. ad Gal. 5. Si inuicẽ mordetis, uidete ne inuicẽ consumamini. Detractor comedit quandoque patrẽ suū, uel matrẽ spiritualem, uel carnalẽ, dum ei detrahit. Nulli parcat, nec amico nec inimico. Vnde Ezech. 5. dicit dominus Ierusalem, id est, ecclesia: Patres comedēt filios suos in medio tui, & filii comedēt patres suos. Et Iere. 19. Vnusquisq; carnes amici sui comedet. Detractores uno morsello comedit

NN 3 Pa

Papam uel unum archiepiscopum, uel episcopum. Detractor etiam in Quadragesima carnes comedit. unde quidam Abbas in Vitis patrum: Melius est comedere carnes, & bibere uinum, quam comedere in uituperatione carnales fratrum. Detractor non parcat etiam mortuis. Dissepit enim homines mortuos in peccatis, quod est unum opus contrarium illi operi misericordie, de quo habetur Tob. 2. Detractor etiam crudelior esse uidetur lupis & leonibus, & ceteris bestis. Leo enim leoni parcat, lupo lupo, & cetera bestia parcat bestis sui generis. Detractor uero non parcat carnibus humanis. Detractoris lingua peior uidetur esse inferno. Infernus enim solos malos deuorat. Lingua detractoris amplectitur & bonos & malos. Vnde legitur Eccl. 28. de lingua tertia, quae est lingua detractoris, potius utilis est infernus, quam illa. ¶ Quarto potest ualere ad detestationem huius peccati, si ostendatur quantae immunditiae est peccatum istud. Notandum est, quod detractor crabroni comparatur, qui non quiescit nisi in stercore: sic detractor in alienis peccatis. De crabronibus legitur Exod. 23. Cum torum inimicorum tuorum coram te terga uertat: emittens crabrones prius, &c. Lingua detractoris uelut rotabulum est, non cessans uoluere & reuoluere sordes uitiorum. ¶ Quinto potest ualere ad de-

testationem huius peccati, si ostendatur quantae iniquitatis sit detractor. Notandum ergo quod detractor iniquus est in seipsum, in proximum, & in Deum. In seipsum, quia ipse quaerit festucas unde oculos sibi eruat, quando deberet quaerere lamem alicuius boni exempli, ipse sufflat in puluerem, unde oculi eius excecantur. Greg. Quid aliud detrahentes faciunt, nisi quod in puluerem sufflant, & in oculos suos terram excutiunt, ut unde plus detractores persflant, inde magis ueritatis nihil habeant. Iniquus etiam est detractor in proximum, quem factore peccatorum uult corrumpere. Iniquus est etiam in Deum, cui iudicium suum aufert: contra illud Luc. 6. Nolite iudicare, & non iudicabimini. Detractor uult usurpare sibi quod ipse Deus pariter sibi non usurpat, scilicet iudicium. Pater enim non iudicat quemquam, sed omne iudicium dedit filio. Io. 5. Iniquus etiam est in Deum, cuius partem quantum potest conatur minuere. Bonos enim qui ex parte Dei sunt, asserit esse diaboli, quando eos malos dicit. ¶ Sexto potest ualere ad detestationem huius peccati, si ostendatur detractor exorsus esse Deo & hominibus. Ad quod pertinet illud Ecclesiast. 21. Sufurro coinquinabit animam suam, & in omnibus odietur. & Eccl. 5. Sufurroni odium inimicitiae & contumelia. Odium cordis inimicitiae operis, contumelia uerbi,

bi, & ad Ro. 1. Detractores Deo odibiles. ¶ Septimo potest ualere ad detestationem huius peccati hoc quod detractor maledictus est a Deo, & abominabilis hominibus. De primo legitur Ecclesiast. 28. Sufurro bilinguis maledictus. Multos enim turbauit pacem habentes. De secundo legitur Proverbio. 24. Abominatio hominum detractor. ¶ Octauo potest ualere ad detestationem huius peccati, poena qua dominus punit detractores. De poena ista legitur Num. 12. de Maria sorore Moyse, quae leprosa facta est, quia detraxit Moyse. De poena etiam ista legitur Leui. 7. Qui comederit sanguinem, peribit de populis suis. Leuitici 17. Homo quilibet de domo Israel, & de populis qui peregrinantur inter uos, si comederit sanguinem, obfirmabo faciem meam contra animam illius, & disperdam eam de populo suo. Delectari in sanguine peccati diabolicum uidetur esse. Vnde detractores specialiter filii diaboli sunt, qui sanguisuga uocatur Prover. 30. Sitiunt enim detractores sanguinem peccati, sicut & diabolus. ¶ Nono potest ualere ad detestationem huius peccati, si ostendatur quanta stultitia peccator laborat. De stultitia ipse dicit Philosophus, quod proprium stultitiae est aliena uitia cernere, & sua obliuisci. Legit etiam in Vitis patrum, quod quidam frater inuentus est culpabilis,

& adductus est Abbas Moyses uehementia precum, qui tollens secum sportam uetustissimam, impleuit eam arena, & portauit eam retro. Illis uero admirantibus quid hoc esset, dixit: Peccata mea sunt post me currantia, & non uideo illa, & ueni ego hodie aliena iudicare peccata. Sic detractor facit. Peccata enim sua, quibus totus plenus est, non uidet: peccata autem aliena ante oculos suos habet. ¶ Decimo potest ualere ad detestationem huius peccati, si ostendatur quam damnosum sit ecclesiae Dei. Notandum ergo, quod detractor est uentus urens uineam domini, praecipue in flore. Illi enim qui sunt in initio bonae uitae, non possunt morsus detractionum sustinere, sed desistunt a bono incepto. Et sicut poma debilius caudarum deiiciuntur ab arboribus uento: sic uentus detractionis illos a Deo separat, qui nondum ei firme adhaeserunt. Detractor, quantum in se est, uniuersales tenebras facere nititur in mundo isto, sicut leguntur factae in passione domini in uniuersa terra. Lucernas etiam conatur detractor extinguere, dum sanctos uiros nititur infamare. Cum ecclesia tenebras suas faciat tantum ter in anno, detractor continet tenebras suas uellet facere: detractor tenebras amat, & deo in tenebras ibit. ¶ Undecimo potest ualere ad detestationem huius peccati hoc, quod peccatum

istud est in Spiritum sanctum. DetraCTOR enim impugnat gratiam Spiritus sancti, dum conatur eam diminueret, uel totā suffocare in hominibus: ideo uix dimittitur peccatum istud à Spiritu sancto, ad quē pertinet remissio peccatorum. ¶ Duo decimo potest ualere ad detestationem huius peccati hoc, quod dicit Glossa de peccato isto super illud Prouer. 24. Cum detractoribus ne commiscearis. Hoc specialiter periclitatur uitio totum penē genus humanum. ¶ Et notandum, quod licet quilibet debeat cauere à detractione quarumlibet personarum, præcipue tamē à detractione patris uel carnalis, uel spiritualis. Vnde Exo. 22. Diis non detrahes, & principi populi tui nō maledices. & Gene. 9. legitur de Cham filio Noë, quod patris sui uerenda detexit, & ideo in femine suo maledictio nem recepit, unde legitur ibi: Maledictus Chanaā puer, seruus seruatorum erit fratribus suis. Legitur etiā 2. Reg. 6. de Oza, quod à domino percussus est, quia manum suā ad arcam Dei extēdit. Per arcam, in qua continebatur manna, & uirga Aarō, & tabulæ testamēti, figuratur prælatus, in quo cōtineri debet manna dulcis consolationis, & uirga correctionis, & sciētia discretionis. Ad quam arcā si detractor manum extenderit illi detrahēdo, à domino percutietur. Gregori. Multi dum plus uitam sacerdo-

tum quam suam discutiunt, in erroris foueam dilabuntur, iniquitatis considerantes, quod non eos uita sacerdotum læderet, si humiliter bonis sacerdotum admonitionibus aurem accommodarent.

¶ De diuersis speciebus detractionum.

POSITIS speciebus illis que possunt ualere contra peccatum detrahentium, consequens est ut aliquid tangamus de diuersis speciebus detractionum. Notandum, quod super illud Psalmi, detrahentem secreto proximo suo, hūc persequebar. distinguitur triplex genus detractionis. ¶ Primum est, malum dicere de alio. ¶ Secundū, audita mala cum augmento referre. ¶ Tertius est, libenter illud audire. Nos autē possumus diuidere detractionē in sex species. Quarum prima est, occulta mala proximi publicare. Secūda est, audita mala cum augmento referre. Tertia, crimina falsa imponere. Quarta, bona occulta negare. Quinta, manifesta bona minuire. Sexta, bona in mala conuertere.

¶ De peccato libenter audiensium detractionem.

SEQUITUR de peccato eorum qui libenter detractores audiunt. Contra quod peccati, Primō ualere possunt uerba sacre scripturæ, quæ illud dissuadent, ut est illud Prou. 4. Labia detrahentium sunt procul à te. Et illud Prou. 23. Noli esse in con-

uiuus potatorum, nec in comestationibus eorum qui carnes ad uescendum conferunt. Et illud 24. Cum detractoribus ne cōmisceris. Et illud Eccl. 28. Sepi aurem tuam spinis, & noli audire linguam nequā. Contra hoc peccatum etiā potest ualere illud Ber. Detrahare uel detrahentē audire, quid horū damnabilius sit, non facile dixerim. Sunt autem reprehensibiles illi, qui libenter detractiones audiunt multis de causis. Primo propter hoc, quod uident fratres suos à canibus dilacerari, & non exterrēt canes saltem clamoribus, præcipue cū sperent se proficere posse, imō canibus applaudunt. In quo potius se canes quam homines ostendunt. Eccl. 13. Quæ communitio sancti hominis ad canē? Cū detractor serpens sit, ut prius ostensum est, non uidentur homines esse, sed potius genimina uiperarum qui eos non exhorrent, qui lapides durarū increpationum non proiciunt, quādo uideat fratres suos ab eis morderi.

¶ Multis causis sunt reprehensibiles, qui libenter audiunt detractores.

REPREHENSIBILES etiam sunt qui libenter audiunt detractores, quia illis qui fratres suos comedunt, salis ministrat, ad quam eos comedat, hilarem eis uultum ostendendo, sine qua salis morsus quasi insipidus esset detractoribus. Hierony. Nemo inuito auditori libenter narrat. Prou. 25. Ventus aquilo dif-

spat pluias, & facies tristis linguam detrahentem. Reprehensibilis etiā est ille qui detractori cōsentit, quia testi deceptione pleno, non iurato, neque examinato contra absente credit, & frequenter testi unico, contra illud legis diuinæ, Matth. 18. In ore duorum uel trium testium stat omne uerbum. Imō, quod plus est, si unus ribaldus detraherit uni uiro sancto, & decem boni uiri dicerent contrariū, potius creditur illi ribaldo simplici uerbo testificanti contra uirū sanctum, quam decē bonis uiris iurantibus pro ipso. Reprehensibilis etiam est talis, quia iuxta se pulchrum patēs, unde foetor incessanter exhalat, potius eligit esse contra Dei uoluntatē, & ad suam damnationem, quam recedēdo inde, obmutescere faciat os detractoris. Si enim deesset auditor, deesset & detractor. Reprehensibilis est etiā talis, quia noctuē credit testificanti contra lucem, quam naturaliter odit.

¶ De peccato eorum, qui impatienter tolerant detractiones.

SEQUITUR de peccato eorum qui impatienter tolerant eos qui sibi detrahunt, qui ualde fatui sunt. Valde enim utiliter seruiunt eis, si ipsi patienter sustinent. Detractores enim sunt spinæ uiam inferni obstruentes uiris sanctis. Vnde Osee 2. Ecce ego sepiam uitem tuam spinis. Ipsi etiam sunt uigiles ciuitatum ecclesie custodientes ad

modum uigilum, quasi cōtinuē mentietes. Ipsi etiam depascunt segetes domini, ne in paleas laxuriēt, & pauca grana habeant, Ipsi sunt hīc a uasis glorię rubiginem auferentes. Sed sunt quædam uasa maledicta, quæ a hīc is istis assumunt rubiginem, unde deberēt recipere pulchritudinem. Detractores à filiis Dei quasi quodā ratorio peccatum elationis eradunt. unde Gregorius: Idcirco laxat dominus linguas detractorū in electos, ut si quid in eis elationis surrexerit, lingua detractoris eradat.

*De peccato Adulationis. Et de his
qua faciunt ad eius detestatio-
nem.* CAP. VII.

DE peccato Adulationis, hoc modo dicemus. Primo ponemus ea quæ ad detestationē huius peccati possunt ualere. Secundo, tagemus de remediis contra peccatum istud. ¶ Notandum ergo quod adulatio, sicut quidam dixit, est peruersa laudatio. Vnde nomen laudationis & adulationis eisdem literis consistat, sed non eodem modo ordinatis. secundum Tullium uero nomen à sono sumptum. Carnes enim quorum est mira adulatio, ferè expriment istum sonum. ¶ Ad detestationem uero huius peccati, Primo possunt ualere uerba sacrę scripturę, quæ illud dissuadēt. Ut est illud Exo. 30. Hoc oleum unctionis sanctum erit mihi in generationes uestras. Caro hominis non un-

getur ex eo. Et subditur paulo post: Homo quicumque tale cōpō fuerit, & dederit ex eo alieno, exterminabitur de populo suo, Oleum istud laus est, quæ debet Deo dari, nō homini uiuēti. Itē Leui. 2. Nihil melleis adolebitur in sacrificio domini. In melle dulcedo adulationis intelligitur. Item dissuadetur hoc uitium, Exo. 23. Non coques hęc dū in lacte matris. Adulator hominē durū, quem diabolus frangere nō potest, in lacte adulationis coquit, ut diabolo comestibilis fiat. Itē Prou. 24. Nec lactes quenquam labiis tuis. Et Eccl. 11. Ante mortem non laudes quęquam. ¶ Secundo possunt ualere ad detestationem huius peccati exempla, præcipuē exemplum Christi, de quo dicit glossa super illud Matthæi 21. Et relictis illis abiit foras extra ciuitatem, quia pauper erat nulli adulatus, nullum in tanta urbe inuenit hospitem, sed apud Lazarum receptus est. Paulus etiam dicit de se 1. ad Thess. 2. Neque aliquando fuimus in sermonibus adulationis, sicut scitis, neque in occasione auaritię. Deus testis est.

¶ *Quod adulatōres diuersis generibus rerum comparantur.*

TERTIO potest ualere ad detestationem huius peccati, si adulatorē uel adulationē diuersis generibus rerū cōparemus. ¶ Notandum ergo quod adulator nutrix diaboli est filius diaboli lactans lacte adulationis, unde

unde Prouer. 1. Si te lactauerint peccatores, ne acquiescas eis. Itē Prou. 16. Vir iniquus lactat amici suum, & ducit eū per uiam non bonā. Et Thren. 4. Lamię nudauerūt mamas, lactauerūt catulos suos. Lamiā est bestia suis foetibus crudelior, quàm ceterę bestię. Vnde lamiā quasi lania appellatur, quia catulos suos creditur laniare. Vnde bene dū signat adulatorē, qui in ueritate eos laniat quos uidetur lactare. Ideo autē cōparatur adulatio lacti, ut ostēdatur uerecūdū esse homini adulto adulationē amare, sicut uerecūdū est et homini barbato ad mamillas maternas pēdere. Adulator ad modū nutrice filios diaboli obdormire facit in peccatis suis. Et sicut nutrix casum paruuli ad eius confortationē saltū interpretatur: sic adulator eius peccatū cui adulatur, quod in ueritate casus est, asserit esse opus magnificum. Adulatōres Aegyptię mulieres sunt quarū mamillas Moyses respuit. ¶ Item adulatōres locustę sunt comedētes residuū grādinis. Exo. 10. Locusta est ate canis, hyeme silet. Vnde rectē significat adulatōres, qui eos laudant, qui habēt astatē prosperitatis: à laude uerō eorū silet, qui habēt hyemē aduersitatis. Vnde Eccle. 13. Diues locutus est, & omnes taauerūt, & uerbum eius usque ad nubes perducūt. In grādine uerō persecutor intelligitur: locustā ergo residuum grādinis cō-

medit: quia secūdū Greg. quem persecutio frāgens non uincit, multoties adulatio pmit. ¶ Adulatio deterior uidetur esse detractio, quia detractio hominē humiliat, sed adulatio extollit. ¶ Adulatōres etiā sunt ranę propter loquacitatē suā. Vnde Psal. Edidit cōtra eorū ranas in penetralibus regū ipsorū. Adulatōres etiā sunt Sirenę usque in exitū dulces, secūdum Boët. Itē sunt ioculatores diaboli, non permittentes diaboli in aliquo cōtristari. Vnde Osee 7. In malitia sua lætificauerunt regē. Ipsi etiā sunt sacerdotes diaboli, homines uiuos sepelientes. Vnde Matth. 8. Dimitte mortuos sepelire mortuos suos. De quo loquēs Greg. dicit: Tunc mortuus mortuū sepelit, cū peccator peccatōrē aggere adulationis pmit. Adulator est Echo cōformās se ei cui adulatur. Sirenim riserit, ridet: si fleuerit, flet. Sapient. 7. Resonans in altissimis montibus Echo. Ipsi sunt quasi chamæleō, quod secūdū Solinū animal est de aëre uiuens, quod colorē habet uariū & in momēto mutabile, ita ut cui rei se iūgit, eius cōcolor fiat. Item sunt incitatores diaboli, qui faciunt hominibus de se credere quæ ipsi uolūt. Terētius: Adulator homines profusus insanos ex stultus facit. Vnde quidā: Nihil est quod nō possit de se credere, cū laudatur æqua potestas. Itē adulator quasi sub prætextu decorādī & ornādī hominem

minem iugulat. Vnde ad eū potest dici, Sicut nouacula acuta fecisti dolū. Adulator etiā proditor est. sub specie enim osculi ad modum Iudæ hominem tradit hostibus suis, & sub specie amicitia hominē interficit. Vnde rectē significatur per Ioab: qui, sicut legitur 2. Regū 20. dixit ad Amasiam: Salue mi frater. & tenuit manu dextera mētum Amasæ quasi osculās eū, & percussit eum in latere, & mortuus est. Adulatio oleo comparatur. Vnde in Psal. Olei autē peccatoris nō impinguet caput meū. De quo oleo diabolus ungit suos, qui in extremis laborant. Hoc oleo etiam ungit diabolus homines quos flectere non potest, ut ad malū eos molliat. unde Augustinus: Oleum est falsa laus adulatoris, quæ mētes à rigore ueritatis emollit ad noxia. Adulatio etiam mel est, sed toxicatum. Etiā est sagitta aurea, & ideo aliqui non curant, si ab ipsa lædantur. Est etiam uentus, qui lenis uidetur: transfert tamē montes de regno Dei in regnū diaboli. Itē est rete diaboli inuisibile. Vnde Prouerb. 29. Qui blādis ficiisque sermonibus loquitur, rete expandit proximo suo. ¶ Quarto potest ualere ad detestationem huius peccati, si ostendatur quātum sit nocumētū homini istud uitii. Ad quod pertinent uerba sacre scripturæ quæ sequuntur super illud, Quoniam laudatur peccator in desi-

deris animæ suę. dicit Augustinus: Hæc est ira Dei magna, ut desit correctio, & asit adulatio. Adulantium linguæ alligat homines in peccatis. Delectat enim hominē ea facere, in quibus non solum nō metuitur reprehensor, sed etiā auditur adulator. Et super illud Luca 6. Væ uobis cū benedixerint. & c. dicit glo. Magna pars pœnæ est peccatori sua scelera nō solum nō argui, sed insuper quasi benegesta laudari. Et super illud, Deus in adiutorium meum intēde, & c. dicit Augustinus: Plus nocet lingua adulatoris, quam manus persecutoris. & Prouer. 27. Meliora sunt uulnera diligētis, quam fraudulenta oscula odientis. & Ecclesiast. 7. Melius est à sapiēte corripit, quam stultorum adulatione decipi. & Eccl. 3. Popule meus, qui te beatū dicunt, ipsi te decipiunt. Item Eccl. 9. Erunt qui beatificāt populum istum seducētes, & qui beatificātur præcipitati. Adulator dicit eū, cui adulatur, quasi ad supercilium mōtis, ut ipse præcipitetur, sicut Iudæi dicuntur fecisse de Domino, Luc. 4. Item Prouerb. 11. Simulator ore decipit amicū suū. ¶ Quarto potest ualere ad detestationem huius peccati, si ostendatur adulator esse maledictus, abominabilis & detestabilis. Ad primum pertinet illud Esaiæ 5. Væ qui dicitis bonum malū. Alia litera habet, Væ qui dicitis malo, bonum

es. Et in eodē, Væ qui iustificatis impiū pro muneribus, & iustitiam iusti aufertis ab eo. Et subditur pœna propter hoc: Sicut stipulam denorat flāma ignis, & calor flammæ exurit: sic radix eorum fauilla erit. Item Ezech. 13. Væ qui consumunt puluillos sub omni cubitu manus, & faciunt ceruicalia sub capite uniuersæ ætatis. Quādoque diabolus in aliquo peccatore fatigatus est, & uult corrumpere in eo: sed uenit maledictus adulator, ut appodiet eum exēplis malis confirmādo. Ille qui peccat, quasi parietē facit inter se & Deū, sed absque temperamēto est: & citō corrumpet, sed adulator linit eū ut fortior sit: unde Ezech. 13. Ipsi edificabant parietem, illi autē linebant eū luto absque paleis. Dic ad eos qui liniunt absque temperamēto, quod casurus sit. Ad hoc uerō quod adulator detestabilis sit, pertinet illud Prouerbio. 24. Qui dicunt impio, iustus es: maledicent eis populi, & detestabuntur eos tribus. Ad hoc quod abominabilis sit, pertinet illud Prouer. 17. Qui iustificat impium, & qui condemnat iustum, uterque abominabilis est apud Deū. Ad idē pertinet quod dicit glo. super Luca 16, ubi agitur de diuitē & de Lazaro, quod potest in lingua canum, lingua adulatorum intelligi, qui uulnera lingit, dum mala, quæ in nobis reprehendimus, improbo favore laudant. Lingua enim ista, quæ

uulnera lingit, indubitatē abominabilis est. ¶ Sexto potest ualere ad detestationē huius peccati, si ostēdatur magna stultitia qua laborat adulator. Est autem una stultitia ipsius, quod ipse laudat hominē sibi ipsi, quasi uellet eum uendere. unde quidam dixit adulanti sibi: Quid me mihi laudas? nunquid mihi uendere me uis? Alia stultitia eius est, quod ipse homini adulatur, ut gratiā eius acquirat, quam tamē melius inueniret, si ueritatē ei diceret. unde Prouer. 18. Qui corripit hominem, gratiam postea inueniet apud eū magis, quam ille qui per linguæ blandimenta decipit. Et eiusdem 24. Labia deosculabitur, qui recta respondet. & ibidem: Qui arguit, laudabitur, & super eos neniet benedictio. Hoc est illud quod precipuē deest diuitibus & potentibus, uidelicet qui uerū eis dicat. Vnde Seneca: Mōstrabo tibi quid omnia possidentibus desit: scilicet qui uerum dicat, & hominem inter mentientes stupentem & pro rectis blāda audientem ad uerum perducatur. Idē: Dic illis, non quod uelint audire, sed quod uelint semper audisse.

¶ De quatuor remedijs contra peccatum adulationis.

S E Q U I T U R de remedijs contra peccatū istud. Et possunt esse quatuor cōtra istud uitium. ¶ Primum est, ut quando uetus adulationis fiat, homo ad terram desceat

descendat, ut quod infimum est & infirmū ipse in se consideret, & dicat: **Q**uoniam tu illuminas lucernam meam, Domine Deus meus, illumina tenebras meas. ¶ **R**emediū est, memoria mortis, quod remedium figuratū est Exo. 10. ubi legitur, quod orauit Moyses Dominum, qui flare fecit uentū ab occidēte uehementissimum, & arreptam locustam proiecit in mare rubrū. In locustis adultores intelliguntur, quos uentus ueniens ab occidēte proiecit in mare, dū memoria mortis eos fugat: quia uanas hominum laudes cōtemnit, qui de morte cogitat, quando ueritas apertē patebit. ¶ **T**ertū remedium est, ut homo subtiliter discernat adulatorē esse eum qui sibi loquitur. Verecundabitur enim cū cognosceret se uerilem reputari ab eo qui sibi adulationis propinat. unde Socrates cuidam sibi adulatori dixit: Nihil proficis adulator, cū te intelligam. ¶ **Q**uartum remediū est, quod homo tristem faciem adulatibus ostēdat. Tristis enim facies eos fugat, sicut hilaris facies eos multiplicat. Vnde Prouerbio. 25. Princeps qui libenter audit uerba mendacii, omnes ministros habet impios. Renuere uerō lac adulatōis, multum est acceptum patri caelesti. Quod figuratum est Genesis 22. ubi legitur Abrahā fecisse grāde cōuiuium in die ablatiōnis Isaac.

De peccato maledictionis, & de his que faciunt ad detestationem eius. CAP. VIII.

Sequitur de peccato maledictionis. Maledictionem uerō hic intelligo mali imprecationē. Contra quod peccatū, ¶ **P**rimo possunt ualere uerba sacre scripturæ, quæ illud dissuadent, Vt est illud ad Roman. 12. Benedicite, & nolite maledicere. Et illud 2. Pet. 3. Non reddentes malum pro malo, uel maledictum pro maledicto. ¶ **S**ecūdo ualere possunt ad hoc exempla. Sicut est illud quod legitur de Domino Iesu Christo 1. Petri 2. Qui cū malediceretur, nō maledicebat. Et illud Apostoli 1. ad Corinth. 4. Maledicimur, & benedicimus. ¶ **T**ertio potest ualere contra hoc peccatū, si ostēdatur multiplex malū quod sequitur ex eo. Primum malum est amissio regni æterni. Vnde 1. ad Corinth. 6. Neque maledici, neque rapaces regnum Dei possidebunt. Aliud malum est, quod maledictio quā aliquis facit, super caput maledicentis reuertitur. Vnde Prouerbior. 26. Sicut auis ad alta transuolans, & passer quolibet uadēs: sic maledictū frustra prolatū in quēpiā superueniet. Ideo autē dicitur, frustra prolatū: quia est maledictū iuxta diuinā iustitiā prolatū: ut est illud Act. 8. Pecunia tua tecū sit in perditionē. Et tale maledictum uenit super illū cui maledicitur. Maledictum uerō super

causā

causā prolatū uenit super eū qui maledicit. unde Ecclesi. 27. Qui in altum mittit lapidē, super caput eius cadet. & Gene. 27. Qui maledixerit tibi, sit ille maledictus. Et in Psal. Maledicent illi, & tu benedices. & Matth. quinto: Beati estis, cū maledixerint uobis homines, &c. ¶ **Q**uarto potest ualere ad detestationem huius peccati, si ostēdatur perueritas eorum, qui male agentibus maledicunt. Cum enim illi qui male agunt infirmi sint, cōpatiendum esset eis, & pro eis orādum. Non esset malum imprecandum eis, cum plus malum habeant quā expediat. ¶ **Q**uinto potest ualere contra peccatum hoc, quod maledicere adeo est illicitum, quod non est licitum maledicere diabolo. unde Ecclesiasti. 24. Dum maledicit impius diabolum: maledicit ipse animam suam. Et dupliciter intelligi potest. Vno modo sic, Cum impius maledicit diabolum: id est, cum dicit eum maledictū & cōdemnatum, ipse maledicit animam suam: id est, damnatam & maledictam ostēdit, cum maledictum imitetur. unde ad Roman. 2. Inexcusabiles es o homo omnis qui iudicas. In quo enim iudicas alium, te ipsum condemnas. Alio modo sic intelligitur, Cū impius maledicit diabolo: id est, malum optat diabolo, ipse maledicit animam suam: id est, maledictio culpæ & pœnæ subiicit. Cū enim

diabolus sit creatura Dei, peccatum est malum optare ei. Vnde in Canonica Iudæ, ubi legitur, quod cum Michael archangelus cū diabolo disputās altercaretur de Moyse corpore, non est ausus inferre iudicium blasphemix, sed dixit: Imperet tibi Dominus. dicit gloss. ubique uel quando cunque hæc altercatio angeli facta fuit cum diabolo sibi aduersanti, blasphemiam dicere noluit, sed modoesto cum sermone cōtrouersit: quāto magis hominibus omnis blasphemia est cauenda? Item gloss. Diabolus in substantia est bonus, sed in uoluntate est malus. Et ideo ab angelo non blasphematur, quia aliquid proferre aduersus bonā naturam, blasphemiam reputat archangelus. Simile habetur Zachariæ 3. ubi sic legitur: Ostēdit mihi Dominus Iesum sacerdotem magnum stantem coram angelo Domini, & satā stabat à dextris eius ut aduersaretur ei. Et dixit Dominus ad satā: Increpet in te Dominus satā, & increpet in te Dominus, qui elegit Ierusalem. Præcipue uerō cauendum est parentibus à maledictione filiorum: quoniam illæ maledictiones magis nociuæ solent esse. Ecclesiastici 3. Benedictio patris firmat domos filiorum: maledictio autem matris, eradicat fundamenta. Valde impium est, quod mater optat malum filio, quod nō licet ei diabolo optare.

De

De peccato conuicii, & de his
quæ cohibent homines ab hoc
peccato. CAP. IX.

SEquitur de peccato cõuicii,
à quo peccato, ¶ Primo de-
beret cohibere hoc, quod con-
uiciũ multũ uulnerat cor eius,
cui dicitur Ecclesiast. 28. Flagel-
li plaga liuorẽ facit: plaga autẽ
linguę comminuet ossa. Hiero-
nym. Sicut homo cauet ne per-
cutiat aliquem cum baculo: sic
cauere debet ne percutiat eum
cõuicio. ¶ Secũdo deberet co-
hibere homines à cõuicio hoc,
quod cõuiciũ charitatem seu
amicitiã destruit, quæ est uia ex-
cellentior. Vnde Ecclesiast. 22.
Mittẽs lapidẽ in uolatilia, dei-
ciet illa: sic & qui conuiciatur
a 20, dissoluit amicitia. ¶ Ter-
tio deberet cohibere à uitiõ
hoc, quod non de facili fit con-
cordatio post cõuiciũ dictũ,
Vnde Ecclesiast. 21. Ad amicum
etsi produxeris gladiũ, non de-
speres. Est enim regressus ad
amicum. Si aperuit os triste, nõ
timeas: est enim cõcordatio: ex-
cepto conuicio, & improprio
& superbia & mysterii reuelã-
tione, & plaga dolosa. ¶ Quar-
to deberet homines cohibere à
peccato conuicii, q̄ homo as-
suetus huic peccato uix corri-
gitur. Vnde Ecclesiast. 23. Homo
assuetus uerbis improprietatis, in
omnibus diebus suis non eru-
diatur. ¶ Quinto deberet cohi-
bere homines à conuicio hoc,
quod illi qui cõuicia dicũt, fre-

quenter conuicia audiunt. Vn-
de Sapiens: Qui pergit dicere
quæ uult, audiet quæ non uult.
Prouerbior. decimotertio: Im-
pius confundit & confundetur,
Prou. 26. Qui uoluit lapidẽ, re-
uertetur ad eum. ¶ Sexto debe-
ret cohibere homines à conuicio
hoc, quod conuiciũ dignũ
facit hominẽ morte æterna. Vn-
de Matthei quinto: Qui dixerit
fratri suo, fatue, reus erit gehẽ-
næ ignis. ¶ Septimo deberet co-
hibere homines à cõuicio hoc,
quia dicere conuiciũ libenter
homini, signum est impietatis
& magnæ peruersitatis. unde
Prouerbio. 10. Labia iusti consi-
derant placita, & os impiorum
peruersa. Cũ ex abundãtia cor-
dis os loquatur. Matt. 12. Vitio-
sum est cor unde frequẽter exit
conuiciũ: & in ueritate rusti-
cus est, qui rusticitatem libenter
dicit. Quod ualde peruersus fit
qui conuiciũ dicit, ex hoc po-
test patere: quia aut conuiciũ
quod ipse dicit est malũ pœnæ,
aut malũ culpe. Si malum pœ-
næ est, cum malum pœnæ à Deo
fit, ipse dicendo opprobriũ ho-
mini, exprobrat creatori eius.
Prouerbiorum 17. Qui despiciit
pauperẽ, exprobrat factori eius.
Si uerõ est malũ culpe, diabe-
licum est gaudere de hoc quod
aliquis illud commiserit. Leuit.
19. Si habitauerit aduena in ter-
ra uestra, & moratus fuerit in-
ter uos, non exprobratis ei,
sed sit inter uos quasi indige-

na. Aduena est homo, q̄ magnus
peccator fuit, cui peccatũ suum
exprobrandũ nõ est. Vnde Eccl.
8. Ne despicias hominẽ auerten-
tem se à peccato, neq; imprope-
res eimemento quoniã omnes
in corruptione sumus. Speciali-
ter autẽ cauendũ est ne conuitiũ
correctiõis admisceatur: sicut fa-
ciunt quidã qui sub specie cor-
rectiõis cõuiciantur homini-
bus, unde Eccl. 19. Est correctio
mẽdax in ore cõtumeliosi. Verẽ
mẽdax est talis correctio. Mẽti-
tur enim talẽ correctiõem, cũ
potius sit cõticiatio. Tullius in
tracta. de Amicitia: Monere &
moneri est officiũ ueræ amici-
tiæ, ita tamen q̄ adulatione ca-
reat admonitiõ, & contumelia
obiurgatio. & Prou. 12. Qui iua-
nis est, uiuit in moderationibus,
in suis admonitionibus relinqt
contumeliã. Homo mansuetus
moderatẽ corrigit, & sic uitã ani-
mæ suæ seruat: homo iracundus
immoderatẽ corripit, & sic uitã
perdit. Cauendũ est ab im-
moderata & immãsueta correptio-
ne. Nisi enim homo caueat sibi,
ipse ignẽ incẽdit quẽ debuit ex-
tinguere, & occidit quẽ debuit
sanare, & tenetur de dano quod
uerbũ incautẽ ab eo prolaturũ fe-
cerit. Ad primum pertinet illud
Eccl. 8. Nõ incendas carbones
peccatorũ arguẽs eos. Ad secun-
dũ pertinet illud Prou. 15. Lin-
gua placabilis lignũ uitæ: quæ
autẽ immoderata est, conteret
spiritũ. Lingua mãsueta lignum

seu arbor uitæ est. Occasio enim
uitæ spiritualis est illis quos cor-
ripit: sed lingua immoderata
cõteret spiritũ tam corripiẽtis,
quàm eius qui corrigitur. Ad ter-
tiũ pertinet illud Exod. 22. Si e-
gressus ignis inuenerit spicas,
& cõprehenderit aceros fru-
gũ, siue stantes segetes in agris,
reddet damnũ qui ignem succẽ-
derit, quod de igne iræ potest
intelligi, cuius damnũ tene-
tur reddere, qui uerbo incauto
illud succenderit.

De peccato cõtentionis, & de eius
prohibitione. CAP. X.

SEquitur de peccato conten-
tionis. A quo peccato, Primõ
deberet cohibere homines, quæ
Augu. Nihil est similis actibus
dæmonum, quàm litigare, unde
seruos diaboli nõ Dẽi se ostẽ-
dunt, qui litigant. 2. ad Timo. 2.
Seruũ domini non oportet liti-
gare, sed mansuetũ esse ad o-
mnes. Item Apost. 1. Corint. 11. Si
quis uult contentiosus esse, nõs
talẽ consuetudinẽ nõ habemus.
¶ Secundo deberet homines co-
hibere à cõtentione hoc, quod
separare se à cõtentione, nobile
est. unde Prou. 20. Honor est ho-
mini, qui separat se à cõtentione.
Contẽdere autẽ ignominio-
sum est. Sene. Muliebri est liti-
gare. ¶ Tertio deberet cohibe-
re homines à cõtentione hoc,
q̄ litigare signũ est stultitiæ seu
superbiæ, & peruersitatis, & ma-
litia. Ad primum pertinet illud
Prouer. 18. Labia stulti miscẽt
OO se

se rixis, & illud 20. Omnes autē stulti mīscētur contumelios. In uerbo mīscēdi, quia commissio est inseparabilis unio, intelligitur quod stulti à cōtentione separari nō possunt. Ad secundum pertinet illud Prouer. 16. Homo peruersus suscitāt lites. & 26. Sicut qui apprehēdit auribus canē, sic pertransit impatiēs, & cōmīscetur rixā alterius. Ad tertium pertinet illud Prou. 17. Semper iurgia quærit malus: angelus autē crudelis mittit cōtra eum. Hoc erit in morte, quādo angelus malus ad eū uenerit, ut eum deferat in infernū. Vel angelus malus potest intelligi aliq̄ malus homo ad eum missus: ut dicitur uulgariter, iste est malus, sed quandoque inueniet parē suū. ¶ Quarto deberet cohibere homines à cōtentione hoc, quod multa mala inde proueniunt. Vnde Eccl. 22. Ante ignem camini uapor & fumus ignis inaltatur: sic & ante sanguinem maledicta, & cōtumeliā, & minā. Et eiusd. 11. A scintilla una augetur ignis. Et 28. Certamen festinatū incendit ignem: lis festinans effundit sanguinem. ¶ Quinto deberet cohibere homines à cōtentione hoc, quod abstinere à lite magni meriti est, unde legitur in Vitis patrum, quod orante Machario uox insonuit ad eum, dicēs: Nō dum ad mensuram duarum mulierū peruenisti quæ habitāt in proxima ciuitate. Cūque Macharius intrans ciuitatem quæsiuif-

set conuersationē earū ab ipsīs, dixerunt quod erant uxores duorū fratrum, & per xv. annos simul fuerant, & nūquā aliqua earum aliam dicto uel facto contristauerat, & statuerāt in corde suo, ut usque ad mortem uerbū inter se secularē non loquerētur, & libenter intrassent religionē, si uiri earum permisissent. Vnū eorū, in quibus consistebat meritum harum mulierū, erat hoc, quod litem nō habuerant adinuicem. Animus uerē innocens nescit litigare. Vnde legitur in Vitis patrum, quod duo senes erant in una cella, qui nunquam habuerant litem inter se. Dixit ergo unus, Faciamus litem inter nos, & ponamus laterē in medio, & uterq; dicat, quod suus sit, quia nescimus quid sit cōtētio. Cum positus fuisset later, & iam unus diceret, Meus est. Alter respondit, Ego spero quod meus est. Cū autē primus diceret, Nō est tuus, sed meus. Alter respondit, Si tuus est, tolle eū. Et sic nō inuenerunt materiam litigandi.

¶ Quod maxime cum quinque personis cauenda sit contentio.

ET licet uniuersaliter deducenda sit cōtētio, præcipue tamen cū quinque personis, scilicet cum homine potente, unde Eccl. 8. Nō litiges cum homine potente, ne fortē incidas in manus illius. Et cum homine locuplete. Ibidem: Non cōtendas cū homine locuplete, ne fortē contra te constituat litem tibi. Mul-

tos enim perdidit aurum & argētum. Et cū homine linguato, unde Eccl. 7. Non litiges cum homine linguato, neque struas in igne illius ligna. Et cum homine iracundo, unde in eodem: Cum iracundo nō facias rixam. Item cum propria uxore. Ex quo enim aliquis litem habere cœperit cum uxore, nunquam habebit quietē. Prouer. 19. Testis iugiter perfillātia, litigiosa mulier. Qui in domo perfillātia est, quādo uult declinare unum scilicet in uno loco, inuenit illud in alio, & ita nō inuenit ibi quietem. Sic uir & uxor quietē nō inueniunt, ex quo cœperint litigiosi esse, & ualde male est eis, quantascunque delicias habeant, unde Prouer. 27. Melior est buccella sicca cum gaudio, quā domus plena uicimis cū iurgio. & licet de nulla re litigandum sit, præcipite tamen nō est litigandum de re, quæ hominem nō molestat. Vnde Eccl. 11. De illa re quæ te non molestat, ne certaueris.

De peccato derisionis. CAP. XI.

DE derisione quam mali faciunt bonis, breuiter pertransimus, cum de ea dictū sit in tract. de ornatu, in cap. de uerecundia. Hoc solū addētes quod legitur Neemias dixisse 2. Esdr. 4. quū Tobias Ammo nites irideret Iudeos ædificantes, dicēs: Si ascenderit uulpes, transiliet murū eorum lapideū: audi, inquit, Deus noster, quia facti su-

mus despectui: cōuertē opprobriū super caput eorū, & paulō post subditur. Ne operias iniquitatē eorū coram facie tua, & peccata eorū nō deleantur: quia irriserunt ædificantes.

De peccato prauī cōsiliī, & de his quæ deberēt cohibere homines ab hoc peccato. CAP. XII.

SEQUITUR de peccato prauī cōsiliī. A quo peccato deberet cohibere homines. Primō quod prauus cōsiliarius proditor est. Decipit enim eū qui in eo cōsiliū petit: quod nō est paruū peccatū, unde Prou. 26. Sicut noxius est qui mittit lanceas & sagittas in mortē: ita uir qui fraudulēter nocet amico suo. ¶ Secūdo deberet cohibere homines ab hoc peccato, quod prauī cōsiliarij quasi omnia mala faciūt: sic tamen ut nihil mali fecisse uideantur. Ipsi dant palmas in faciem Christi & in mēbris eius, dicentes: Prophetiza nobis Christe, quis est qui te percussit: ut legitur factū fuisse Matth. 26. Cum dominus captus teneretur: quasi dominus ignorare possit astutias eorum, cum scriptum sit Iob 12. Ipse nouit decipientē, & eū qui decipitur. ¶ Tertio deberet cohibere homines ab hoc peccato, quod cōsiliarius prauus illud cōsiliū, quod ipse uult dare contra aliquos, primo dat cōtra seipsum, istud enim habet iustitię omnis iniustitia, quod quicquid que ut ipse nocere alij, primo nocet sibi.

Omnis laqueus deceptiōis primo capit eum qui tetendit: Omnis gladius persecutiōis spiritaliter primo transuerberat eū qui eo utitur. unde Eccle. 27. Qui fodit foueā, incidet in eā: & qui statuit lapidem proximo, offendet in eo: & qui laqueū alicui ponit, peribit in illo. Faciēti consiliū nequissimū super illum deuoluetur, & nō agnoscat unde hoc ueniat illi. Vnde Prouer. 26. Qui fodit foueā, incidet in eā: qui uoluit lapidē, reuertetur ad eū. Et Psalm. Laciū aperuit & effodit &c. Hoc est figuratum 1. Reg. 17. In hoc q̄ Goliath proprio gladio decapitatus est: Et Esther 7. In hoc quod Amā suspensus est in patibulo quod parauerat Mardocheo. Pravi consiliarii de rapinis & exactiōibus quas fieri faciunt, habēt peccatum, & ad restitutionē tenentur, cum alii habeant lucrū. Consilio eorum bene acquiescitur in malis faciendis, in bonis uerō minimē. Quandoque modico tempore plus mali faciunt, quam toto tēpore uitæ suæ possint emendare, unde nullū peccatū est q̄ magis impediāt homines à salute, q̄ istud. ¶ Quarto, deberet cohibere homines ab hoc peccato, q̄ peccatū istud multū nociuū est ecclesie Dei. Vnus enim malus consiliarius destruit quandoq; totam unam patriam. Ad magnā malitiā prauū consiliariū, referri potest illud Eccle. 31. Nequius oculo quid

creatum est? Consiliarius enim alicuius oculus dicitur. unde Matth. 5. Si oculus tuus scandalizat te, &c. Si consiliarius alicuius principis malus est, negotia eius malē disponentur. Vnde Matth. 6. Si oculus tuus nequam fuerit, totū corpus tuū tenebrōsum erit. ¶ Quinto deberet cohibere homines ab hoc peccato, quod quandoq; illi qui astuti sunt ad dandum consilia nociua aliis, in cōsulendo sibiipsis iusto Dei consilio fatui inueniuntur. unde Iob 12. legitur q̄ Deus adducit cōsiliarios in stultum finem. Legitur etiā Iob 5. de domino: Qui apprehēdit sapientes in astutia eorū, & consilium prauorū dissipat. Sic enim cauendum est homini, ne prauo cōsilio acquiescat. unde Eccle. 6. Multi pacifici sint tibi, sed consiliarius unus de mille. & Eccle. 37. A consiliario malo serua animā tuā: prius scito quæ sit illius necessitas, & quid ipse cogitabit, ne fortē mittat sudem in terrā, & dicat tibi, Bona est uia tua.

¶ *A quibus personis consilium sumendum est.*

CAVENDVM etiā est homini ne consilium querat à iuuenibus. Hac enim de causa Ro boam partē regni amittit: quia acquieuit consilio iuuenū, relicto consilio senum: ut legitur 3. Reg. 12. Item cauendū est homini, ne amatores huius mūdi consulat de salute animæ suæ. unde Eccle. 37. Noli consiliari cū so-

cerq

tero tuo. Socer est mūdus iste, qui quodammo do est pater carnis, quæ uxor spiritus est, cū quo consilium habendum nō est de salute animæ. Quod figuratum est Genes. 31. In hoc quod Iacob recessit à Laban, ipso nesciente. Bernard. Angelus magni consilii uocat te, & alienum cōsiliū prætolare. Idem: Amicos consulat, qui non legit quod inimi ci homines domestici eius. Esa. 19. Sapientes consiliarii Pharaonis dederunt consiliū insipiens. Cauendū est etiam homini ne consiliū cum stulto habeat. Vnde Eccle. 8. Cum fatiis cōsiliū nō habeas: non enim poterunt diligere, nisi quæ placent eis.

De seminantibus discordias, & de his quæ cohibent ab hoc peccato. CAP. XII.

Peccato eorum, qui semināt discordias, primō deberet homines cohibere hoc, q̄ illud peccatum adeo est exosum Deo. Vnde Prouerb. 6. Sex sunt quæ odit dominus, & septimum detestatur anima eius, Oculos sublimis, &c. Et numerat Salomon 7. loco, eum qui seminat inter fratres discordias: tāquam magis exosum Deo, quam alios peccatores. Nec mirum, si Deus odiat eos qui seminant discordias in ecclesia. Magis enim uidentur nocere ei qui hoc faciūt, quam qui proprium corpus eius crucifixerunt. Plus enim dilexit Christus corpus ecclesie, quam corpus proprium, quom

pro corpore ecclesie, corpus propriū morti exposuerit. unde qui fodiūt corpus ecclesie, unitatem eius diuidendo, magis uidentur nocere ei, quam qui corpus eius proprium foderūt, continuitatem in eo diuidendo. Ad ostendendum quod nullo modo uolebat scindi corpus ecclesie per discordias, uoluit ipse tu nicam inconsutilem in diuisam manere. Ioan. 19. ¶ Secundo deberet cohibere homines ab hoc peccato hoc, quod nihil magis nociuum est corpori humano, quam diuisio unitatis, nec magis nociuū est ecclesie Dei, quam diuisio unitatis. Ex uno uerbo quod dicit ille qui discordiam seminat, quandoque nascitur discordia tāta, ex qua destruitur patria una, unde magis malitiæ est seminare semen tale, cum ex uno gradu illius, talis messis surgat. ¶ Tertio deberet cohibere homines ab hoc peccato hoc, quod opus illud diabolicum est, & contrarium operi Christi. unde de diabolo scriptum est, Ioan. 10. quod dispergit oues. Christus uerō de se dicit Matthæ. 12. Qui non colligit mecū, dispergit. Ad Christum & ad seruos eius pertinet unire & pacificare. Matthæi 5. Beati pacifici, quoniā filii Dei uocabuntur. Hac de causa filius Dei uenit in mundum, ut pacem reformaret in mundo. Ad diabolū uerō pertinet dispergere.

De peccato bilinguism, & de his
quæ deberet hominẽ cohibere ab
hoc peccato. CAP. XIII.

Sequitur de peccato bilin-
guum. Bilingues autem dicuntur, qui mala loquuntur de hominibus in absentia, & bona in presentia: uel qui præterdunt quod bona intentione dicant, uel causa ioci illud quod proferrunt, cum malam habeant intentionem. ¶ A quo peccato primo deberet homines cohibere hoc, quod multum displicet Deo. Vnde Prou. 8. dicit sapientia increata, quæ est filius Dei: Arrogantia & superbia, & uitam prauam, & os bilingue detestor. Nec mirum si Deus detestatur os bilingue, cum monstrum sit. Nullum animal bilingue inuenitur, excepto serpente, qui bilinguis est, iuxta uulgi opinionem, quia propter uelocitatem motum linguæ sic apparet. ¶ Secundo deberet cohibere homines à peccato hoc, quod ualde nocuum est proximo. Vnde Prouer. 18. Verba bilinguis quasi simplicia, & ipsa perueniunt usque ad inferiora uentris: id est, ad interiora mentis. Dicuntur autem uerba bilinguis quasi simplicia, quia sub prætextu ioci uel bonæ intentionis ea dicuntur: tamen cor audientis multum ledunt. unde de ipsis potest intelligi illud Psalmi. Molliti sunt sermones eius super oleum, & ipsi sunt iacula. ¶ Tertio deberet cohibere homines à peccato hoc, quod multum nocet proprio subiecto. ¶ Pri-

mo quia ponit illud in magno periculo: si enim est in magno periculo qui unicam linguam habet, in quanto periculo est ille, qui bilinguis est: uix sufficit aliquis unicam linguam regere. ¶ Secundo nocet: quia ponit hominem in opprobrio & fama mala. unde Eccl. 5. Denotatio pessima super bilinguem. Denotatio est digiti ostensio confusione plena. Item Eccl. 6. Improperium & contumelia malus hereditabit, & omnibus peccator inuidus & bilinguis. ¶ Tertio nocet, quia hominem reddit maledictum. Vnde Ecclesia. 18. Sufurro & bilinguis maledictus. Multos enim turbauit pacem habentes. Bilingues sunt pseudoapostoli uariis linguis loquentes. A peccato uero isto præcipue cauendum est illis qui legem Dei habent alios docere. unde 1. Timo. 3. Diaconos similiter pudicos, non bilingues, non multo, &c.

De peccato amantium rumores.

CAP. XV.

A hoc peccato præcipue cauendum est claustralibus, unde Bern. rumorẽ in claustro enumerat inter XI. abusiones claustri. Duodecim uero abusiones claustri hæc sunt. Prælati negligens, discipulus inobediens, iuuenis otiosus, senex obstinatus, monachus curialis, religiosus caustidicus, pãnus pretiosus, cibus exquisitus, rumor in claustro, lis in capitulo, dissolutio in choro, irreuerentia circa altare. De

De peccato iactantia, & de his
quæ ualent contra illud.

CAP. XVI.

Peccatum iactantia diffuadet Prou. 27. ubi legitur, Laudet te alienus, & non os tuum. possunt autem ualere contra peccatum istud, Primo exempla: ut est illud, quod legitur Daniel. 4. de Nabuchodonosor, quod uerba iactantia proferebat in fine, dicens: Hæc est Babilonia ciuitas magna, quam ego edificauit in domuregni, in robore fortitudinis meæ, & in gloria decoris mei. Et cum adhuc sermo esset in ore regis, uox de celo ruit, Tibi dicitur Nabuchodonosor rex, Regnum tuum transit à te. Legitur etiã in Vitis patrũ, de quodã eremita, qui pollens omnibus animi uirtutibus cepit iactare se, & diabolus in specie mulieris uenit ad speluncam eius, dicens quod à bestiis nocte esset denotandus, nisi susciperetur eius hospitio: quæ suscipita diuersis blandimentis inducit eum ad hoc quod membra eius singulatim tangeret: & cum inclinaret se ut eã fecedẽ amplecteretur, ipsa euauit, deridens eum: & multitudo demonum clamant: Omnino nache, qui te usque ad stellas extollebas, quomodo demersus es in infernum? Disce, Qui se exaltat, humiliabitur. Tunc ille desperans & fugies præ confusione à conspectu omnium religiosorum, reuersus est ad seculum tradens se omni immodicitia, ne quis eum salubribus monitis de præcepto reuoca-

ret. Item in regione Thebaide manente quodã eremita Apollonio, uita probatissima, dixit ei uox de celo, Apollonio, per te perdam sapientiam sapientum, & etiam in Aegypto omnem culturam demonum subruens. At ille ait: Aufer à me iactantia, ne forte elatus super fratres meos cadã ab omnibus bonis, & dixit uox: Mitte manus tuas ad ceruices tuas: & quod comprehendere, constringe, & sub arena subruet. & continuo apposita manu ad ceruices apprehendit paruũ Aethiopem clamantẽ & dicentẽ: Ego sum superbia demon. Et iterum uox ait: Perge nunc quocumque uolueris in Deo securus. ¶ Secundo potest ualere contra peccatum iactantia, si manifestetur stultitia eius qui hoc uitio laborat. Notandum ergo, quod ille qui iactat se ore proprio, seipsum quãdã occidit. unde Prou. 18. Os stulti contritio illius. Filios autem suos ore proprio comedit, dum bona opera se iactando de illis amittit. Ipse etiã Dei gratiam effundit. unde Ecc. 20. Gratia fatuorum effunditur. Ipse laudẽ, quã amat, in loco ponit ubi sordeat: scilicet in ore proprio. omnis enim laus in ore proprio sordescit. Ipse etiã testimonium fert de seipso. Io. 8. Tu de teipso testimonium perhibes: testimonium tuum non est uerum. Hoc de Christo nõ habet locum, quum se solus cognoscat, & ipsi soli credendum est, iuxta uerbum Hilarii: Soli Deo de se credendum. O O 4 dum

dum est, qui se solus nouit. Sed in aliis uerū est quod dicitur 1. Corin. 10. Nō qui seipsum commēdat, ille probatus est, sed quē Deus commēdat. Ille qui iactat se, est idolū seipsum colēs, & de seipso cantans. Ipse similis est gallinā, quā postquā fecit ouū, non cessat clamare donec perpenditur, q̄ ouum fecit: & sic ouum amittit. Sic ille qui iactat se, tacere non potest, donec bonum opus, quod fecit amiserit. ¶ Tertio potest ualere contra hoc peccatū, si ostēdantur mala quæ ex eo sequuntur. Notandum ergo q̄ ex hoc peccato sequuntur iurgia. Vnde Prou. 28. Qui se iactat & dilatat, iurgia cōcitāt. Sequuntur etiā inde odiū, unde Sapies: Vitiosa iactatio est, affertq; audietibus non tantūmodo fastidiū, sed plerunq; odiū. Hoc tamē sciendū est, q̄ licet uiris bonis opera sua bona quandoq; dicere ad Dei gloriā. Vnde 2. ad Corinth. 11. dicit Paulus: Aestimo enim me nihil minus fecisse à magnis apostolis. Licet etiam ea dicere ad reuelationē spei. Vnde Esaia 38. dicit Ezechias: Memēto quæso domine quomodo ambulauerim coram te in ueritate.

De secretorum reuelatione.

CAP. XVII.

A Secretorum reuelatione debent hominē cōhibere, tria. ¶ Primum est, hoc quod legitur Eccl. 27. Qui denudat arcana amici, perdit fidem. ¶ Se-

cundum est, quod legitur Eccl. 22. Est concordatio ad amicū, excepto conuicio & improperio, & superbia, & mysteri reuelatione, & plaga dolosa, unde reuelatio secreti est unū eorum, de quibus uix fit concordatio. ¶ Tertium est hoc, q̄ si aliquis infamatus fuerit illa reuelatione, uix potest ei restitui damnum quod suscepit. Vnde Prou. 28. Quæ uiderūt oculi tui, ne proferas in iurgio citō, ne postea emendare non possis cum dehonesta ueris amicū tuum.

De peccato indiscreta promissionis.

CAP. XVIII.

Peccatum indiscreta comminationis fugere debemus. ¶ Primo exēplo Christi, de quo legitur 1. Petri secūdo. Qui cum pateretur, non cōminabat. ¶ Secundo debet cōhibere ab eo ut demus locum timori Dei. Vnde Eccl. 19. Corripe amicū antequam cōmineris, & da locū timori Altissimi. Altissimi timori dat locū, qui potius uult q̄ homines dimittāt peccare timore Dei, quā timore humano. ¶ Tertio, quia comminationes multū offendunt hominē, & multa mala inde sequuntur. Eccl. 22. Ante sanguinē maledicta, & contumeliæ, & minæ. ¶ Quarto cauendum est à comminationibus, ne stultiores nos ostendamus quā simus. Homo qui cōminari consueuit, ostēdit se stultiorē quā sit, quia multā cōminatur quæ nunquam facturus sit.

fit. Vnde Prouer. 14. Qui impatiens est, exaltat stultitiam suam.

De peccato indiscreta promissionis.

CAP. XIX.

Indiscreta promissionis peccatum fugere debent homines, propter tria mala quæ inde sequuntur. ¶ Primum est, remorsio propriæ conscientiæ. Vnde Prouer. 12. Est qui promittit, & quasi gladio pungitur cōscientiæ. Hoc fit quando non soluit, quod promittit. Secundū malum est, q̄ inimicitias eius incurrit cui promittit, & nō soluit. unde Eccl. 20. Est qui præ confusione promittit amico, & lucratus est eum inimicū gratis. ¶ Tertium malum est, q̄ tenetur soluere qd̄ promittit. Vnde Ecc. 8. Ne respōdeas supra uirtutē tuā: q̄ si sponderis, quasi restituēs cogita. Specialiter autem cauere debemus à uoto indiscreto, ne scilicet uoueamus, qd̄ implere nolumus. In quo multū peccant aliqui claustrales, qui uouēt ea quæ sciunt se nō impleturos: in quo etiam aliqui multū peccāt, qui suscipiēdo sacros ordines cōtinētiā promittūt, quā tamē nō proponūt seruare, qd̄ ualde periculosum est. Vnde Prou. 20. Ruina est homini deuorare sanctos, id est, de uoto suo honorare sanctos, & post uotum retractare. & Ec. 5. Meli⁹ est nō uouere, quā post uotū promissa nō reddere. licet in eodē: Si quid uouisti Deo, nō moreris reddere. Displicet enim infidelis, & stulta promissio.

De uerbo otioso, & de his quæ deberent hominē ab his cōhibere.

CAP. XX.

Notandum, quod uerbum otiosum secūdū Hiero. est qd̄ sine utilitate loquētis dicit, aut audietis. Verba uero scurrilia & turpia nō sunt cōputanda inter otiosa. Vnde Hieron. Qui scurrilitatem replicat, & cachinnis ora dissoluit, uel aliqd̄ profert turpitudinis, nō otiosus sermonis, sed criminosis reus tenetur. ¶ Multa uero sunt quæ deberent hominē cōhibere à uerbis otiosis. ¶ Primū est hoc, q̄ cum uir iustus cælū sit, os eius porta celi est. Et ideo aperiēdum non est absq; magna causa. Legimus enim cælū ad literam multoties apertum fuisse: sed nunquam legitur quin aliquod mirū sublecutū sit. legitur in Psal. Et ianuæ celi aperuit. & subditur: Et pluit illis manna ad māducandū. Legitur etiam Luc. 3. q̄ Iesu baptizato & orante, apertum est cælum. Et subditur, q̄ descēdit spiritus sanctus. Vox etiā patris audita est. Item cū beatus Stephanus lapidaretur, aperti sunt celi, & uidit Iesum stantē à dextris Dei & gloriā ipsius. & sic quando porta celi spiritualis aperitur, scilicet os uiri iusti, debet inde exire māna, uel uerbū dulcis cōsolationis, uel uerbū quo Spiritus sanctus datur, uel uerbum quo Spiritus sanctus uel ipsius gratia hominibus ostenditur. Sed de quibusdam cum

OO 5 expect

expectatur ut exeat manna, exit potius rana, aliquid scilicet garulitatis. ¶ Secundo deberet homines cohibere ab otiosis uerbis hoc, quod lingua calamus est Spiritus sancti. unde Psalm. Lingua mea calamus scribæ uelociter scribentis. Solent offendere scriptores quādo calamo eorum aliquid inutile scriptitur, & illud proficiunt: sic Spiritus sanctus quandoque linguam illam repellit, quæ uerbis otiosis se exponit. ¶ Tertio deberet cohibere homines à uerbis otiosis hoc, quod loquela naturaliter in solis rationem habētibus inuenitur, unde per se data est loquela rationi, & ideo sine ratione fieri nō debet. ¶ Quarto deberet cohibere homines à uerbo otioso hoc, quod omnia uerba ad examen Dei ueniunt, unde Mat. 12. De omni uerbo otioso quod locutus fuerint homines, reddēt in die iudicii rationē. & Eccl. ulti. Cuncta quæ fiunt adducet Deus in iudicium pro omni errato, &c. & dicit gloss. quod etiam de uerbo ignorant prolato hoc intelligitur. Vnde debemus uerba nostra hic examinare, ut per examen illud possint transire. ¶ Quinto deberet cohibere homines à uerbo otioso hoc, quod homo est uelut castrum obsessum undique. unde Psalm. Inimici mei animam meam circūderūt, &c. Os uero hominis porta est, per quam sæpe hoc castrum captum est: ideo porta ista dili-

genter est custodienda, & non ad uerba inutilia aperienda. ¶ Sexto deberet cohibere homines à uerbo otioso hoc, quod thesaurus magnus est in homine, unde Apostolus 2. ad Corin. 4. Theaurum habemus in uasis fictilibus. Ideo qui thesaurum suum non uult amittere, os suum clausum diligenter debet custodire. ¶ Septimo utilitas magna quæ ex uerbis potest prouenire. Verbo enim uno potest homo in oratione regnum æternum mereri. Item uno uerbo potest dari occasio salutis pluribus animabus. Vnde ex magna corruptione prouenit hoc, quod homo otiosa & inutilia loquitur libenter, ex quo potest ad id utilia loqui. Hoc autē præcipue reprehensibile est in sacerdotibus. Vnde Bern. Inter seculares nugæ sunt, in ore sacerdotis blasphemias. Interdū si incidat, ferenda forsitan, referēde nūquam. Consecrasti os tuū Euangelio: talibus iam aperire illicitum est, affluere sacrilegium. Labia sacerdotū custodiūt scientiam, & legē requirent ex ore eius, nō nugæ uel fabulas. Verbum scurrilitatis, quod faceti uerbanie nomine colorant, non sufficit ab ore peregrinari, pul ab ore est relegandum: scdē ad cachinnos moueris, scdē ad ues. Hierony. Beata lingua, quæ nō nouit nisi de diuinis texere sermonem. Aliqui uero sunt qui non multū curant cauere à uer-

bis

bis otiosis, uel ab aliis uenialibus peccatis, eò quod talia peccata sibi parua uidentur.

¶ De quinque timendis circa uenialia peccata.

IDE O notādū, quod quinq; sunt, quæ debet homo timere circa uenialia peccata. ¶ Primū est multitudo eorū. Vnde Aug. Ista leuia contēnere noli. Si contēnis quādo appēdis, expauesce quādo cōnumerat. ¶ Secundū est hoc, quod pro talibus ad iudicium Dei sumus trahēdi. Vnde super illud Iob 31. Nōne uias meas ipse considerat? dicit gloss. Sic Deus uniuscuiusque uias considerat, sic gressus dinumerat, ut nec minutissimæ cogitationes actenuissima uerba quæ apud nos usu uiluerunt, eius iudicio indiscussa remaneant. Sed quæ ratio poterit reddi de uerbis otiosis, cum ipsa sine ratione dicantur? Vnde Bernar. Si præterea uerbu otiosum est quod nullam rationabilē causam habeat, quam rationē reddere poterimus de eo quod est præter rationem? licet cōfabulari, aiunt, donec prætereat hora, quam tibi ad agendam pœnitētiā, ad obtinendam ueniam, ad accipiendam gratiam, ad promerendam gloriam, miseratio conditoris indulsērat. ¶ Tertio timēdum est ne inter multa uenialia aliquod mortale incidat hominē, ne ignorāte, unde Osee 7. Alieni comederūt robur eius, & ipse nesciuit. ¶ Quarto timēdū est,

ne per uenialia homo ita debilitetur, quod in aliquod manifestum mortale cadat. Eccle. 39.

Qui modica spernit, paulatim decidet. Greg. Vita sti grandia, caue ne obruaris arena. Idē: Si ista parua negligimus, insensibiliter seducti, audacter maiora perpetramus. Et si stupa & clau in nauibus sint minima, tamen defectus eorū occasio submersionis possit esse his, qui in nauibus sunt. Præsentia enim eorū occasio est euasionis. Legitur quod Absalon occasione crinum interfectus sit. 2. Reg. 8. In crinibus parua peccata possunt intelligi, sicut & ibi, Capilli capitis uestri oēs numerati sunt. Quæ parua peccata multis sunt occasio mortis. Legitur etiam Iudicum 16. quod Sampson abscisis crinibus debilis factus sit. In quo figuratū est, quod aliquis debilitatur, quādo modica bona negligit facere. Econtra Nazaræi nutriebāt comā: ut legitur Num. 6. ¶ Quinto timēda sunt uenialia, quia profectō impediūt: quādo enim aliquis Deo ingratus est, & non uult facere pro eo nisi id ad quod tenetur, Deus nō ita abundatè largitur gratiā ei uñ proficere possit. Præterea unicus pilus cibi alicui cui reddit abominabilē, & modicū pulueris oculū multū obnubilat: sic uenialia seruitū alicui^o min^o gratū uident Deo reddere, & oculos cordis obnubilant. De multiloquio, & de his quæ ab eo cohibent. C A P. XXXI.

Multil

Multiloquiū peccatum est, à quo Primo debet cohibere hoc, q̄ signum est imbecillitatis. Hierony. Inter canes qui infirmior est, magis latrat. ¶ Secundo uerò hoc, q̄ multiloquiū hominem odiosum reddit, pauciloquium uero amabile. unde quidam philosophus interrogatus quomodo quis hominibus posset placere, inquit: Si gesseris optima, & locutus fueris pauca. Et Eccl. 9. Terribilis in ciuitate sua homo linguosus: & temerarius in uerbo suo odibilis erit. ¶ Tertio hoc, q̄ multiloquiū impedit conuersionem. unde Iob 11. Nūquid uir uerbofus iustificabitur? Leui. 15. Vir qui parit fluxū seminis, immundus erit. ¶ Quarto uerò hoc, q̄ in multiloquio non deerit peccatum, ut legitur Prou. 10. Et Eccl. 20. Qui multis utitur uerbis, ledit animam suā. Et Eccl. 5. In multis sermonibus inuenietur stultitia. ¶ Quinto hoc, q̄ multiloquiū signum est stultitiæ. Vnde Eccl. 10. Stultus uerba multiplicat. Et Prou. 19. Totū spiritū suū profert stultus. ¶ Sextum uero est hoc, quod dicitur in Psalmi. Vir linguosus non dirigetur in terra. ¶ Septimum est hoc, quod frequenter accidit, q̄ ubi est multitudo uerborū, ibi est indigentia operū. Sicut ubi multum est de paleis, ibi sæpe parum est de grano. Prouer. 14. Vbi uerba plurima, ibi frequenter egestas. & 19. Qui tantum

uerba sedatur, nihil habebit. ¶ Octauo magna utilitas, quæ est in cauendo multiloquio. Vnde Eccl. 19. Qui odit loquacitatem, extinguit malitiam. Prou. 12. De fructu oris sui replebitur unusquisq; bonis. Legitur in Vitis patrum, quod quidam porta uit lapidem tribus annis in ore, ut uitaret multiloquiū.

De Turpiloquio. CAP. XXI.

Turpiloquium, peccatum est, à quo dissuadet nos Apostolus ad Ephes. 5. dicens: Fornicatio autem & omnis immunditia aut auaritia nō nominetur in uobis, sicut decet sanctos: aut turpitudine, &c. Ab hoc peccato multum debemus cauere: quia hoc peccatum est turpitudine in ore, ubi multum indecens est immunditia. Præterea turpiloquiū proximum corrumpit. Vnde 1. ad Corinthios 15. Corruptunt bonos mores colloquia praua. & 2. ad Timotheum 2. Quorum sermo serpit ut cancer. Corruptit etiam ipsum qui turpiter loquitur, ut tandem turpia opera non abhorreat. Seneca: Turpia ne dixeris: paulatim enim per uerba pudor deicitur, ut à uerborū dicacitate abstineamus, & potissimum à turpibus. Natura linguā in medio capite collocauit, quam demum multitudine, & labia circumstant, ad insinuandum, quod tacendū est, uel iuste loquendum: secum est de auribus quas patulas reliquit, & ita de aliis sensibus

Insp

Insuper à multitudine actuali loquendi habitus emergit, qui uerum ita propensum ad illa te loquendum reddit, quod abstinere ægerrimè pōt. Propterea habitus ne generetur, à principio obuiandum est: secundum quod dicit metrista: Pincipiis obsta, sero medicina paratur.

De scurrilitate, & de his quæ ualere possunt contra hoc peccatum. CAP. XXIII.

Scurrilitas, quæ à stultis curialitas dicitur, est iocularitas, sicut dicit glo. super epistolā ad Ephes. 5. ¶ Cōtra quod peccatum, Primo possunt ualere uerba sacre scripture quæ illud dissuadent: ut est illud ad Ephesios 5. Fornicatio autē & omnis immunditia, aut auaritia, nec nominetur in uobis, sicut decet sanctos: aut turpitudine, aut stultiloquium, aut scurrilitas. Et 2. ad Thessa. 3. Audinimus quosdam inter uos ambulare inquietē, nihil operātes, sed curiosē agētes. His autem qui huiusmodi sunt denuntiamus, & obsecramus in Domino Iesu Christo, ut cum silentio operātes panem suū manducēt. ¶ Secūdo potest ualere contra hoc peccatū, si scurras diuersis generibus rerū cōparemus. ¶ Notādū ergo quod scurra est uelut capra, uel simia, cū quibus ludit diabolus, & hominēs excitat ad risum. Capra animal foetidum est. Simia animal deformē. Sic tales ualde fetidi sunt & ualde deformes.

Ipsi etiam sunt furēs dānosissimi. ¶ Tempus enim, quo nihil est pretiosius in uita ista, inter transitoria hominibus furantur. ¶ Ipsi consolatores sunt eorum qui laborant in seruitio diaboli. Ipsi releuant falsis recreationibus labores eorum qui uadūt in infernum, ne deficiant in uia. Ipsi faciunt etiā obdormire homines in peccatis, ut à diabolo deferantur in infernum, & non excitētur. ¶ Tertio potest ualere cōtra hoc peccatum, si ponatur ea, quæ sacra scriptura dicit de risu huius temporis, ad quæ uerba scurrilia excitant.

¶ *De risu huius temporis.*

NOTANDVM ergo q̄ risus huius tēporis error est. Vnde Ecclesiasti. 2. Risum reputauit errorem. Est etiam uelut quædā ebullitio stultitię. Vnde Prouer. 15. Os fatuorum ebullit stultitiā. Fit autem hæc ebullitio ad ignē prauæ concupiscētię, scurra iustante illum ignem uento uanitatatis incluso. Risus autē talis, est uelut sonitus spinarum ardētū sub olla crepitantium. unde Eccle. 7. sicut sonitus spinarum ardentium sub olla, sicut risus stulti. ¶ Item risus talis, est uelut quidam nuntius stultitię cordis exterius insinuans. Vnde Eccle. 19. Amictus corporis, & risus dentium, & ingressus hominis entiant de illo. Item risus talis maledictus est. Vñ Luc. 6. Vē uobis, qui nūc ridetis, quia lugebitis. ¶ *Quod multiplex risus malus sit.*

EX

Ex his fatis manifestum est quanta sit fatuitas scurrarum, qui ad risum talem excitant. ¶ Item notandum quod est risus inuidiae, risus perfidiae, risus infanie, risus uanitatis pure, & risus prudentiae. De risu inuidiae loquitur Poeta describens inuidiam: Risus adest nunquam, nisi quem fecere dolores. De risu perfidiae legitur Prou. 10. Quasi per risum stultus operatur scelus. De risu infaniae legitur Prouer. 17. quod stultitia est gaudium stulto. Vnde Augustinus: Malunt sapientes se habere sanos lugentes, quam phreneticos ridentes. Item Augustinus dicit: Gaudium mūdānorū, gaudiū est phreneticorū. Risus uero pure uanitatis est, cum aliquis ex sola leuitate ridet. Ad quē risum possumus referre quod legitur in Vitis patrum de quodam sene, qui uidit quendam ridentem, & dixit ei: Corā celi & terrae Domino rationem totius uitae nostrae redditori sumus, & tu rides. Risus uero prudentiae est risus rarus & tacitus. Vnde Ecclesiast. 21. Fatuus in risu exultat nocem suā: uir autem sapiēs uix tacitē ridebit. Et Iob. 29. Si quando ridebam ad eos, non credebant. Gregorius: Praelatus debet se taliter habere ad subiectos, ut ridens timeri, & iratus possit amari: ne nimia leuitia uilem, uel immoderata seueritas reddat odiosum. ¶ Item notandum, quod sicut risus praesentis uitae debet esse rarus &

modicus: sic iustus frequens & multus. Monemur autē ad hoc exemplo Christi, quem ter legimus fleuisse, risisse uero nunquam. Fleuit Iesus super ciuitatis destructionem Ierusalem. Luc. 19. & ad Lazari suscitacionē, Ioannis 11. & in agonia quando prolixius orauit, de quo fetu habetur ad Heb. 7. Monet etiā nos ad hoc multiplex materia iustus, quam in mundo isto uideamus, & hoc quod lacrymae nostrae in suo ualore sunt. De hac materia require in tractatu de Luxuria, in cap. de choreis.

De indiscreta taciturnitate.

C A P. X X I I I .

Sequitur de indiscreta taciturnitate. Et notādū quod sicut uitiosa est loquacitas, sic etiam uitiosum est semper tacere, unde Ecc. 3. Tempus tacendi, & tempus loquendi. Isidor. Seruanda est lingua, non insolubilibiter liganda. Bernardus. Mors & uita in manibus linguae. Ideo ori ponenda est custodia, ut nec uitale aedificationem clausura dampnet, nec letalis perniciēs liberū sopriatur egressum.

¶ *Quod tacere in praelatis malū sit, & maxime à uerbo praedicationis.*

T A C I T U R N I T A S uerū praecipue est reprehensibilis in praelatis, qui docere habent populum. Illis enim tacere à uerbo praedicationis, mors est. unde Exo. 28. praecipuum est quod in extremis partibus uestiū sacerdotaliū fierēt tintinabula aurea, multa

missa malis punicis, ut audiretur sonitus, quā Aarō ingredere- tur & egredere tur Sanctuarium in conspectu Dñi, & nō moreretur. De quo uerbo loquēs Greg. dicit: Sacerdos ingrediēs & egrediēs moritur, si de eo sonitus nō auditur: quia cōtra se in aeterni iudicis prouocat, si de eo sonitus praedicationis non procedat. Ad idē pertinet illud quod legitur Ezech. 33. Si speculator uiderit gladiū uenientē, & nō insonuerit buccina, & populus se nō custo dierit, ueneritque gladius, & tulerit de eis animas: ille quidem iniquitate sua captus est, sanguinē autē eius de manu speculatoris requirā. Apostolus 1 ad Cor. 9. Vae mihi si nō euangelizauero. Ad praelatū specialiter pertinet illud Esa. 58. Clama ne cesses. & illud Osee 8. In gutture tuo sit tuba. & illud Esa. 6. Vae mihi, quia tacui. Si propter taciturnitatem praelati aliquis pereat, simile est ac si ipse eū interficiat. unde Paulus Act. 20. Mundus sum à sanguine omnium. Non enim subterfugi quo minus annūtiarē omne cōsiliū Dei in uobis. Innuēs per oppositum quod reus esset sanguinis eorū, si ipse eis nō annūtiasset. Indiscreta taciturnitas dissuadet Ecc. 4. Vbi legitur: Ne retineas uerbum in tempore salutis. De octo remedijs contra peccatum

linguae. P A R S I I I .
P OIquam dictum est de peccato linguae & custodia in

communi, & specialiter de 24. peccatis linguae, cōsequēter tāgēdum est aliquid de remedijs contra peccatum istud. Et ponemus octo remedia contra peccatum illud. ¶ Primum remediū est consideratio periculi, quod est in loquēdo. Tūc porta alicuius castrī cautius aperitur, quando notum est domino castrī, quod hostes portae insidiantur. Vnde cū hostes inuisibiles portae eius specialiter insidiantur, cum cautela magna aperienda est. Ad hoc remediū potest referri illud Iob 40. Memēto belli, & ne addas amplius loqui quicquā. ¶ Secundum remediū est consideratio tam nobilitatis quam utilitatis huius membrī. De qua nobilitate & utilitate, habitum est in principio huius tractatus, ubi dictum est, quod in lingua praecipue in decens sit immunditia, & quod diuino officio praeteris membrīs deputata sit. ¶ Tertium remediū est, quod homo cōtra portam oris quasi quasidā barras faciat. Barrae istae sunt proposita firma declinandī perfonas, illas eū quibus peccare solet per linguam, uel loca illa in quibus solet habere occasionē per linguam peccandi, uel silentium tenēdi horis, in quibus facilius homo per linguā labitur, ut hora post cibum, & alia similia proposita, quae custodiūt hōminē ne offendat in lingua. De barris istis legitur Prouerbiōrū 18. Frater qui adiuuatur à fratre, quasi

quasi ciuitas firma : & iudicia quasi uectes urbiū. Proposita ex iudicio rationis facta de custodia sensuum, quasi uectes: id est, quasi barræ urbiū sunt. ¶ Quartum remedium est, quod homo raro loquatur. Exemplū de hoc habemus in beata Virgine, cuius septem uerba tantum leguntur in Euangeliiis. unde Ecclesi. 19. Qui odit loquacitatē, extinguit malitiam. ¶ Quintū remedium est, quod homo pauca loquatur. Sicut enim in multiloquio non deerit peccatum, Proverbior. 10. sic breuiter loqui ad hoc ualeat ut homo caueat à peccato. De quarto & quinto remediis dicit philosophus: Ad summam perfectionis uolo te esse breuiloquum, & rariloquū & submissa uoce loquentē. Ad rariloquiū non net Seneca, dicens: Auribus frequentius quàm lingua utere. Idem : In hoc incumbere, ut libētius audias, quàm loquaris. ¶ Sextum remedium est, tarditas in loquendo, ut homo non exeat in loquēdo, nisi præcedente deliberatiōe. Ad quod pertinent uerba sacra scripturæ quæ sequuntur. Hierony. Prius ueniat sermo ad limā, quàm ad linguam. Ecclesi. 4. Noli citatus esse in lingua. & Ecclesi. 5. Ne temerè quid loquaris, neque cor tuum sit uelox ad proferendum sermonē corā Deo. Innuiter causa quare non debeat homo loqui absque deliberatiōe: quod enim homo loquitur, co-

ram Deo loquitur. Ecclesi. 27. Verba prudentium statera ponderabūtur. Seneca: Tardiloqui te esse iubeo, & propè erit tibi Deus. Proverbior. 13. Qui incōsideratus est ad loquēdum, sentiet mala. Qui enim nō uult loqui absque deliberatione, clauē oris habeat in arca cordis, unde quātum ad hoc securus est. Ecclesi. 27. In ore fatui cor illius, & in corde sapiētum os illorū. ¶ Septimum remedium est, quod inter omnia præcipuū uidetur esse, ut homo orādo linguam suā Deo commēdet. Domini enim est gubernare linguam, ut legitur Prou. 16. unde Dauid : Pone Domine custodiam ori meo. ¶ De silentio claustralium, & eius commendatione.

OCTAVVM remediū est silentium claustraliū, Hieron. Linguam maledicam indictum emēdat silētium. & sicut in sexto clauis oris ponitur in arca cordis, in septimo uerò ponitur in manu Dei: sic in octauo ista clauis oris ponitur in manu prelati. Qui autem nesciente prelati & nolēte, portā oris aperuerit, postquam ei clauē tradidit, fractor uidetur esse tēpli spiritua- lis, & cum clauem faciat contra clauem, uidetur esse latro.

¶ Quæ ualeant ad commendationē silentij claustralis.

AD commendationem uero claustralis silētij, Primo possunt ualere exēpla, & præcipue exēplum Christi. De quo dicit Gla-

super

super illud Esa. 2. Quasi agnus coram tondēte se obmutescet, & non aperiet os suum. Herodi uel Pilato pauca respōdit, ne dīferretur salus humani generis. ¶ Legitur etiā quod abbas Agathon lapidē in ore suo per triēnium portabat, donec taciturnitatem disceret. ¶ Legitur etiam de abbate Pambo, quod fratres dixerunt ei, ut diceret aliquem sermonem Alexandrino episcopo ad se uenienti. Qui ait: Si in taciturnitate mea non edificatur, nec in sermone meo edificabitur. Inuenitur etiam de quodam milite potente qui uoluit intrare religionē, & misit quendam uasallum suum ad abbate, iniungens ei quod diceret abbati se uelle intrare istam religionē. Addidit etiā quod diceret se esse mutū, paratum tamen in omnibus se obedire, quod ideo fecit, quia sæpe in lingua offenderat, & cogitauit quod nisi caueret sibi, lingua sibi auferret bona quæ ibi faceret, & receptus est miles in religio ne illa, & credebatur mutus. Exiēs autē quādā uice cū abbate ad quendam milite qui laborabat in extremis, uidit animā eius quū moretur mirabiliter à dæmonibus trahi, & cōpatiētiis fleuit, & discēdentes inde obuium habuerunt quēdam alitū militem, qui promisit abbati quod renūtiaret seculo, & cum eum præcederet in quodam ponte tentaturus uiam coram abbate, decidēs de pōte

submersus est: cuius animam uidit miles ab angelis in specie monachi in cælum deferri, & solutus est in gaudiū. Cū autē abbas uenisset ad claustrum, adiurauit militem in uirtute obediētiæ ut sibi diceret si loqui posset, & cur in morte illorū duorū se taliter habuisset. Cui miles, Male fecisti, quia contra propositum meū me loqui fecisti, sed tamen tibi indicabo, & narrauit ei omnia per ordinem. Audiēs abbas cecidit ad pedes eius, Miles autem renuēs, petiit ut in aliquo recluderetur loco, ubi taciturnitatis suæ propositū posset seruare. ¶ Secundo possunt ualere ad commendationē silentij sacra uerba quæ illud distuadēt: ut est illud Aug. super, Domine exaudi. Loquela fit in necessitate, & taciturnitas in iocūditate. Et Arsenio cum discederet à palatio ut monachus fieret, facta est uox, dicens: Arseni, fuge, tace, quiesce. Hæc enim sunt radices non peccandi. Hier. Multo melius est de duobus imperfectis rusticitatem sanctam habere, quàm eloquentiam peccatricem. ¶ Tertio potest ualere ad commendationem silentij, si ostendantur bona quæ ex silentio proueniunt,

¶ De utilitatibus silentij & eius commendatione.

NOTANDVM ergo quod silentiū hominem fortem efficit, unde Esa. 30. In silentio & spe erit fortitudo uestra. Abbas pa-

P P stor:

stor: Omnis labor qui euenerit tibi ex taciturnitate, separabitur. Sicut uix uel nunquam pugil uincitur, nisi malum uerbum dixerit: sic uix uincitur à diabolo, qui à malis uerbis sibi cauerit. Item silētium pacem facit. Vnde E. sa. 32. Erit opus iustitiæ pax, & cultus iustitiæ silētium. Silētium est quasi quædam cultura iustitiæ. Sicut enim ex nimia loquela frequenter sequitur iniuria tam Dei, quam proximi: sic ex silētio iustitia nutritur, ex quo uelut ex quadâ arbore fructus pacis colligitur; unde cum claustralibus pax summè necessaria sit, ualde necessariū est eis silētium, unde pax sequitur. Multæ lites & iræ remouētur ex obseruatione silētiū. Prouerb. 26. Qui imponit stulto silētium, iras mitigat. Item silētium est signum sapiētiae. Senec. Taciturnitas homini stulto pro sapiētia est. Quidâ philosophus cuidâ rustico in cōuiuio tacenti, Et docti, inquit, hoc solum habes. Prouerb. 18. Stultus si tacuerit, sapiēs reputabitur. Et Iob 13. Utinā taceretis, ut putaremini sapiētes, Sapiēs: Nemo stultus tacere potest. Item silētium etiam est spiritualis profectus. unde Thre. 3. Sedebit solitarius, & tacebit, quia leuauit se super se. Homo qui ita leuauit se supra statum hominū, qui habet Deum consolatorem & collocutorē potest esse solitarius, & tacere. Ex quo enim habet Deum pro socio, non curat

de consortio humano. Senec. Primum argumentū cōpositæ mentis existimo posse secum consistere, & secum morari. Bernard. Cum quo Deus est, nunquam est minus solus, quam cum ipse est solus: quod ideo dicitur, quia tunc liberius habet suum uerum socium, scilicet Deū. Homo etiā cui Deus interius loquitur, non curat multū de loquela exteriori. Greg. Non sufficit proficere homo ad utrūque diuisus; quia si exterius auditū aperit, interius surdescit. Item silētium præparat hominem colloquio diuino. unde Thren. 3. Bonū est præstolari cū silentio salutare Dei. Filius Dei uerbum est: ideo auditū & auscultationē requirit. Eccle. 32. Vbi nō est auditus, nō effundetur sermo. Et 1. Reg. 3. Loquere domine, quia audit seruus tuus. Silētium seruare est os unde exit ignis & flamma obstruere. Item silētium seruare est bestiam indomabilem clausam tenere, lac. Omnis natura bestiarum, & uolucrum, & serpentū, & ceterorum domatur & domita sunt à natura humana: linguam autē nullus hominū domare potest. Item silētium seruare, est gladium penetrantissimum in uagina abscondere. Psalm. Lingua eorum gladius acutus. Item silētium seruare est foueam obstruere, per quam homo sepe cecidit, & collum cadendo sibi figit. Eccle. 14. Beatus uir qui non est lapsus uerbo ex pre suo.

¶ Quod

¶ Quod diligenter esset obturanda fouea illa, quæ toties fuit homini occasio ruinae & talis ruinae.

SILENTIUM est frænū uiri claustralis. Vnde claustralis sine silētio est quasi equus sine fræno. Silētium etiā clauis religionis est. unde claustrum absque silētio, proprie claustrum non est, cum sit absque clausura: sed est uelut urbs parens & absque murorū ambitu. Vnde Prou. 25. Sicut urbs patens & absque murorum ambitu: sic uir qui nō potest in loquendo cohibere spiritum suum. Claustrum absque silētio est uelut uinea absque sepe, quæ direptioni exposita est. Eccle. 36. Vbi non est sepes, diripietur possessio. Eccle. 10. Qui dissipat sepe, mordebit eum coluber. Matth. 21. legitur de sepe ista: Homo erat paterfamilias qui plantauit uineam, & sepe circumdedit ei. & Prouerb. 24. Per agrū hominis pigri transiui, & per uineam uiri stulti: & ecce totū repleuerant urticae, & operuerant superficiem eius spinæ, & maceria lapidum destructa erat. Item hic per maceriam intelligitur, quod prius per sepe. Et

innuitur quod negligētia & pigritia prælatorū, causa sit, quod silētium & alia claustrales obseruantia in claustris nō obseruetur. Sicut solet obstrui uas, in quo sit uinum ferratum, ut uinū fortius sit: sic oportet quod claustralis distractio obseruet silētium, ut feruor deuotionis sit in eo. Alioquin si os eius ad loquacitatem fuerit apertū, quicquid deuotionis in eo est, exhalat. Itē silētium in claustro suffocatio malitiæ est: quia iuxta uerbum prius positum, qui odit loquacitatem, extinguit malitiam. ¶ Si silētium etiam signum est, mortis ueteris hominis: loquacitas in claustrali qui debet esse mortuus, stupenda est, sicut si uideremus hominem mortuum loquentem. Religio uero ubi non obseruatur silētium, potest dicere illud Iob 30. Quasi rupto muro & aperta ianua irruerunt super me. ¶ Ultimo ad commendationem silētiū potest ualere illud Sapiētis: Locutum esse aliquando pœnituit mestacere uerō, nunquam. ¶ Item Chusi, qui interpretatur silētium, erat amicus Dauid. Vnde, Posui ori meo custodiam &c.

S Y M M A E V I T I O R V M.

F I N I S,

P P 2

INDEX RERVM SIN-

GVLARIVM QVAE IN

hac Vitiorum Summa con-
tinentur.



Adulteriū simplex & duplex. 50.
Adulterii grauitas ex septem ostenditur. 49
Aspectus mulierum est valde timendus. 61
Auditus cantionum amatoriarum est valde timendus. 62
Auaritiam natura dissuadet. 88
Auarus duodecies maledicitur in Sacra scriptura, ibidem
Auaritiae grauitas ostenditur quatuor testimoniis scripturae. 89
Auaritia est omnium infirmitatum spiritualium grauisima. 93. Eiusque grauitas ex duodecim potest ostendi, ibid.
Auarus septē habet infirmitates. 95
Auarus cur ditiis nō satietur. 97
Auaritia est misera seruitus, & a ditiis possidetur. 99. & se. Et sex faciunt ad miseriam illius seruitutis. 101
Auaritia habet magnā vim ad capiendum & detinendum animas. 102
Auaritia est Deo exosa, proximo iniuriosa, subiecto suo dānosa. 104
Auari quadruplex stultitia. ibidem
Auaris Deus irascitur, & quatuor actionibus eos odit. 105
Auarus quinque ruficitates facit

Deo, quas homini non faceret, ibidem
Auari ditiis insania ostenditur. 107, Eiusque multiplex stultitia. 108. & seq.
Auarus stultē agit custodiendo diuitias, quatuor de causis. 111
Auaritia multiplex malū facit. 111
Auaritia comparatur per scripturam. 115. & seq.
Auaritia detestatur per exempla. 116. & seq.
Aduocatorum auaritia. 116
Aduocationis officium dissuadet. 118
Aduocatorum duodecim sunt pericula. 119
Aduocatos malos dominus multiplici poena. 120
Aduocati mali sunt similes hereticis. 121
Aduocatus malus dolum facit. 122
Aduocatus nouacula. 123
Aduocati mali sunt sagittarii diaboli. 124
Aduocati per ranas designantur. 125
Auaritia mercenariorum est detestanda. 126
Auaritiae ecclesiasticorum septem sunt signa. 127
Auaritia scientiae detestanda dicitur ex duodecim. 128
Auaritiae sex dant occasionē. 129
Acedia detestanda ostenditur

I N D E X.

plis. 243. & seq.
Acediam dissuadet scriptura, ad laborēque hortatur. 245
Acediam Deo displicere ostenditur. 247
Acedia diabolo placet. 248
Acedia nocet proprio subiecto, inferendo malum culpae & peccatae. 248
Acedia auferit homini bona naturae, gratiae, & gloriae. 251
Acedia detestanda ostenditur. 254. & seq.
Acediae sex decim sunt species. 256
Acedia claustralium ex qua duodecim mala proueniunt. 298
Amor ordinatus, & amor inordinatus. 308
Appetitus propriae excellentiae diuiditur in tres appetitus. 351
Appetitus dominii est uitium detestandum. ibid.
Ambitiosis tendentibus ad dignitatem est male, peius, pessime. 352
Ambitiosis male esse ostenditur multipliciter. ibid.
Appetitus magisterii est culpabilis quinque de causis. 357
Appetitus simplicis excessus est uitium detestandum, & qui eo laborant. 362. & seq.
Adulatio quid sit, & quomodo Sacra scriptura dissuadet. 570
Adulatio & laudatio in eodem literis diuersimode de dispositis constant. ibidem
Adulatores diuersis rebus comparantur. ibidem
Adulatores sunt locustae. 571
Adulatio est peior detractioe. ibi-

Adulatores sunt ranae propter locacitatem. ibid.
Adulator hominem iugulat. ibid.
Adulatio quantum nocuumentum afferat homini. 572
Adulator est maledictus, abominabilis, & detestabilis. ibidem
Adulatoris stultitia. 573
Abusiones claustri duodecim. 582
Beneficia plura habere, est malum. 188
Beneficiorū pluralitatis causaef inefficaces. 190
Beneficia plura habere esse malū nemo dubitat nisi cecus. 192
Beneficia plura habentes maledicuntur a Deo. 193
Beneficiorū pluralitas inducit haeresim Sabellii. ibid. & 194
Beneficiorū pluralitate habens in se est reprehensibilis. 195
Bona parua & bona magna. 308
Bona opera tripliciter glorificant hominem. 399
Bellum prouenit ex ira. 515
Bellum excitare duodecim debent cohibere. 516
Blasphemiae peccatum detestandum ostenditur. 538
Blasphemiae magnitudo seu grauitas quibus circumstantiis pateat. 540
Blasphemios tolerantes, quam culpabiles sint. 542
Blasphemia oris & cordis. 543
Bilingues, & quid ab huiusmodi peccato debeat homines cohibere. 544
Christus magisterium mansuetudinis sibi ascribit, & omnes uirtutes docet. 25

I N D E X.

Christus amavit nos gratis 251. Itē
discretē, uehementer, & fructu-
ose. 253
Christus uirgines dilexit. ibidem
Contumelia sequitur ex uitio gu-
læ. 26
Colloquium mulierum est ualde
timendum. 64
Choreas ducere quā malum, pe-
riculosum & fatuum sit, ostendi-
tur. 68. & seq.
Choreas ducere ostenditur malum
esse septem testimoniis scriptu-
rarum. ibidem
Choreas ducere periculosum est
sex rationibus. 71
Choreas ducere est fatuum. 74
Conditiones sciētiæ Decretorum
& similia. 164
Choritarum peccatum tripliciter
dominus legitur puniisse. 172
Conseruantium fructus qui habēt
reditus annuos, fatuitas osten-
ditur. 200
Clerici currentes ad nummos ho-
rarios sunt avari. 204
Conficienti dignē quid sit necessa-
rium. 205. & seq.
Conficienti dignē quædam perti-
nere leguntur in sacra scriptu-
ra. 207
Conuersionē accelerare octo mo-
uere debent. 268
Conuersionem acceleratam octo
bona sequuntur. 269
Consuetudinis malæ pericula o-
stenduntur. 270
Conuersio dilata est difficilior pro-
pter duodecim. 272. & seq.
Confessionem sex bona cōsequi-
tur. 285

Confessionē differentiu usque ad
mortē fatuitas ostenditur. 286
Confiteri nolentes in quadagesi-
ma usque ad finem, fatui osten-
duntur. ibidem
Condescendere debent patres spi-
rituales fratribus. 307
Curiositas magistrorum pessima
occupatio, propter multiplex pe-
riculum. 391
Caudæ mulierum. 376
Corrigiæ sericæ deauratæ sunt re-
prehensibiles, multiplici ratio-
ne. 377
Conuiuiorum superbia apparēt in
multis. 407
Clausuales debent à superbia ad-
ficis cohiberi. 410
Cantus in quo est reprehensibilis
413
Cōsuetudo ecclesiarū quæ nolunt
canonicare nisi nobiles, est re-
prehensibilis sex de causis. 411
Clericis non sola sufficit humilitas
interior. 418
Clericorum superbē se ornantium
intentiones distinguuntur. 421
Communicans cum excommunicato,
contra multos peccat. 474
Conuicii peccatū multa cohibere
debent. 571
Contentionis peccatum quid sit
beat cohibere. 577
Contentio cum quinque personis
est maxime cauenda. 577
Contilium prauum dare debent
homines cohiberi. 577
Consilium, à quibus personis
sumendum. 577
Comminationem in discretam
tate debemus. 577

I N D E X.

Delicata non debet querere
homo, triplici ratione. 35
Deceptio in cohabitatione mu-
lierum prouenit ex tribus. 67
Diuitiarū quinque sunt fructus. 111
Deliciæ clericorū septem mortes
continent. 157
Dolere debet, qui non cōmuni-
cat semel in anno. 214
Dilatio multum nocet homini, cui-
us duæ sunt species. 266
Deum ad peccatorem intrare duo
impediunt. 267
Differens conuersionem sex mo-
dis iniquē agit in Deum. 276
Differens conuerti, est iniquus in
angelum tripliciter. 277
Differens conuerti est iniquus in
seipsum. ibidem
Differens conuerti peccat in pro-
ximum & in inferiores creatu-
ras. 278
Dilatio est fatua in octo casibus.
281
Dilatio confessionis fatua osten-
ditur. 284
Diligentia quæ impeditur ex tri-
bus. 290
Dissolutus quis dicatur, & dissolu-
tio unde prouenit. 292
Desperatio unde prouenire solet.
297
Delicata cibaria multa mala fa-
ciunt. 307
Doctrinam bonam & uitā malam
habere, est habenti ualde uere-
dendum. 358. Ecclesie nocet. 359
Diabolus multū conatur semina-
re errores in ecclesia Dei. 423
Diuinationis quatuordecim spe-
cies. 443

Diuination est multum detestanda
444. A qua multa cohibere de-
berent. ibidem
Diuinatorum pœna secundum ca-
riones est multiplex. 445
Diabolus quomodo futura præ-
dicat. 448
Decimas dare multa mouere de-
bent. 458
Decimæ reddendæ sunt de melio-
ribus integrē, citō, & libenter.
460
Dominica die creatus est mundus,
natus Christus, resurrexit, & Spi-
ritum sanctum misit. 410
Defensio proprii peccati est ui-
rium detestandum. 551
Defendentis peccatum suum stul-
titiā multiplex. 552
Defendendi uel excusandi pecca-
tum suum diuersi modi. 554
Detractionis uitium detestandum
ostenditur, quæ duodecim po-
nuntur. 561. & seq.
Detractor quibus rebus compare-
tur. 562
Detractores sunt testes iniqui. 565
Detractoris crudelitas. ibidem
Detractor est iniquus in seipsum,
in proximum, & in Deum. 566
Detrahere tum nemini tum patri
carnali aut spiritali minime
debemus. 568
Detractionis triplex genus. ibid.
Detractiones adire dissuadet scri-
ptura diuina. ibidem
Detractionem libenter audiens est
ualde reprehensibilis. 569
Detractiones impatenter tolle-
rans peccat. ibidem
Derisio, uide Irrisio & Irrisores.
PP 4 Discor

I N D E X.

Discordias seminantium peccatum multa cohibere deberent. 401
 Dicta diuinorum cur tam frequenter eueniunt. 571
E Brietas est detestanda propter multa. 34
 Error allegantiū impotentia continendi destruitur. 82. & seq.
 Exaltationis sex sunt species. 330 & sequen.
 Erubescencia bona & mala, & que sit bona. 390
 Erubescendū est de sexdecim. 391
 Erubescendum mala detestanda ostenduntur. 394
 Erubescendum bene agere fatuitas ostenditur. 396
 Erubescences de bono, male se habent ad Deum tripliciter. 398
 Ecclesiæ, quæ nolunt canonicare nisi nobiles, quinque peruersitates habent. 422
 Errores ex superbia procedere solent. 441
 Errores quatuor in quibus fideles uidentur esse. 443
 Excommunicationis duæ species. 471
 Excommunicatio est multū timenda duodecim rationibus. ibidē
 Excommunicare facilius quatuor debent prohibere. 477
Fornicatio est peior homicidio uel rapina. 51
 Fornicatio inæreticum est detestanda. 52
 Fornicatio simplex est prohibita. 79
 Fornicatio simplex prohibenda fuit propter octo. ibid.
 Fatuum est quærere quær Do-

minus simplicem fornicationem prohibuit. 81
 Fornicationem dominus prohibuit misericorditer. ibidem
 Fraus in mensura est graue peccatum. 511
 Feruor indiscretus acediae opponitur, & detestandum uitium ostenditur. 303
 Feruorem indiscretum multa mala comitantur. 304
 Feruentes indiscreti, duodecim laborant stultitiis. 305
 Fatuitas de se præsumptiuū ostenditur. 348
 Forma uestium uitiosa reprehenditur. 382
 Familia potentum reprehenduntur ex tribus. 383
Gula detestari faciūt xii. 112
 Gula est una de grauioribus infirmitatibus. 31
 Gulosus graui seruitute laborat, quæ in sex attenditur. 39
 Gulæ species comesatio & ebrietas. 36
 Gulæ species secundum Gregorium sunt quinque. 36
 Gulæ quatuor sunt aliæ species. 36
 Gulæ quatuor sunt satellites. 37
 Gulæ remedia ponuntur octo. 38
 Gradus superbiæ secundum Bernardum. 451
Homo spiritualis omnino suum trina consideratione præuenit. 191. & seq.
 Homines debent moueri ad temperis conseruationem propter octo. 51
 Homini tria sunt necessaria ut debito modo dormiat. 161
 Homo

I N D E X.

Homo debet erubescere de ueste triplici ratione. 370
 Homines à malo duo solebant cohibere. 394
 Hypocritis est uitium detestandum. 486
 Hypocrita quibus rebus assimilatur. ibidem
 Hypocrita habet lanuginem profectu. 487
 Hypocritæ uix conuertuntur. 488
 Hypocritæ maledicuntur à Deo octo maledictionibus. 489
 Hypocritis tres sunt species. 490
 Homo iracundus stultus est in recipiendo iram, conseruando, indicando. 513
 Homicidium multa deberent cohibere. 523
 Homicidium iniustorum hominum quo ad aliquid, est periculosius quàm iustorum. 526
 Homo debet quinque timere circa ueniale peccatum. 587
 Homo quatuor habet sua. 109
Imaginationes somniorum sunt uindæmonis. 447
 Iniuria multiplex proximo irrogatur ex uitio gulæ. 26
 Immunditia minus tolerabilis est in ore, quàm in alio mēbro. 27
 Incestus grauitas ostenditur. 49
 Infidelitas triplex est in prælatis carnalibus. 450
 Inconsummationis seu imperfeuerantia uitium detestandum. 291
 Incuria uitium, & incurius quis dicitur. 293
 Ignauia, & quis hoc uitio laborat, & ignaue duodecim. ibidem
 Indeuotio est ariditas proueniens multis de causis. 295
 Irrifores quàm mali sint, & ecclesiæ nocui. 401. & seq.
 Infidelitas superstitiosorum est peior idololatria paganorum. 450
 Inobedientia est uitium detestandum. 461
 Inobedientia mala multa sequuntur. 462
 Ingratitudo magna est non obseruare diem Dominicum. 468
 Inuidia est detestanda. 492. & seq.
 Inuidia est peccatum in Spiritum sanctum. ibidem
 Inuidiæ duæ species. 498
 Ira est detestanda. 500
 Ira displicet Deo quinque de causis. 502
 Ira diabolo placet. 503
 Ira nocet proximo. 504
 Iracundi hominis amicitia est caluenda. ibidem
 Ira nocet proprio subiecto. ibidē
 Iracundus quibus rebus comparatur. 505
 Iracundi multæ sunt stultitiæ. 506
 Iracundus sex habet iniquitates, quando uult se uindicare. 514
 Ira detestanda ostenditur exemplis. ibidem
 Ira bona & mala. 515
 Ira interior & exterior, item ira in se, & in proximum, & in Deum. 516
 Incendiarius quis dicatur, & quod octo debent homines cohibere ab huiusmodi uitio. 521. & se.
 In iuramento septem disfluenduntur. 557
 Lactantia, & quid contra eam ualeat. 583

I N D E X.

Luxuriam detestari faciunt sex. 39
 Luxuriam detestari faciunt quinque alia. 40. & seq.
 Luxuriam foetere angelis, ostenditur tripliciter. ibidem
 Luxuriam placere dæmonibus ostenditur. 41
 Luxuriam esse Deo contumeliosam. 42
 Luxuriam esse iniuriosam proximo ostenditur tripliciter. ibidem
 Luxuria est subiecto suo noxia. 43
 Luxuria est detestanda propter alia quatuor. ibidem
 Luxuria est potēs ad retinēdū. 44
 Luxuria ponit hominem in magna uilitate. ibidem
 Luxuria ponit hominem in magna seruitute. 45
 Luxuria est de uitiiis quæ dæmones erubescunt. ibidem
 Luxuriæ duæ species. ibidem
 Luxuria dupliciter sumitur. 46
 Luxuria generaliter dicta quinque habet species, & totidem strictè accepta. ibidem
 Luxuriæ contra naturam grauitas octo modis ostenditur. 47
 Luxuria diuiditur secundum diuersitatem subiectorum. 52
 Luxuria clericorum ex septem aggrauatur. ibidem
 Luxuria ualde est indecens in sacerdote quinque de causis. 53
 Luxuria in religiosis aggrauatur ex sex. 54
 Luxuria sanctimonialiū quàm grauis sit ostenditur. 57
 Luxuriæ octo sunt incitamenta. ibi.
 Luxuriam impugnare debemus fugiendo. 59
 Laquei auaritiæ tribus modis sunt occulti. 103
 Lumen rationis est ualde pretiosum. 106
 Ludum consequi possunt sexdecim mala. 127
 Ludo accidere potest transgressio rotius decalogi. 128
 Ludorum duodecim stultitiæ. 129
 Luſor quocunq; se uertat, inuenit qui sibi dissuadeat peccatū. 131
 Luſentibus non debet quis assistere. 132
 Ligna uoluerunt super se ungere regem. 154
 Linguae uitium uitare multa mouent homines. 130
 Linguae peccata quatuordecim enumerantur. 137
Malum multiplex prouenit ex gula. 138
 Malum exemplum per quod exciatur luxuria. 60
 Mulieres sunt fugiendæ. 58
 Mercatores abundant octo malis. 155
 Mercatores triplicem fraudem faciunt in mensuris. ibidem
 Munera accipientibus decem mala proueniunt. 113
 Munerum acceptores in quinque reprehendi possunt. 114
 Munerum tres sunt species. 118
 Malum multiplex prouenit ex carnali amore in ecclesia. 177
 Ministris ecclesiæ plus nocet carnalis amor, quàm simonia. 180
 Modis pluribus ostenditur quis dignus honore. 181
 Mercenarius multiplex malum infert

I N D E X.

fest ecclesiæ. 182
 Mercenarii mali sunt latrones. 187
 Miſſe in quibus casibus plures sunt dicendæ. 198. & seq.
 Miſſas plures dicere ostēditur malum multipliciter. 199
 Multiplicatio altarium absq; necessitate est damnosa. 200
 Mollis & mollities quid sit. 257
 Mons superbiæ est locus infelicitissimus. 503
 Magisterium proprium est Dei, ut probatur testimoniis scripturæ. 359
 Magisterium curiosorum est magis afflictionis. 360
 Ministerium bonorum doctorum est magni meriti. 362
 Mulieres se fucantes reprehenduntur. 380
 Mulieres sex cohibere debent portare crines alienos. ibidem
 Mulieres quinque debent cohibere à nimio amore pulchritudinis. 383
 Mulieres se ostētantes sunt incendiariæ sacrorum locorum. 389
 Mala pœnæ quidam succursus sunt contra mala culpæ. 596
 Malefici qui sunt, & quare sic dicantur. 449
 Maleficia unde habeant efficaciam. 450
 Meditatio sancta in diebus festis debet esse circa quatuor. 466
 Meditatio & oratio sunt quasi duo pedes, quibus in cælum ascenditur. 468
 Moderatio prædicationis quinque respicit. 532
 Murmur quid sit. 544
 Murmur est detestandum propter multa. ibidem
 Murmuris diuisio. 546
 Murmurare de paupertate & temporis importunitate est fatuum. 547
 Murmurasse contra prosperitatem malorum uidentur sancti. 548
 Murmur claustraliū. ibidem
 Murmurās claustralis uult sibi et autoritate propria dispensare de cruce religionis contra omnia iura. 549
 Mendacium quid sit, & quæ ualere possunt ad detestationem eius. 557. & sequen.
 Mendacium diuiditur multipliciter. 560
 Maledictum seu maledictio quid sit, & quàm detestanda. 574
 Multiloquium multa debent cohibere. 588
Negotiatio bona & utilis prius facta est mala. 150
 Negligentia in quo attenditur, & cui opponitur. 289
 Negligentia detestanda propter sex ostenditur. ibidem
 Nobilis non est aliquis, quia ex nobilibus oriatur, & hoc ostenditur rationibus. 418
 Nobilitas carnis est contemnenda propter decem. 416
 Nobilitas animi duplex. 419
 Nobilitatis ueræ sex sunt signa. 420
Otiosus non modo est stultus, sed etiam stultior, & stultissimus. 260
 Otiosus habet duodecim stultitias. 261
 Orit

I N D E X.

Oris fructus sunt octo. 262
 Otiosi tempore gratiæ sunt ualde reprehensibiles quatuor de causis. 265
 Occupatio ut sit bona, tria debet habere. 266
 Odium Dei ad superbum est inuentum. 322
 Ornatus raptorum & usurariorum. 383
 Ornatus superbus mulieris multis nocet, & ipsi multis modis. 385
 Ornatus superbus mulierum est culpabilis propter intentionem multiplicem. 387
 Ornatum lectorum sex cohibere deberent. 404
 Observatio temporum quomodo est reprehensibilis. 449
 Obedire uniuersa monent hominem. 465
 Obseruantiam solennitatum quatuor docent. ibidem
 Odium est detestandum. 517
Precipit quis indiscrete multis modis. 475
 Prælatum sex debent prohibere à multitudine præceptorum. 475
 Præceptorum nimietas solet religionem destruere. 476
 Persecutores sunt benedicendi duabus de causis. 511
 Principi magna peruersitas, quia tunc capiunt bona subditorum ad honorem Dei, & capiunt quâdo Deus prohibet. 543
 Periurii duæ species. 554
 Periurium est detestandum. ibid.
 Periurare duodecim cohibere deberent homines. 555
 Promissio indiscreta est peccatum à quo homines cohiberi debent. 585
 Peccatum nocet homini quatuor rationibus. 30
 Peccatum uetularum ad turpitudinem inducentium, quam graue sit ostenditur. 58. & seq.
 Paupertatis raptorum causa multiplex. 145
 Peccatum ædificantium Sion in sanguinibus est detestabile. 174
 Peccatum ædificantium Sion in sanguinibus, detestandum ostenditur octo exemplis. ibid. & authoritatibus scripturæ. ibi. & seq.
 Pastor curam suscipiens, in sex est obligatus. 198
 Periculum multiplex est in dispensandis rebus ecclesiæ. 198
 Promotio puerorum ad sacros ordines & dignitates, est malum multiplici ratione cauendum. 201
 Peccatum indignè conscientium detestandum, probatur authoritatibus, rationibus, & exemplis. 217
 Proprietas est uitium religioso detestandum. 218
 Proprietas triplex figuratur in tribus quæ furatus est Achor. 217
 Proprietarius religiosus laborat duodecim stultitiis. 220
 Proprietatis religiosi peruersitas. 222
 Proprietarius multiplex malum in se continet. 329. & seq.
 Prædicatores sibi solum uiuentis quid timere debeant. 217
 Prodigalitas distinguitur à largitate quadrupliciter. 236

Prodi

I N D E X.

Prodigalitate multa mala consequuntur. 237
 Prodigiõrum stultitiæ quinque ponuntur. 238. & seq.
 Prodigalitate in clericis sex debent prohibere. 239
 Peccator in quanto periculo sit ostenditur multipliciter. 253
 Philosophi laborabant superbia. 311
 Præsumptio est ualde timenda triplici ratione. 348
 Præsumptionis quatuor sunt species. 349
 Prefere se aliis est iniquitas magna quantum ad Deum 346. & quantum ad proximum. 347
 Pepla mulierum & uittæ croceatæ reprehenduntur. 347
 Prælati multum debent conari ad humilitatem contra superbiam. 434
 Pythonissa quomodo Samuelem suscitauit. 449
 Personæ aliquæ sunt plus aliis honorandæ. 456
 Peccantes in diebus festis sunt ualde fatui & peruersi. 470
Quatuor sunt quæ sunt hominis. 109
 Quare tam frequenter eueniunt quæ dicunt diuini. 448
Raptus quid sit. 52
 Remedium contra luxuriam est triplex, sicut contra ignem. 65
 Remedia alia contra luxuriam ponuntur. 77
 Rapinam exercere sex uetari debent. 139
 Rapinæ grauitas ostenditur ex duodecim. ibidem
 Raptores sunt peiores diabolo in tribus. 140
 Raptores sunt peiores bestia quacunq̃ue. 141
 Raptores multum puniri à Domino ostenduntur ex quatuor. 143
 Raptores puniuntur à Domino etiã in hoc mundo. 145
 Reduentes ad peccatum mortale postquam susceperunt sacramentum Eucharistiæ, grauius Deum offendunt. 215
 Religiosus debet fugere uitium proprietatis propter quinque mala quæ ex huiusmodi sequuntur exemplo Achor. 218
 Religio debet maximè persequi uitium proprietatis. 224
 Remedia contra auaritiam sunt octo. 234
 Rapina stolidorum clericorum est ualde periculosa. 240
 Remedia contra negligentiam duo. 290
 Remedia contra desperationem. 298
 Remedia contra acediam sunt octo. 301. & seq.
 Remedia contra superbiam. 344
 Remedia quatuor contra malam erubescenciam. 400
 Reuerentiam debemus exhibere quatuor. 453
 Reuerentia quare sit exhibenda patribus spiritualibus & carnalibus. 456
 Reuereri parentes excitantur exemplis. ibidem
 Remedia contra uanam gloriam sunt octo. 484
 Remedia contra superbiam sunt octo.

I N D E X.

oſto. 491
 Remedia contra iram ſunt oſto. 527
 Remedia contra iram propriam 528
 Remedia cōtra peccatum murmuris ſunt quatuor. 550
 Remedia cōtra adulationem quatuor. 573
 Rumores amare cauere debent maxime clauſtrales. 582
 Reuelationem ſecretorū tria cohibere debent. 584
 Riſus huius temporis error eſt. 589
 Riſus multiplex. 590
 Remedia contra peccatum lingue ſunt oſto. 591
Supri magnitudo oſtenditur, & quid ſit. 591
 Saltatrices ſignificantur per locuſtas quæ aſcenderunt de puteo abyſſi. 609
 Simonia deteſtanda eſt propter oſto. 165
 Simonia duodecim contumelias infert Deo. 167
 Simonia damnum multiplex infert. 170
 Simoniæ & ſimoniacorum triplex diuſio. 172
 Sacerdos qualiter eſt præparandus ut dignè conficiat. 207
 Somnum corporis inducit pigritia. 258
 Somnus corporis in quinque reprehendi poteſt. ibidem
 Superbia bona quæ ſunt, expellit: quæ non ſunt, intrare non permittit: quæ manent, falſificat. 309

Superbia quomodo ſe habeat ad alia uitia. 310
 Superbia eſt ſignum quo ſtuſ diabolus ab aliis diſtinguit. 311
 Superbus quomodo ſe habeat ad proximum. ibidem
 Superbus quomodo ſe habet ad Deum. 314
 Superbus ſibi aſſumit quod Deus ſpecialiter uult habere. 319
 Signa odii ſpiritualis quo Deus odit ſuperbum. 318
 Superbum Deum odire duodecim exemplis oſtenditur. 319
 Superbia quare ſit ita Deo exoſa. 322
 Superbia eſt abominabilis. 323
 Superbia nõ de facili curatur multiplici ratione. 334
 Superbia arundini uento agitare comparatur. 336
 Superbia comparatur diuerſis rebus. ibidem
 Superbos ſeruos Dominus non uult habere. 337
 Superbiam Dominus perſecutioneſt uerbo & exemplo. 338
 Superbia diuiditur multipliciter. 339
 Superbus ſex facit quibus oſtendit ſe bona ſua à ſe habere. ibidem
 Superbia exterior quid dicatur, & quomodo diſtinguitur. 369
 Superbia ornatus, deſtruitur auctoritatibus. 366
 Superbum ornatum diſſuadet multa exempla. 366
 Superbè ſe ornantium duodecim ſtultitia. 368
 Superbum ornatum multa cohibere deberent. 373

Super

I N D E X.

Superbus habitus culpatur multis de cauſis. 375
 Superfluitas ueſtium in lōgitudine. ibidem
 Superfluitas in multitudine ueſtium, & materia. 376
 Superbia ornatus lectorum. 403
 Superbia in equitaturis apparet quadrupliciter. 405
 Superbiam in equitaturis ſex cohibere deberent. ibidem
 Superbia in familia. 407
 Superbia in ædificiis reprehenditur. 408
 Superbia librorum eſt deteſtanda propter oſto. 412
 Superbia cantus. 413
 Superbire de nobilitate generis eſt ualde fatuum. 416
 Superbire de rebus temporalibus eſt fatuum. 424
 Superbia diuiditur ſecundum diuerſitatem perſonarum. 425
 Superbia eſt timēda miniſtris eccleſiæ quinque de cauſis. ibid.
 Superborum clericorum excuſationes reſponſiuæ quatuor, & earum conſutationes ponuntur. 427
 Superbia quadruplex inuenitur in clauſtralibus. 435
 Superſtitioſa remedia diſtinguitur. 514
 Serui non ſunt contemnendi. 454
 Sabbatum dicatū eſſe beax Virgini quadruplici ratione. 469
 Signa quibus probatur quod Deus amat pacem, ſunt multa. 517
 Scurrilitas eſt deteſtanda. 589
 Scurra eſt uelut capra uel ſimia. ibidem

Silentium clauſtrale commendatur. 592
Tactus mulierſi eſt ualde perniculoſus. 64
 Temporalia non ſunt hominis. III
 Talliæ iniuſte ſunt peccatum graue. 147
 Tallias iniuſtas facienti ſex mala proueniunt. 149
 Tallias iniuſtas facere eſt uile peccatum. 150
 Tepiditas quid ſit, & quæ mala facit. 256
 Tarditatis uitium ſex diſſuadent. 266
 Triftitia in ſeruitio Dei, Deo diſplicet, homini nocet, & diabolio placet. 523
 Tædium uitæ unde proueniat. 526
 Teſtimonium falſum deteſtandum oſtenditur. 560
 Timēt tripliciter erubeſcentes. 396
 Turpiloquium diſſuadetur. 588
 Taciturnitas indifcreta eſt uitioſa. 590
 Tacere in prælatis malū eſt. ibid.
Vitia ſummè ſunt uitanda. 22
 Vita uitioſorum eſt aſpera & moleſta. 24
 Vitia innumera proueniūt ex gula. 28
 Vſura deteſtanda oſtenditur per ſcripturam ſacram. 128
 Vſurarius habet multiplicem iniquitatem. 129
 Vſuram deteſtari faciunt duodecim. 131
 Vſurarios Dominus punit multiplici pœna. 133
 Vſura manifefſta & palliata. 134
 Vſura

I N D E X.

| | | |
|------------------------------------|-----------------------------------|-----|
| Vsura palliata sex habet species. | in uanē glorioss. | 47. |
| ibidem | Vana gloria est peccatum Deo cō- | |
| Vsurarii sunt reprehensibiles in | tumeliosum, proximo nocuum, | |
| ocho. | 481. | |
| Vsurarium ocho debent inducere | Vana gloria diuersis rebus cōpa- | |
| ut restituat. | ratur. | 482 |
| Vitia quandoque oriuntur ex su- | Vera gloria, uerior, & uerissima, | |
| perbia. | 483 | |
| Vtrum liceat fortibus uti. | Vana gloria diuiditur: humana | |
| Vtrū liceat somnia obseruare. | gloria diuiditur, & carnalis cō- | |
| Vacandum est à quinque in diebus | paratur. ibidem. & 484 | |
| festis. | 466 | |
| Vana gloria detestanda ostēditur | Verbum otiosum quid sit, & quo- | |
| authoritatibus, exemplis, & ra- | modo homines ab huiusmodi | |
| tionibus. | cohiberi debeant. 560. & seq. | |
| Vanitates ocho seu fatuitates sunt | | |

F I N I S.

S V M M A E V I R -

T V T V M, A C V I T I O -

R V M, P E R F I -

G V R A S,

S V M M A R I V M.

*

*Tituli Summarij Summæ Virtutum
& Vitiiorum.*

| | |
|---------------------------|------------------------------|
| De Fide. | De Vita actiua. |
| De Spe. | De Contemplatione & con- |
| De Charitate. | solatione. |
| De Dilectione proximi. | De Perseuerantia. |
| De Prudentia. | De Efficacia uerbi diuini. |
| De Temperantia. | De Prælati, & primo de eta- |
| De Iustitia. | te eorum. |
| De Fortitudine. | De Solitudine eorum. |
| De Victoria. | De Continentia eorum. |
| De Patientia. | De Constantia eorum. |
| De Martyrio spirituali. | De Vita eorum. |
| De Tribulatione. | De Contemplatione eorum. |
| De Paupertate. | De Scientia eorum. |
| De Humilitate. | De Prædicatione eorum. |
| De Obediaentia. | De Misericordia eorum. |
| De Timore. | De Ambitione dignitatum. |
| De Pace. | De Pluralitate beneficiorum. |
| De Continentia in genere. | De Simonia. |
| De Continentia uirginali. | De Dotibus animæ. |
| De Munditia cordis. | De Dotibus corporis. |
| De Misericordia & compas- | De Vita æterna. |
| sione. | De Vitijs in genere. |

De

De Gula.
 De Ebrietate.
 De Remedijs gulae.
 De Luxuria.
 De Speciebus luxuriae.
 De Remedijs cōtra luxuriam.
 De Choreis.
 De Auaritia.
 De Vsuris.
 De Raptoribus.
 De Monachis proprietarijs.
 De Lusoribus.
 De Acedia & Otio.
 De Indeuotione.
 De Desperatione.
 De Indiscreto seruiore.
 De Ira & Odio.
 De Guerris.
 De Incendiarijs.
 De Homicidio.
 De Remedijs irae.

De Inuidia.
 De Superbia.
 De Superbia uestium.
 De Hypocrisif.
 De Peccato lingua.
 De Blasphemia.
 De Murmure claustralium.
 De Periurio.
 De Mendacio.
 De Bilinguibus.
 De Semine discordiae.
 De Derisoribus.
 De Maledictis.
 De Detractione.
 De Adulatoribus.
 De Instantia.
 De Multiloquio.
 De Silentio religiosorum.
 De Singularitate.
 De Suspitione & falsis iudicijs.

F I N I S.

S V M M A E V I R

T V T V M, E T V I T I O

R V M P E R F I

G V R A S,

S V M M A R I V M.

*

VIDES generat { Victoriā,
 Iustitiā,
 Gloriā.

¶ De primo, 1. Ioann. 5. Hæc est victoriā quæ uincit mundum, fides nostra. Sed nota quod omne quod est in mundo, aut est concupiscentia, &c. 1. Ioan. 2. Ista tria uincuntur fide incarnationis, passionis, ascensionis. De secundo, Genes. 15. Credidit Abraham Deo, & reputatum est, &c. De tertio, Apocaly. 2. Eslo fidelis usque ad mortem. Hæc notantur, ad Hebr. 11. ibi, Sancti per fidem uicerunt, &c.

Item Fides { A peccato purgat,
 Animam saluat,
 In tentatione confortat.

¶ De primo, Act. 5. Fide purificas corda eorum. De secundo, Luc. 17. Fides tua te saluam fecit. De tertio, Hebræor. 11. Fortes facti sunt in bello. Est enim sicut clypeus & lorica. 1. The. 5. Induti lorica fidei. Eph. 6. In omnibus sumentes scutum fidei. Hebræor. 11. Fide muri Iericho corru.

Item Fides { Mentem illuminat,
 Tentationes mitigat,
 Filios Dei parit.

¶ De primo, Luc. 18. Respice, fides tua te saluum fecit. De secundo, Hebr. 11. Fide transierunt mare rubrum. De tertio, Ioan. 1. Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei, &c.

Item Fides { Virtutes generat,
 Confusionem deuicit,
 Christum ad orandum incitat.

¶ De primo, Aug. Fides bonorum operum fundamentum. Fides humanæ salutis est indicium. Matt. 7. Fundata enim erat supra firmam petram. Hæc ratione dicitur mater & radix uirtutum: & hoc intellige quo ad motus, non quo ad habitus. De secundo, Rom. 10. Qui credit in illum, non confundetur. De tertio, Ioan. 17. Non pro his rogo tantum: sed & pro his qui credituri sunt per uerbum eorum in me.

Q Q 2 Item

SYMMA VIRT. ET VIT.

Item fides est {
Miraculorum,
Sacramentorum,
Scripturarum.

¶ De primo, Mar. 17. Signa autem eos qui crediderint, hæc sequentur. Item: Omnia possibilia sunt credenti. Eiusdem 9. De secundo, Greg. Fides non habet meritum cui, &c. De tertio, Hebr. 11. Credere oportet accedentem ad Deum.

Item fides {
Vitam tribuit,
Beatum reddit,
Terrena contemnit.

¶ De primo, Apostolus Rom. 1. Iustus ex fide uiuit. Ioan. 11. Qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, uiuet. Intellige de uita gratia. Item gloria, Marc. 16. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, &c. De secundo, Ioan. 20. Beati qui non uiderunt, & crediderunt. De tertio, Hier. Qui ueram fidem de Deo habet, non querit in his miseris fieri diues. Nota quod iste contemnit diuitias, delicias, & honores. Quæ tria notantur Hebr. 11. Fide Moyses grandis factus.

Item fides esse {
Charitate formata,
Constantia fundata,
Humilitate subiecta.

¶ De primo, Iac. 2. Fides sine operibus mortua est. De secundo, Mat. 17. Si habueritis fidem sicut granum sinapis. Licet modicum sit, tamē est acerbum & feruidum: sic fuerunt martyres qui sua corpora tradiderunt. De tertio, Apostolus 2. Cor. 10. In captiuitatem redigentes omnem intellectum in obsequium Christi, Fides super omnem sensum est, & naturam, & intellectum,

Spes operatur {
A peccato liberationem,
A diabolo protectionem,
Orationis exauditionem.

¶ De his tribus in Psal. Quoniam in me sperauit, &c. August. Dulcis Iesus, sub quo nemini desperandum.

Item est spes {
Veniam,
Gratiam,
Gloriam.

¶ De primo, Aug. O breuē uerbū, peccauit, O tres syllabæ quæ portas aperiuit paradisi. De secundo Iob, 14. Lignum habet spem si præcisum fuerit. De tertio, Aug. Nos cum illo per spem in celo, ipse nobiscum in terra per charitatē. Græ. Spes sine meritum nō est spes, sed præsumptio,

Item spes confert {
Gratitudinem,
Agilitatem,
Dei inhabitationem.

PER FIGURAS.

¶ De primo, Psalm. Beatus uir cuius est nomen domini spes eius. De secundo, Esaiæ 40. Qui autem sperant in domino, mutabunt fortitudinem. De tertio Psalm. Latentur omnes qui sperant in te, in æternum exultabis, & habitabis in eis.

Diligere Deum est {
Vtile,
Delectabile,
Honestum.

¶ De primo 1. Ioan. 4. Qui manet in charitate. De secundo, August. Solus sine molestia animatur, cum iucunditate amplectitur, cum securitate desideratur. De tertio, Augustin. Suauē mihi factum est, &c. unde uestis nuptialis dicitur.

Item Charitas {
Rationabilem illuminat,
Concupibilem inebriat,
Iracibilem confortat.

¶ De primo, Anselm. O immarcescibilis decor, & purus. De secundo, August. Quis mihi det, ut uenias in cor meum, &c. Est enim charitas unum Cypr. De tertio, Cantic. 8. Fortis est ut mors dilectio. Hæc inseparabilem separauit, immortalem occidit, Laurentium assauit, Bartholomæum excoꝛiauit.

Item Charitas {
Incipientes mundat,
Proficientes ditat,
Perfectos glorificat.

¶ De primo, Luc. 7. Dimissa sunt ei, &c. De secundo, August. Secunda mihi charitatem, sine qua diues pauper est, & cum qua pauper diues. De tertio, Iudic. 1. Domine, qui diligunt te, quasi sol in ortu suo splendi det, ita tutilant.

Item diligitur Deus {
Intellectu sine errore,
Memoria sine obliuione,
Voluntate sine contradictione.

¶ De primo, Apostolus 1. Corinth. 12. Adhuc excellentiorem uiam uobis demonstro. De secundo, Prouerb. 17. Omni tempore diligit qui amicus est, quia amore Dei delectatur iugiter. De tertio, Aug. Gratis ametur, & opus quo ministratur ei merces sit cum illo.

Item Charitas {
Opera facit utilia & aurea,
Restituit amissa,
Aliena facit propria.

¶ De primo, Greg. Non habet aliquid utriditatis ramus boni operis, &c. Apostolus 1. Co. 13. Si linguis ho. loquar. Honorabilis esset lapis, quo si quicquam tangeretur, totum aureum esset. De secundo, nota quod charitas est annus iubilæus in quo redibunt possessiones ad proprios possessores. De tertio, Aug. Quicquid in alio diligo, mea facio.

Item Charitas { Mentem accendit,
Securum reddit,
Peccata operit.

¶ De primo, Luc. 12. Ignem ueni mittere, &c. Augu. O amor qui semper ardes. De secundo, August. Habe charitatem, & fac quod uis. De tertio, 1. Pet. 4. Charitas operit multitudinē peccatorum. est enim quasi cappa quæ reddit inuisibilem: hanc si haberet aliquis captus, multum gauderet.

Item Charitas { Deo unit,
Mansiones in celo desungit,
Christi discipulos ostendit.

¶ De primo, Osee 11. In funiculis Adam traham eos, &c. Est enim quasi bitumen quo linita fuit arca. De secundo, not. quod significata, est per auream uirgam, quā mensurauit angelus longitudinem & latitudinem Ierusalem. Apoc. 21. De tertio, 13. Ioan. 13. in hoc cognoscunt omnes, quia mei discipuli.

Item Charitas { Fessos alleuiat,
Legem obseruat,
Mœstos lætificat.

¶ De primo, Matth. 11. Iugum enim meū suauē est. De secundo, Greg. Charitas operatur magna, si est. Item Rom. 13. Qui diligit proximum, legem impleuit. De tertio, Aug. Infunde domine dilectionem tuam.

Item Charitas { Inhæsiōnem temporalium,
Obluionem Christi beneficiorum,
impedit Tentationes affligentium.

¶ De primo, Augusti. Tanto quisque à superno amore disungitur, quanto inferius delectatur. De secundo, Bern. Vis scire homo quare Deum non diligis? Idem: Super omnia te mihi reddit amabilem calix. De tertio, exemplum: quia sicut magnus ignis per uentū augetur, sic paruus extinguitur: Ita dilectionē modicā tentationes annihilant.

Item in charitate habes { Finem,
Modum,
Ordinem.

¶ De primo, nota exemplum de beato Frācisco, de quo legitur, quod quicquid in rebus reperit delectamenti, redegit ad gloriam Dei. De secundo, Bern. Causa diligendi Deum, Deus est, modus sine modo. De tertio, Cantic. 2. Ordinauit in me charitatem, scilicet ut primo Deum, deinde nos, post proximum.

Dilectio proximi debet esse { Munda,
Vera,
Gratuita.

Primus

¶ Primum est; quod homo non ad malū diligatur: ut Herodes & Pilatus, qui facti sunt amici, ut dicitur Luc. 23. De secundo, 2. Io. Quos ego diligo in ueritate, &c. quia tunc cor cōcordat cū ore. sic nō fecit Iudas, nec ille 1. Reg. 20. qui dixit ad Amasam, Salue mi frater, tenēs mentum eius, &c. De tertio, Matth. 7. Si diligitis tantū eos qui uos diligunt, quam mercedem, &c. Eccle. 6. Est amicus socius mensæ. Hæc est amicitia Laban ad Iac. Si sequitur musca mēsam, cadauera lupi.

Item diligendus est { Hæres regni,
proximus, quia est { Imago Dei,
Socius prælii.

¶ De primo, Psalm. Dediti hæreditatem tui. &c. Apostolus Roma. 8. Si filii, & hæredes. De secundo, 1. Io. secundo: Quia diligit fratrem suum, &c. De tertio, Prou. 18. Frater qui adiuuatur à fratre, quasi ciuitas firma. Sed de quibusdam dicitur, cum fueris felix, Christus autem dilexit inimicos, dicens, Pater, ignosce illis, quia &c. Luc. 23.

Item diligendus est { Ius naturale impleatur,
proximus, ut { Charitas Dei habeatur,
Ad diligendum prouocetur.

¶ De primo, Matth. 7. Quæcunque uultis ut faciant uobis homines, Etiam naturaliter, simile simili congaudet. De secundo, 1. Io. 3. Qui uidet fratrem suum necessitatem habere, &c. Idem, Filii mei non diligamus uerbo, neque lingua, &c. De tertio, Apostolus Rom. 12. Si esurierit inimicus tuus, ciba illi: si sitit, potum da illi: hoc enim faciens, carbones ignis congeres super caput eius.

PRUDENTIA { Beatum constituit,
Claritatem tribuit,
Omnia bona adiicit.

¶ De primo, Eccle. 12. Beatus uir qui in sapientia morabitur. De secundo, Daniel. 12. Docti fulgebunt sicut stellæ, &c. De tertio, Sapient. 7. Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa, &c.

Item prudentia { Virtutes dirigit,
Iras compescit,
Insidias non metuit.

¶ De primo, Leuit. 2. In omni sacrificio sal. off. De secundo, Pro. uerb. 15. Stultus suscitatur rixas, sapiens autem mitigat suscitatas. De tertio, Sapient. 7. Et proposui pro luce habere illam. Proverbiorum 7. Dic sapientiæ, Soror mea es, & prudentiam uoca amicam tuam, Sic non fecit Sampson, Amasa, Nabal.

Item prudentia { Studio scripturarum,
acquiritur. { Contemptu deliciarum,
Exemplo creaturarum.

SVMMA VIRT. ET VIT.

¶ De primo, Psalm. Præceptum domini lucidam, illuminans oculos, Item de septem artibus. De secundo, Apostolus 1. Cor. 3. Si quis vult sapiens fieri, stultus fiat, scilicet terrena contemnendo, ut sit sapiens. Non enim inuenitur in terra suauiter uiuentium. Job 28. De tertio, Matth. 10. Estote prudentes sicut serpentes. Prouerb. 6. Vade ad fornicam, & piger.

Item prudens considerat { Præterita,
Præsentia,
Futura.

¶ De primo, Apoc. 4. & Ezech. 1. Animalia erant plena oculis ante & retro. De secundo, Naum 3. loquens de uoluptate mundi: Omnis qui uiderit te, à te resiliet: est enim transitoria amaritudine permixta & nocua. De tertio, Prouer. 4. Palpebræ tuæ gressus tuos præcedant. de his tribus Bern. Vide homo unde ueneris, & erubescet &c. Item Deuteron. 32. Utinam saperent & intelligerent, ac nouissima prouiderent.

Item habet prudentiam { Pugnatoris,
Mercatoris,
Nauigatoris.

¶ De primo, August. Arma uirtutis non deserat, aduersarium tuum atterat. Apostolus ad Ephes. 6. Non est nobis colluctatio aduersus carnem. De secundo, Aug. Vis esse optimus mercator &c. Marthæ 25. Domine quinque talenta tradidisti mihi. De tertio, August. Stude habere remos charitatis Dei & proximi, & haustorium confortationis, & uelum crucis, & cum uentos tribulationis uideris, ad litus tenete perpetuæ beatitudinis. Psalm. Hoc mare magnum, &c.

Item sis prudens contra deceptionem { Mundi,
Carnis,
Diaboli.

¶ Mundus enim decipit sicut calamus qui trahitur ante catum, & sicut lignum putridum de nocte lucens, & sicut somnium. Caro autem decipit, sicut papelerdus, qui dicit se infirmum & pauperem, cum non sit, & sicut uinum inebrians potantem, & sicut latro qui se socium simulat in uia, donec decipiat. Diabolus uero decipit ut cuculus arundineus, & sicut uenalis, & sicut ille qui uult canem submergere.

Item prudenter cognosce { Interiora ut custodias,
Superiora ut diligas,
Inferiora ut timeas.

¶ De primo, Bern. Multi multa sciunt, &c. Idem: Integritatis sis cauiosus explor. De secundo, Iere. 2. Si obliuisci potest mulier ornamenti sui. De tertio, Psalm. Descendunt in inferiora terræ. Bernard. Ne descendant morientes.

PER FIGURAS.

¶ De primo, Medium tenere beati. Bernard. Tene medium, si non uis perdere modum. De secundo, nota quod sol qui est decentissimus planetarum, est medius inter illos. De tertio, nota quod comparatur ligno uitæ, quod est in medio paradisi, ferens fructus uberes.

TEMPERANTIA { Beatum ostendit,
Decorem tribuit,
Gloriæ coniungit.

¶ De primo, Medium tenere beati. Bernard. Tene medium, si non uis perdere modum. De secundo, nota quod sol qui est decentissimus planetarum, est medius inter illos. De tertio, nota quod comparatur ligno uitæ, quod est in medio paradisi, ferens fructus uberes.

Item temperantia { Afflictiones temperat,
Vitia refrenat,
Medium seruat.

¶ De primo, Apostolus Rom. 12. Rationabile obsequium uestrum. Nota quod modus in omnibus commendatur, & sæpe plus quam actio. Item forma dignior est materia. De secundo, nota quod Temperantia comparatur ferro limæ, quæ tollit superfluum. De tertio, Medio tutissimus ibis. Hoc medium seruauit Dominus, quando fecit Euam, non de manu uel de pede, sed de costa: & quando posuit eum inter creaturas partim spirituales, & partim corporales.

IUSTITIA { Hominem beatum facit,
Floridum ante Deum constituit,
Suum unicuique tribuit.

¶ De primo, Eccle. 14. Beatus uir qui in sapientia mor. & qui in iustitia medit. De secundo, Psalm. Iustus germinabit sicut liliū. Item, iustus ut palma flor. &c. Tertium patet, quia reddit Deo honorem, proximo compassionem, sibi sustentationem. Unde hæc uia regia, nec ad sinistram, nec ad dexteram declinabit.

Item iustus { A Domino deducitur,
Christo in caelis iungitur,
De angustiis liberatur.

¶ De primo, Sap. 10. Iustum deduxit Dominus per uias rectas. De secundo, Psalm. Innocentes & recti adhererunt mihi. Et nota quod liliū habet rectum stipitem, in summo florem, sic rectus per iustitiam Christum habebit florem. De tertio, Prouerb. 11. Iustus de angustia liberatus est.

Item iustus { Viuet æternaliter,
Epulabitur delectabiliter,
Securus erit finaliter.

¶ De primo, Psalm. Iusti autem in perpetuum uiuent. De secundo,

S Y M M A V I R T . E T V I T .

Psalm. Iusti epulentur, &c. De tertio, Prouer. 28. Iustus quasi leo con-
fidit hoc & in morte.

Item iustus { Seruat rectitudinem,
Induet pulchritudinem,
Recipiet benedictionem.

¶ De primo, Psalm. Letamini in domino & exultate iusti. Rectum
autem est, cuius medium non exit ab extremis. De secundo, Sap. 3.
Fulgebunt iusti, &c. Psalm. Lux orta est iusto. De tertio, Prouer. 10.
Benedictio domini super caput iusti.

Item iustitia corrumpitur { Amore,
Timore,
Rancore.

¶ De primo, Esaia 5. Qui iustificatis impium pro muneribus. Nota
quod duplex amor corrumpit iustitiam, scilicet peccatorum & pec-
niarum. De secundo Matth. 10. Nolite timere eos qui occidunt corpus.
Item Ioannes Baptista potius uoluit occidi, quam non ueritatem
dicere. Item exemplum in Eleazaro. 1. Machab. 7. De tertio, Matth.
27. Sicens quod per inuidiam tradidissent eum.

Item in iustificatione { Infusio gratiae,
Dimissio culpae,
Remissio poenae aeternae,
Dolor poenitentiae.

¶ Ultimum est ex parte nostri, alia ex parte Dei. De primo, Apo-
stolus 1. ad Corint. 15. Gratia Dei sum id quod sum. De secundo,
Esaia 43. Ego sum qui deleo iniquitatem propter me. De tertio, Sa-
pient. 3. Iustorum animae in manu Dei sunt. De quarto Ioel. 2. Con-
uertimini ad me in toto corde uestro, in ieiunio & fletu.

F O R T I T U D O { In aggressionibus arduorum,
In contemptu prosperorum,
In persequione aduersorum.

¶ De primo, Psalm. Viriliter age, & confortetur cor tuum. Aug. Liben-
ter debet facere immortalis futurus. De secundo, Luc. 14. Qui non
odit patrem & matrem. De tertio, Cant. 8. Fortis est ut mors dilectio,
Apostolus ad Ro. 8. Quis nos separabit a charitate Christi, &c.

Item fortitudo { Mentem protegit,
Perseuerantiam adducit,
Regnum caelorum tribuit.

¶ De primo, nota quod protegit, sicut uestis a pluuia. Prouer-
bium ultimum. Fortitudo & decor indumentum eius. Item sicut
arma. Boetius: Talia contuleramus arma, &c. Item sicut custos
castrum. Lucae 11. Cum fortis armatus, &c. De secundo, nota
quod

P E R F I G U R A S .

quod est sicut camentum tenens lapides ne soluantur, & quasi bo-
num fundamentum. Matthaei 7. Venerunt flumina, & flauerunt uen-
ti. De tertio, Matth. 11. Regnum caelorum uim patitur, & uiolenti, &c.
Prouer. 31. Mulierem fortem quis inueniet?

Item firmi si- { Mundum, ut diuitias contemnamus.
nus contra { Corpus, ut delicias respiciamus.
Diabolum, ut honores non appetamus.

¶ De primo nota, quod Sampson uicit Philisthaeos in mandibula as-
ni, id est, amore paupertatis. Prouer. 30. Leo fortissimus bestiarum.
Sis ergo leo. De secundo, Apostolus ad Galat. 5. Caro concupiscit
aduersus spiritum. Unde nota, si ea quae nobis uicina sunt, non pro-
sternimus, inaniter ad ea quae longe sunt a nobis, impugnanda tran-
simus. Sed in his tene modum: quia si carnem multum affligis, cruem tuam
occidis. Si plus debito reficis, hostem nutris. De tertio, 1. Regum, 17.
Qualiter Dauid Goliath uicit, sic & tu diabolum baculo crucis, & fun-
da orationis. Item nota, quod cibus & potus confortat, tertio Re-
gum, decimonono. Elias ambulauit in fortitudine cibi illius, & Pe-
trus potatus gratia Spiritus sancti, dixit Actuum 5. Oportet magis
obedite Deo, quam hominibus. qui prius dixit, Non noui homi-
nem. Matth. 26.

Victoria { Hominem in caelo collocat,
Fortitudinem in corruptionis praeparat,
Ferculis aeternis cibatur.

¶ De primo, Apoc. 3. Qui uicerit, dabo ei sedere mecum in throno
meo. De secundo, Apocal. 3. Qui uicerit, faciam illum columnam in
templo Dei mei, & foras non egredietur amplius. De tertio, Apo-
calip. 2. Vincenti dabo edere de ligno uitae, quod est in paradiso
Dei mei.

Item uictori dabitur { Gloria ineffabilis,
Corona admirabilis,
Laus interminabilis.

¶ De primo, Apoca. 2. Vincenti dabo manna absconditum, & dabo illi
calculus candidum, & in calculo nomen nouum scriptum, quod ne-
mo scit, nisi qui accipit. In hoc quod dicit absconditum, notatur ines-
cabilitas, de qua Apostolus 1. Cor. 2. Quod oculus non uidit, nec au-
ris audiuit. De secundo, Apostolus 2. Tim. 2. Nemo coronabitur, nisi
qui legitime certauerit. Nota quod uictores olim coronabantur lau-
ro. Item cantica de ipsis fiebant, sicut 1. Reg. 18. Saul percussit mille,
& Dauid decem millia. Adapta de tertio Apocal. 3. Qui uicerit, non
delebo nomen eius de libro uitae, & confitebor nomen eius coram
Patre meo & angelis eius. Item Ambro. Lauda ducis uirtutem, sed
cum

SVMMA VIRT. ET VIT.

cum uenerit ad triumphum, lauda nauigantis facilitatem, sed cum peruenerit ad portum.

Item uictoria { A morte gehennæ liberat.
Claritate æternam expectat.
Vestitu regio decorat.

¶ De primo, Apoc. 2. Qui uicerit, non lædetur à morte secunda. Item de secundo, ibidem, Qui uicerit, dabo illi stellam matutinã. De tertio, Apoc. 3. Qui uicerit, uestietur uestimentis albis.

PATIENTIA { Christo assimilat,
Iocunditatem expectat,
Sustinendo coronat.

¶ De primo, Lucæ 13. Pater ignosce illis. Bernard. Vtrunque es mihi domine Deus, & speculum patiendi, & præmium patientis. Sed quidam dicunt se non meruisse dolorem. Tales potius uolunt assimilari latroni qui propter culpam passus est, quam Christo. De secundo Ecclesiast. 1. Usque in tempus sustinebit patiens, & postea redit iocunditatis. De tertio, Ioan. 12. Qui odit animam suam in hoc mundo. Item malum in bono conuertit, de felle fauum elicit, de merore gaudium facit. Deuteronom. 33. Inundationes maris quasi lac fuget.

Item patiens { Martyr probabitur,
Beatus ostenditur.
Miraculis decoratur.

¶ De primo, Gregorius: Sine ferro martyres esse possumus, si patientiam in animo ueraciter cõseruamus. De secundo, Matt. 5. Beati qui persecutionem patiuntur. De tertio Gregorius. Ego uirtutem patientiæ maiorem puto signis & miraculis.

Item patientia { Iram temperat,
Linguam refrenat,
Mentem gubernat.

¶ De primo, Apostolus Roman. 12. Noli uinci à malo. De secundo, Prouerb. 26. Non respondeas stulto. De tertio, Lucæ 21. In patientia uestra possidebitis animas uestras.

Item patientia debet esse in { Iniuriã uerborum,
Molestia uerberum,
Ablatione rerum.

¶ De primo, 1. Petri 2. Qui cum malediceretur, non maledicebat. Exemplum in Vitis patrum, qui munera dedit iniuriantibus. De secundo, Iob 2. Si bona suscepimus, &c. Vnde patiens assimilatur adamanti. De tertio, Matthæi 5. Si quis auferit tibi tunicam, dimitte ei & pallium. Exemplum in Vitis patrum de senibus qui nesciebant li-

gare

PER FIGURAS.

figare pariter,

Species martyrii spiritualis sunt, { Abstinentia in abundantia,
Abiectio in gloria,
Manuetudo in iniuria.

¶ De primo, Hieronymus: Duplex est species martyrii. Vna quando quis pro Christo occiditur, Alia quando caro pro Deo mactatur. Primo martyrio dabitur corona de rosis. Secundo, de liliis. Congaudendum est tali, qui in aqua non submergitur, sicut Iona & filii Israël in mari rubro. Et inter spinas non suffocatur, & in luto non coquinatur. De secundo, Apostolus 2. Corinth. 8. Cum esset diues, propter uos egenus factus est. Exemplum in Balaan de quatuor gladiis. De tertio, Matth. 5. Si quis te percusserit in maxillam, &c. iste est quasi scorpium, qui sub lapide non frangitur.

Item species martyrii sunt { Continentia in iuuentute,
Largitas in paupertate,
Gaudium in aduersitate.

¶ De primo, Matth. 19. Sunt eunuchi qui seiplos castrauerunt propter reg. cæ. De secundo, exemplum in muliere quæ misit duo minuta. Marc. 12. De tertio, Act. 5. Ibant Apostoli gaudentes, &c.

Item species martyrii sunt, { Charitas cum litigiosis,
Iustitia cum peruersis,
Obediencia in contrariis.

¶ De primo, Matth. 5. Diligite inimicos uestris. Psalm. Cum his qui oderunt pacem, &c. Isti cum sint inter bestias, non dilacerantur sicut Daniel. De secundo, Psalm. Cum sancto sanctus eris. Sed iste licet picem tangat, non inquinatur: licet in rota sit, non moritur, & hoc mirabile est. De tertio, Gregorius; Obediencia quæ habet ali-

quid de suo, nulla est.

TRIBVLATIO { Viam ad cælum parat,
Lætificat,
Coronat,

¶ De primo, Actuum decimo quarto. Per multas tribulationes oper. &c. Exod. 13. De columna ignis in nocte, &c. Item filii Israël erant aquæ pro muro. De secundo, Iacob. 1. Omne gaudium existimate fratres, &c. glos. ne indignemini, &c. Actuum 5. Ibant apostoli gaud. &c. De tertio, Iacob. 1. Beatus uir qui suffert tentat. &c. Item in Vitis patrum de vii. coronis, quas meruit quidam nocte una. Iob 2. Pelle pro pelle,

Item tribulatio { Erudit,
Vestit,
Deum attrahit.

De

SVMMA. VIRT. ET VIT.

¶ De primo, Esa. 28. Vexatio dabit intellectum auditui. De secundo, Apoc. 7. Isti sunt qui uenerunt ex magna trib. De tertio, Psalm. Cum ipso sum in tribulatione. Sicut cum Susanna. Dan. 13.

Item tribulatio { Probat,
Roborat,
Refrigerat.

¶ De primo, Tob. 12. Qui acceptus eras Deo. Ecclesiast. 27. Vasa figuli probat fornax. nota de illo in Vitis patrum, qui furi dixit, Ecce oblitus es. De secundo, Apostolus 2. Corinth. 12. Quando enim infirmor, tunc potens sum. Sicut testa in igne: sic nobilis lapis cum sculptur, non frangitur. De tertio, Psalm. Transiuimus per ignem & aquam.

Item tribulatio { A peccato conuertit,
Peccata tollit,
Poenam peccati soluit.

¶ De primo, Psalm. Conuersus sum in ærumna, &c. De secundo, exemplum in tribus pueris quibus ignis soluit tantum uincula, unde tribulatio est quasi rosarium, uel scopa, uel pecten tollens immunditiam. De tertio, Apoc. 21. Absterget Deus omnem lacry. 3. Reg. 6. Sa-nus malleorum non audiebatur in temp.

Item tribulatio { Stimulat,
Humiliat,
Glorificat.

¶ De primo, Psalm. Imple facies eo. ign. &c. Vnde est quasi uentus pellens nauem, & quasi calcar. De secundo, Apostolus 2. Corinth. 12. Ne magnitudo reuelationum. Exemplum in marina. De tertio, Roman. 8. Non sunt condignæ passiones huius temp, id est, id quod in præsentia est. Greg. Considerato præ. v. f.

Item tribulatio { Consolationem tribuit,
Virtutes perficit,
Acceptum Deo reddit.

¶ De primo, Psalm. Virga tua, & baculus tuus, &c. Apostolus 2. Corinth. 1. Qui consolatur nos in omni tribulatione nostra. De secundo, Apostolus 2. Corinth. 12. Virtus in infirmitate perficitur. De tertio, Tob. 12. Quia acceptus eras Deo. Apocal. 3. Ego quos amo arg.

Item tribulatio { Beatum constituit,
Filium Dei ostendit,
In tentatione defendit.

¶ De primo, Job 5. Beatus homo qui corripitur à domino. De secundo, Apostolus Hebr. 12. Flagellat omnem fil. &c. Exemplum de illo qui fletuit, quia cum dominus uno anno per infirmitatem non uisita-

PER FIGURAS.

uit. De tertio, Osee 2. Sæpiam uias spinis.

Item tribulatio { Conuiuium in cælo præparat,
Inimicum debilitat,
Charitatem inflammat.

¶ De primo, Matthæi 20. Voca operarios, &c. Nota quod canis libenter uult proici cum carnibus quas comedit. De secundo, Ecclesiast. 33. Virga & onus & cibus asino. De tertio Augusti. Accendebas nos ualide. Nota quod paruus ignis extinguitur, sed magnus accenditur uento. Quidam in Vitis patrum osculabatur cuidam furi manus in morte.

Item tribulatio { Paradisum referat,
Conscientiam seruat,
Virtutes augmentat.

¶ De primo, Actuum 7. Ecce uideo cælos apertos. unde comparatur flammeo gladio. August. Hic ure, hic seca, &c. De secundo, Tob. 3. Post tempestatem tranquillū facis. Item dominus mutauit aquam in uinum. Ioan. 2. De tertio, Exo. 1. Quanto magis opprimebant eos, tanto magis crescebant.

FAVPERITAS { Curam Dei in exilio,
meretur Iudicandi potestatem in iudicio,
Landem perpetuam in cælo.

¶ De primo, Psalm. Mendicus sum & pauper, & dominus sollicitus est mei, sicut pater de filio, magister de discipulo, medicus de infirmo, aduocatus de clientulo, speculator de castro, agricola de agro. De secundo, Job 36. Pauperi iudicium tribuit. De tertio, Psalm. Pauper & inops lau. &c.

Item pauperes { Orantes exaudiuntur,
Venientes recipiuntur,
Morientes ad patriam reducuntur.

¶ De primo, Psalm. Desiderium papp. &c. De secundo, Psalm. Factus est mihi dominus in refugium. De tertio, Luc. 16. Factum est ut moreretur mend.

Item pauperes { Imitatores Christi se esse ostendunt,
Diaboli manum effugiunt,
Obliuionem dei non incurrunt.

¶ De primo, Apostolus secundo Corinth. 8. Cum esset diues, propter uos egenus, &c. Item Matth. 8. Filius hominis non habet ubi ca-put suum reclinet. De secundo, Psalm. Tibi derelictus est pauper tanquam paruulus proiectus à matre. Psalm. Pater meus, & mater mea dereliquerunt me. De tertio, Psalm. Quoniam non in si-eb. er. pau.

Item

SVMMA VIRT. ET VIT.

Item paupertas { Hominem perfectum facit,
Beatum ostendit,
Pondus deponit.

¶ De primo, Matthæi 19. Si uis perfectus esse, uade &c. De secundo, Matth. 5. Beati pauperes spiritu. De tertio, Luc. 18. Facilius est camelum transire &c. Vnde Socrates proiecit thesaurum suum in aquam, dicens, Mergam te, ne mergas me.

Item paupertas { Securum efficit,
Regnum tribuit,
Iudicem lenit.

¶ De primo, Poëta: Cantabit uacuus coram latrone uiator. De secundo, August. Paupertate comparatur regnum, labore requies, de lore gaudium, ignominia gloria. De tertio, Matth. 11. Venite ad me omnes qui labo, & one. estis. Nota exemplum de stipendiis, quod non dantur libenter his qui prius acceperunt.

HUMILITAS meretur { Dei memoriam,
Spiritus sancti gratiam,
Caelestem gloriam.

¶ De primo, Psalm. In humilitate nostra memor f. n. De secundo, Psalm. Inter medium montium pertrans. aquæ. & 1. Pet. 5. Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. De tertio Prouer. 29. Humilem spiritu suscip. gloria.

Item humilitas meretur { Spiritus sancti inhabitationem,
Honorabilem exaltationem,
Ostii caelestis apertionem.

¶ Primum datur in exilio. Secundum in iudicio. Tertium in caelo. De primo, Esa. 66. Super quem requiescet spiritus meus, nisi super hu. Itē Cant. 2. Ego flos campi, & lil. conual. De secundo, Luc. 14. Qui se humiliat, exal. Item: Amice, ascende superius. De tertio, Apocal. 3. Quia modicam habes uirtutem &c.

Item in humilitate { Præceptum Dei seruatur,
Christus imitatur,
Orationis efficacia habetur.

¶ De primo, Eccle. 7. Humilia ualde spiritum tuum. De secundo, Matth. 11. Discite à me, quia mitis sum & humilis corde. nota Christus a finem equitauit, Iude pedes lauit. De tertio, Ecclesiast. 35. Oratio humiliantis se &c.

Item humilitas { Erudit,
Vestit,
Deo iungit.

¶ De primo, Prouerb. 11. Vbi humilitas, ibi sapientia. Psalm. De-
claratio

PER FIGURAS.

claratio sermo tuorum ill. & intellectum dat &c. De secundo, Esa. 28. Pallium breue utrunque oper. De tertio, Marci 10. Sinite paruulos uenire ad me. Hæc est præcursor charitatis & focia.

Item humilitas { Liberat,
Saluat,
Virtutes seruat.

¶ De primo, Psalm. Humiliatus sum, & libe. me. Exemplum de laqueis quos uidit beatus Antonius per totum mundum. De secundo, Psalm. Quoniam tu populum hu. sal. fa. De tertio, Greg. Qui uirtutes sine hu. congre. quasi pul. in uen. por. Bern. In ueritate didici. Vnde ipsa est mater uirtutum, & cinis conseruans ignem. Quid autem humiliare debeat, require de miseria uitæ præsentis.

OBEDIENTIA { Christo asimilat,
Victimas superat,
Victoriam parat.

¶ De primo, Apostolus ad Phil. 2. Christus factus est pro no. obe. Imo ei cuncta obediunt. Iob 38. Stellæ uocata: dixerunt, Assumus. De secundo, 1. Reg. 15. Melior est obedientia &c. glo. quia dū alienæ noci hic subditur, nos ipsos superamus: quasi diceret proptiam carnem mastamus, sed ibi alienā. De tertio, Prouerb. 21. Vir obediens loquitur uictoriam, quia Adam fuit inobediens, uictus est.

Item obedientia { Deo est grata,
Angelis iucunda,
Sibi fructuosa.

¶ De his Bernardus: Nihil angelis charius, nihil Deo acceptius, nihil hominibus fructuosius, quam in suscepta conuersatione subsistere.

Item obedientia debet esse { Parata,
Ordinata,
Ardua.

¶ De primo, Bernard. Illum optimum obedientiæ dixit &c. August. Verus obediens mandatum non procrastinat, aures parat autem diti, linguam noci, manus operi, pedes itineri &c. De secundo, Actuum 5. Oportet Deo magis obedire, quam hominibus. De tertio, Bernard. Ille tuus minister est domine, qui non intuetur audire quod uoluerit, sed uelle quod audierit. Talis fuit Abraham Gene. 12. Egredere de terra. Item 22. Tentauit Deus Abraham.

Item obedientia debet esse { Vniuersalis,
Lætabilis,
Rationabilis.

¶ De primo, dixit beata Virgo ministris in nuptiis, Ioan. 2. Omnia
R R quæ

quæ dixerit uobis, facite. De secundo, Psalmista: Paratus sum, & nō sum turbatus. De tertio, Gregorius: Scito quōd propter obedientiam malum nunquam debet fieri, sed bonum quandoque potest intermitti. Iosue 1. Qui cunctis non obedierit ser.

Item est obedientia { Sufficiens,
Abundans,
Superabundans.

¶ Prima est, quando obeditur maiori. Secunda, quando equali. Tertia, quando minori. De primo, Apostolus ad Hebræos 13. Obedite præpositis uestris. post, Non tantum bonis & modestis, sed etiam dycolis. Apostolus Rom. 13. Qui potestati contradicit, Dei ordinationi contradicit. Unde quia Adam non obedivit suo superiori, inobediens ei factum est suum inferius. De secundo, exemplum de duobus fratribus in Vitis patrum, quorum unus iussit alterum accendere toties lucernam &c. De tertio, Lucæ 2. Et erat subditus illis.

TIMOR alius est { Seruilis,
Initialis,
Finalis.

¶ De primo, Ecclesi. 1. Timor domini expellit peccatum. De secundo, Psalm. Beatus uir qui timet dominum. De tertio, Actui 10. In ueritate comperi &c.

Item timor { Peccatum pellit,
Beatum ostendit,
Acceptabilem reddit.

¶ De primo, Ecclesi. 1. Timor domini expellit peccatum. De secundo, Psalm. Beatus uir qui timet dominum. De tertio, Actuum 10. In ueritate comperi.

Item timor { Sapientiam generat,
Mentem roborat,
In fine remunerat.

¶ De primo, Ecclesi. 1. Radix sapientiæ est timere Deum. De secundo, Eccle. 27. Nisi in timore domini tenueris te. De tertio, Ecclesi. 1. Timenti Deum bene erit in extremis.

Item Timor domini { Animam ditat,
Peccatum deuitat,
Gratiam conseruat.

¶ De primo, Psalm. Non est inopia timentibus eum. De secundo, Prouerb. 15. Timore domini declinat omnis à malo, & per consequens à malo poenæ. unde Matthæ. 10. Nolite timere eos qui cor. occi. De tertio, Ecclesi. 15. Qui timet Deum, faciet bona.

Item

Item timor domini { Cor delectat,
Negligentiam fugat.
Vitam prolongat.

¶ De primo, Ecclesiast. 1. Timor domini delectabit cor, & dabit gaudium, & lætiam, long. dierum. De secundo, Ecclesiast. 7. Qui timet Deum, nihil negli. De tertio, Prouerbiorum 10. Timor domini apponet dies.

Item timens Deum { Iustitiam exequitur,
Respectum Dei meretur,
Fonte uitæ irrigatur.

¶ De primo, Malach. 1. Si ego dominus, ubi est ti. meus? De secundo, Esaiæ 66. Ad quem autem respiciam, nisi ad pau. & contri. spiritus? De tertio, Prouerbi. 14. Timor domini fons uitæ, ut declinet à ruina mortis.

PAX { Consilium Dei firmat,
Pœnam deuitat,
Inimicos reconciliat.

¶ De primo, Ioann. 14. Pacem relinquo uobis. Hanc non habuit Cain & Ioab. De secundo, Apostolus Hebræ. 12. Pacem sequimini, & sanctimo. sine qua nemo uidebit Deum. Aug. Qui in pace non fuerit inuentus, abdicatur à Patre, exheredatur à Filio, & à Spiritu sancto alienus efficitur. De tertio, Apostolus Rom. 12. Si esurierit inimicus tuus, & sequitur, Hoc enim faciens, carbo. Psalm. Cum his qui oderunt pacem.

Item est pax { Temporis,
Pectoris,
Aeternitatis.

¶ De primo, Augustinus: Tantum bonum est pax, quōd etiam in suo contrario queritur. Gene. 13. Diuisi sunt alter ab altero. De secundo, Lucæ 2. Et in terra pax hominibus bonæ uolūtatis. Hoc dicitur sabbatum delicatum. De tertio, Esaiæ 32. Sedebit populus meus in pul. pa. Hæc in cælo ordinat hierarchias.

Item pacificus { Dei filius ostenditur,
Angelis associatur,
Christo assimilatur.

¶ De primo, Matth. 5. Beati pacifici, quoniam filii Dei uoc. De secundo, Basilius: Pacificus homo consortium angelorum merebitur. De tertio, Patet: quia Christus propter mansuetudinem agno comparatur. Si ieiunas uel uigilas, diabolus his non terretur, quia his non utitur. Sed si pacem habeas, expauesce: quia hoc seruas in terris, quod ille noluit in cælis.

CONTINENTIA alia est {
 Coniugalis,
 Vidualis,
 Virginalis.

¶ De primo, Augustinus loquens de Abraham: O virum factis uterem viriliter, uxore temperanter, ancilla obtemperanter, nullo in temperanter. De secundo, 1. ad Timoth. 5. Quæ uerè uidua est & desolata, speret in Deo, & instet orationibus & obsecrationibus nocte & die. De tertio, Apostolus 2. ad Corinth. 11. Despondi uos uni uiro uirginem cast. &c.

Item uirginitas {
 Mandatum custodit,
 Decorem tribuit,
 Hominem beatum ostendit.

¶ De primo, Luca 12. Sint lumbi uestri præcin. De secundo, Psalm. Audi filia, & uide &c. Hæc est arca deaurata intus & foris; hæc est sol inter planetas. De tertio, Math. 5. Beati mundo corde.

Item uirginitas {
 Deum loco parat,
 Pretium de longe portat,
 Dignitatem angelorum ministrat.

¶ De primo, Cant. 2. Qui paciscitur inter lilia. De secundo, Prouerbio. 31. Mulierem for. quis inueniet? De tertio, Ecclesi. 26. Non est condigna ponderatio continentis animæ, Propter hoc errat Aug. dicens: Da quod iubes &c.

Item hæc est hortus qui {
 Floribus ornatur,
 Fontibus irrigatur,
 A iuuenulis inhabitatur.

¶ De primo, Cant. 2. Sicut lilium inter spinas. De secundo, Cant. 4. Fons hortorum. De tertio, Cant. 2. Sonet uox tua in aur.

VIRGINITAS {
 In celo se Deo iungit,
 Canticum nouum instruit,
 Aureolam imponit.

¶ De primo, Sapient. 6. Incorruptio proximum facit esse Deo. De secundo, Apocal. 14. Et nemo poterat dicere canticum. De tertio, Cant. 4. Veni de libano &c.

Item {
 Amissa non recuperatur,
 Christum in celo sequitur,
 In oratione exauditur.

¶ De primo, Hierony. Cum Deus possit omnia &c. bene ergo custodientibus est spes iste ne marcescat. De secundo, Apocalyp. 14. Sequuntur agnum quocunque &c. De tertio, Cantic. 2. Sonet uox tua in aur. m. Vnde de sancta Catharina cantatur, Vox de caelis insonuit.

Item

Item per hanc {
 Consilium Dei seruatur,
 Anima pulchrè uestitur,
 A Deo uirgo iuuatur.

¶ De primo, Matth. 19. Sunt eunuchi qui seipfos &c. De secundo, Prouerbio. 3. Purpura & byssus &c. I. salm. Assitit regina à dex. &c. De tertio, Psalm. Adiunabit eam &c.

Item uirgo {
 Honestè contrahit,
 Delectabiliter parit,
 Viriliter diligit.

¶ Primum patet, quia sponsum accipit pulchrum, dititem, fortem, uirtuosum. Secundum patet, quia proles sunt opera bona, de quibus Psalm. Ut uideas filios filiorum tuorum, id est, mercedem quæ sequatur operationem. Cantic. 7. Umbilicus tuus crater, 10. uallatus liliis. De tertio, nota quod in his nuptiis dos est uita æterna, ista lamus cordis munditia, amplexus gratia. Cantico. 5. Læua eius sub capite meo.

MUNDITIA cordis {
 Beatificat,
 Vitam præstat,
 Mentem decorat.

¶ De primo, Matth. 5. Beati mundo corde. De secundo, Prouerbio. 4. Omni custodia serua cor tuum. De tertio, Apocal. 1. In circuitum ad mammillas. Nota cum florent uineæ fugiunt serpentes, decorat ergo sicut flores campum, sicut arbores hortum, sicut carbunculus annulum. Gene. 2. Plantauerat autem dominus Deus paradisum uoluptatis.

Item {
 Domum Deo præparat,
 Sedem illi collocat,
 Deum pro sigillo seruat.

¶ De primo, 3. Reg. 7. Fecit rex Salomon thronum & templum, ubi fuit mensa & candelabra. De secundo, 3. Reg. 22. Vidi domum sedentem super sol. Vnde similis est ordini thronorum. De tertio, Cantic. 8. Pone me sicut signaculum super cor tuum.

Item mentem {
 Ordinat,
 Sanat,
 Irrigat.

¶ Propter primum comparatur claustro. Vnde distingue in mente officina. Propter secundum comparatur theriacæ, quæ mortis serpentis & uenena curat radice: immunda uero cogitatio morsus serpentis, & mala radix est. Propter tertium, comparatur fonti. unde Ezech. 36. Effundam super uos aquam mundam. Gene. 2. Fons egrediebatur de loco uol.

SVMMA VIRT. ET VIT.

Item { Hostem interficit,
Mortem excludit,
Turpia fugit.

¶ De primo, Hieronym. Non est timendus hostis qui &c. Gene. 3. Ipsa conteret caput. De secundo, Ierem. 9. Mors intravit per fenestras. De tertio, Ecclesiast. 13. Qui tangit picem &c. Sed illas cogitationes quas diabolus immitit contra uoluntatem hominis, ipse diabolus confiteatur & satisfaciat, & non homo.

Item gratiæ fructum { Producit,
Colligit,
Custodit.

¶ Propter primum comparatur siculneæ. Propter secundum, similis est apothecæ. Sed nota, Vbi est thesaurus tuus, ibi &c. Matth. 6. Hoc patet in statera: quia illic ponderat, ubi magis grauatur. Propter tertium comparatur castro. Lucæ 10. Intrauit Iesus in quoddam castellum. Expone tropologicè.

Misericordia, siue compassio { Vincit sacrificium,
Efficit beatum,
Pauperum est refugium.

¶ De primo, Osee 6. Misericordiã uolui, & non sacrificium. De 2. Mat. 5. Beati misericordes. De tertio, Psal. Et factus est Dñs ref. pau.

Item { Præceptum naturæ seruat,
Charitatem manifestat,
Regnum cæli comparat.

¶ De primo, Matth. 7. Quæcunque uultis ut faciãt uobis, &c. Apostolus Roma. 12. Gaudete cum gaudentibus &c. De secundo, 1. Ioannis 3. Qui uiderit fratrem suum necessitatem pati. Nota sex opera misericordiæ, quibus charitas ostenditur. unde Matth. 25. Esuriui, & dedistis mihi &c. De tertio, Apostolus 2. ad Timoth. 2. Si compatimur, & conregnabimus.

Item { Vocem Christi audit,
Martyrem spiritualem facit,
Duritiam emollit.

¶ De primo, Cantic. 5. Anima mea liquefacta est &c. De secundo, Grego. Qui dolorem excipit in aliena necessitate, crucem portat in uente. Apostolus 1. Corint. 12. Si dolet unum membrorum &c. De tertio, Ezechiel. 11. Auferam à uobis cor lapideum. Unde comparatur oleo, cuius est emollire.

Item { Amicum probat,
Vitam prolongat,
In iudicio commendat.

PER FIGURAS.

¶ De primo, Lucæ 10. Quis horum tibi uidentur proximus fuisse illi? De secundo, Apostolus 1. ad Timoth. 4. Pietas ad omnia ualeat. De tertio, Matth. 25. Esuriui, & dedistis mihi &c.

Item opera misericordiæ spiritualia sunt { Peccantem corrivere,
Ignorantem instruere,
Delinquenti ignoscere.

¶ De primo, Matth. 18. Si peccauerit in te frater tuus. De secundo, Iob. 5. Qui conuerti fecerit pe. De tertio, Luc. 6. Dimittite & dimittet. &c. Grego. Districtio debetur uitis, compassio naturæ.

Actiua uita meretur { Retributionem,
Exultationem,
Dei commendationem.

¶ De primo, Matth. 20. Voca operarios &c. De secundo, Psal. Qui seminant in lacrymis &c. De tertio, Matth. 25. Esuriui, & dedistis mihi &c.

Item actiua uita { Merita multiplicat,
Tentationem declinat,
Charitatem propalat.

¶ De primo, Cantic. 7. Venter tuus sicut aceruus. Psal. Vt uideas filios filiorum. Filii sunt: opera filiorum sunt præmia quæ debentur operibus. De secundo, Hiere. Semper aliquid operis facio. De tertio, 3. Ioan. 3. Qui uident fratrem suum necess. pati. Et de operibus misericordiæ.

Item { Meretur beatitudinem,
Implet Dei ordinationem,
Imperat ad contemplationem.

¶ De primo, Psal. Labores manuum tuarum &c. De secundo, Gene. 3. In sudore uultus tui. De tertio, Gene. trigesimo secundo: Quia prius uocatus est Iacob, sed post Israël. Item primo Iacob duxit Liam, post Rachel. Item Benjamin primo uocatus est Bennon. Item prius sumus uiatores quam comprehensores.

Item uita actiua { Meretur exaltationem,
Expectat satietatem,
Euadit mendicitatem.

¶ De primo, Lucæ ulti. Nonne oportuit Christum pati? De secundo, Aposto. 2. ad Thess. 3. Qui non laborat, non manducet. ergo econtra. De tertio, Pruerbi. 20. Propter frigus piger arare noluit. Eiusdem 6. Vade ad for. &c.

Contemplationis species sunt { Lectio,
Meditatio,
Oratio.

SVMMA VIRT. ET VIT.

¶ Primo modo non solum fit contemplatio in libro vitæ uel creatore, sed etiam creaturæ: quia inuisibilia Dei per ea quæ facta sunt intellecta conspiciunt. Roma. 1. De secundo Apostolus ad Philip. 3. Nostra conuersatio in cælis est. Sapiens. Stans in terra, scilicet corpore: cælum tangebatur, scilicet mente. De tertio, Apostolus ad Philip. 4. In omni oratione peti. uestræ inno.

Item contemplatio operatur { Vitiorum eiectionem,
Virtutum irrigationem,
Conscientiæ decorem.

¶ De primo, August. Suaue mihi factum est &c. De secundo, Esaie 58. Eris quasi hortus irriguus. Cogitatio enim de Deo quasi canalis est posita ad fontem uitæ. Gen. 2. Fluuus egrediebatur &c. De tertio, Can. 1. Lectulus noster floridus. Eiusdem 2. Fulcite me floribus.

Item contemplatione conuersandum est in cælo, ut { Dulcedo hauriatur,
Idioma angelicum discatur,
Familiaritas acquiratur.

¶ De primo, August. Infunde Deo dilectionem tuam. Vnde contemplatiuus quasi apes uolat in horto cælesti supra flores gaudiorum. De secundo, Apostolus 1. Corinth. 13. Si linguis hominum loquar. Sed qui de terra est, de terra loquitur. Ioannis 3. De tertio, Apostolus Ephes. 2. Iam non estis hospites, quasi dicat, etiam hoc prius fuistis. Sed heu quibusdam dicitur: Amen dico uobis, nescio uos. Matth. 25.

Item contemplatiuus à Deo { Diligitur,
Exauditur,
Cibatur.

¶ De primo, Cantic. 2. Ne suscitatis dilect. &c. nam contemplatio somnus est. eiusdem 5. Ego dormio, & cor meum uigilat. De secundo, Psal. Delectare in domino &c. De tertio, Eccle. 15. Cibauit illum pane uitæ &c.

Item contemplatio { Illuminat intellectum,
Accendit affectum,
Præparat Deo domum.

¶ De primo, Ecclesi. 11. Dulce lumen & delectabile &c. unde sciimus quoddam aquila irreuerberatis oculis intuetur solem, & proprium pullum educit, qui non idem facit. De secundo, Augusti. Accendebas nos tam ualide. De tertio, Proterbiorum 11. Sapientia edificauit sibi domum.

Item { Temporalia contemnit,
Secreta petit,
Finiri nescit.

PER FIGURAS.

¶ De primo, Psalm. Renuit consolati. ani. Bernardus: Delicata est diuina consolatio, nec facile &c. Gregorius: Tanto quisque à superno amore distans, quanto inferius delect. De secundo, Tren. tertio: Sedebit solitarius, & tacebit. Hoc ideo facit, quia qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea. Proterbiorum 13. Exemplum in topazio. De tertio, Luca: 10. Maria optimam partem elegit &c.

Item mentem { Eleuat,
Lætificat,
Inebriat.

¶ De primo, Apocal. 12. Luna sub pedibus eius. De secundo, Psal. Providebam Dominum in conspectu meo semper, propter hoc lætatum est cor meum. De tertio, Cant. 5. Comedi fauum &c. Aug. Quis mihi det ut uen. &c.

Item { Angelicum officium assumit,
Dilectionem ingerit,
Secreta pandit.

¶ De primo, patet: quia angeli semper uident faciem Patris, & speculum æternitatis inuentur: sic & iste. Apocal. 4. Plena oculis ante & retro. De secundo, Augustinus: Memoria tua super mel dulcis: unde tales quandoque rapiuntur in iubilum. est autem iubilus, gaudium quod pro sui dulcedine uel magnitudine taceri non potest, & tamen propter immensitatem rei non potest exprimi: & sic quatuor de causis uel ad insinuandam nostram infirmitatem, uel desiderii immensitatem, uel rei quam expectamus immensitatem, uel ad cauendam nimiam rei dilationem. De tertio, Aposto. 2. Corinth. 12. Scio hominem raptum, talis in secreto sit loco. Cantu. 6. Ego dilecto meo, & dilectus meus mihi &c.

Item contemplatiuus gaudium celi iam inchoat, habens { Dei præsentiam,
Societatem angelicam,
Dotum quandam gloriam.

¶ De primo, 1. Ioannis 4. Qui manet in charitate, in Deo manet, sed sicut dicitur, Vbi Papa, ibi Roma: ita potest dici, Vbi Deus, ibi uita æterna. Luca: 17. Regnum Dei intra uos est. De secundo, Mat. 18. Angeli eorum semper uident faciem. Tertium patet: quia iam habet quandam cognitionem dilectionum, claritatem conscientie, agilitatem in bono opere. Aug. Ducis me in quandam inconsumtam dulcedinem.

Item adhæret anima Deo per contemplationem } sicut { Ramus trunco,
Cera sigillo,
Nauis plato.

¶ De primo, Io. 15. Sicut palme non potest facere fructum à semetipso, R. R. 5 ipso,

ipso, nisi manserit in ui. &c. Secundum patet: quia sicut cera recipit imaginem sigilli, sic anima uirtutum similitudinem. Apostolus Ephe. 5. Imitatores Dei estote, sicut filii charis. De tertio, Psal. Mihi autem adhærere Deo bonum est: quia in procellis tribulationum non mouetur animus in Deo fixus. unde cum diabolus lassisset Iob in corpore, rebus, & pueris, anima non metuit, quia illam in cælo fixit, ubi diabolus non habet agere.

Perseuerantia { Viam rectam custodit,
Maledictionem euadit,
Opera ad perfectionem perducit.

¶ De primo, 2. Pet. 2. Melius est uiam ueritatis non agnoscere. De secundo, Hebr. 6. Terra sæpe uentientem super se bibens imbrem. Sic Paulus euasit, quod Iudas incurrit. De tertio, illud philosophi: Cuius finis bonus est, ipsum to. bo. Item: Hic homo cepit ædificare. Lucæ 14. Item una manus ædificans.

Item { Saluat,
Coronat,
Damnationem declinat.

¶ De primo, Mat. 10. Qui perseuerauerit usque in finem. Nota, in uespere laudatur serenitas. De secundo, Apoc. 2. Esto fidelis usque ad mortem. Apost. 2. Tim. 2. Nemo coronabitur, nisi qui legit. cetera. De tertio, nota exemplum Dan. 2. ubi statua quæ incepit ab aureo capite, consummata est in fictili, & contrita est per lapidem præcisum de monte sine manib.

Item { Animam uestit,
Ianuam cæli aperit,
Instabilitatem contemnit.

¶ De primo, nota qd hæc est tunica talaris, qua filii regum indui solent. De secundo, Lucæ 11. Si perseuerauerit pulsans &c. De tertio, Thren. 1. Peccatum peccauit Ierusalem. Nota exemplum in Vitis patrum, de dæmone qui gloriabatur quod intra 40. annos deciecit unum monachum.

Item { Christum imitatur,
Claritate remuneratur,
Laude digna monstratur.

¶ De primo, Ioan. 13. Cum dilexerit suos, usque in finem dilexit eos, unde dum clamarent Iudæi, Matth. 27. Si rex Israël est, descendat de cruce, perseuerauit pendens. De secundo, Apocaly. 2. Qui uicerit, dabo illi stellam matut. De tertio, Gregorius: Lauda nauigantis felicitatem, cum uenerit ad portum: lauda ducis uirtutem, cum peruenit ad triumphum.

Item

Item { Brauium percipit,
Acceptum Deo reddit,
Virtutes ad maturitatem ducit.

¶ De primo, Apost. 1. Cor. 9. Omnes quidem currunt: sed unus, id est, perseuerans, accipit brauium. De secundo, Leuit. 22. Hostia sine cauda non offertur. imo ouis sine cauda monstruosa res non esset. De tertio, nota si fons irrigans hortum deficeret, herbæ perirent. Propter ista Psal. dicit, Mihi adhærere Deo bonum est.

Item { Amicum Dei uerum ostendit,
Insidias diaboli non metuit,
Stultitiam expellit.

¶ De primo, Ecclesiast. 6. Est amicus socius mensæ, & non permanet. Item Proverbiorum 17. Omni tempore dilecti, qui amicus est, sic non fuit Petrus, dicens Luc. 22. Non noui illum. Sed nota quod turpius eiicitur quam non admittitur hospes. August. Peccatum est spreto incommutabili bono &c. Genes. 3. Insi diaberis calc. eius, & ipsa conteret caput tuum. Sciendum quod diabolus interdum suadet bonum homini instabili, ut per residuum grauius peccet. unde facit illud Gen. 19. Noli respicere retro &c. De tertio, 2. Pet. 2. Canis reuersus ad uomitum &c. Item stultus esset, qui agrum bene seminaret, & non meteret, uel thesaurum diu collectum dispergeret, uel clypeum in hæc certaminis proiiceret.

Verbum Dei { Mundat,
Illuminat,
Cibat.

¶ De primo, Ioan. 1. lam uos mundi estis. De secundo, Psal. Lucerna pedibus meis uerbum tuum. Psal. Præceptum Domini lucidum illuminans oculos &c. De tertio, Matth. 4. Non in solo pane uiuit homo &c. Can. 2. Qui palcitur interli. &c.

Item { Sanat,
Irrigat,
Dulcorat.

¶ De primo, Sapient. 16. Neque herba, neque malagma &c. Psal. Misit uerbum suum, & sa. eos. De secundo, Genes. 2. Fons egre. de loco &c. De tertio, Apoc. 10. Comedit librum. Psal. Quam dulcia faucibus meis eloquia tua.

Item { Ab bonum incitat,
Tentationes mitigat,
Dæmones fugat.

¶ De primo, Eccles. 12. Verba sapientium sicut stimuli. De secundo, Psal. Dixit, & stetit spiritus procellarum, unde comparatur uerbum

bam

S Y M M A V I R T. E T V I T.

bum Dei incantatoribus serpentum. De tertio, Marc. 16. In nomine meo daemonia eici.

Item { Iustificat,
Beatificat,
Confortat.

¶ De primo Iaco. 1. Non auditores tantum. De secundo, Lucæ 17. Beati qui audiunt uerbum Dei &c. De tertio, Psal. Verbo Domini caeli firmati sunt.

Item { Vias demonstrat,
Mentem penetrat,
Deum homini reconciliat.

¶ De primo, Mat. secundo, Stellam quam uiderant Magi in oriente &c. De secundo, Ezech. tertio: Qui audit, scilicet foris, audit intus. Apostolus Hebræ. quarto: Viuus est sermo Dei & efficax &c. De tertio, Proverb. uicesimo primo: Qui obturat aurem suam. Similiter exponit illud Esaiæ 20. Mandata remanda &c.

Item { Mortuos uiuificat,
Filios Dei generat,
Mala extirpat.

¶ De primo, Ioan. quinto: Venit hora, & nunc est. Psal. Dabit uoci suæ uocem uirtutis. gloss. suscitandi mortuos. Sed hoc erit in die iudicii. De secundo, Iacobi primo: Genuit nos uerbo ueritatis. ¶ Nota, tria habent uirtutem, scilicet herbæ, lapides & uerba. De tertio, Iere. 1. Ecce constitui te &c.

Item { Conuertit,
Erudit,
Præmunit.

¶ De primo, Psal. Lex Domini immaculata conuertens animas &c. De secundo, Psal. Testimonium Domini fidele, sapiens, præstans &c. De tertio, Ezech. tertio: Speculatorem dedi te &c.

Item { Vitia necat,
Gratiam initiat,
Affectum inflammat.

¶ De primo, Apostolus Eph. 5. Gladium spiritus, quod est uerbum &c. Apoc. 1. Ex ore eius gladius ex utraque parte acutus. Propter spiritum comparatur semini, quod est initium fructuum. Lucæ 8. Semen est uerbum Dei &c. De tertio, Lucæ uicesimo quarto: Nonne cor nostrum &c. Actu. 2. Apparuerunt illis dispersæ linguæ.

Item { Animum emollit,
De peccato extrahit,
Omnia bona adducit.

¶ De pri

P E R F I G U R A S.

¶ De primo, Cantic. 5. Anima mea liquefacta est. Ierem. 23. Nonne uerba mea quasi malleus &c. De secundo, Lucæ 5. In uerbo autem tuo laxa. &c. De tertio, Sapien. 7. Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa.

Item generat { Admirationem,
Correctionem,
Cognitionem.

¶ De primo, Psal. Mirabilia testimonia tua Domine, ideo seru. &c. De secundo, Psal. In quo corrigit ad. uiam suam? De tertio, Iac. 1. Qui auditor est uerbi, & non factor, hic comparabitur. Psal. Tunc non confundar cum perspe. &c.

Prælati debet habere { Christo conformetur,
re ætatem ut per hoc { Maledictio declinetur,
Grege uiuiler custodiatur.

¶ De primo, Lucæ 3. Et ipse Iesus erat annorum 30. De secundo, Eccle. 40. Væ terræ cuius rex puer est. De tertio, Iudic. 8. Iuxta ætatem robur est hominis. Sed heu hodie committitur cura animarum homini, cui non committeretur cura porcorum uel pomorum. Item: Quomodo arcebit puer lupum à grege?

Item sollicitus sit { Ne de illo querimonia moueatur,
Ut Christi patrimo. deferuatur,
Ne uelut infidelis condemnetur.

¶ De primo, Ecclesiastici quadragesimo primo: De patre impio conuenerunt filii. Sed Dominus fecit sententiam Genesis quadragesimo tertio: Non uidebitis faciem meam, donec adduc. fratrem uestrum miuimum. De secundo, Bernard. Lucrantur cantando, reddent stendo. De tertio, Apostolus 1. ad Timotheum 5. Qui suorum, maximè domesticorum curam non habet &c. Sed hodie maxima cura est de lana & lacte: sicut dicitur Ezech. 34. minima de animabus.

Item sollicitus sit { In sui ordinis executione,
In subditorum cognitione,
In uitiorum extirpatione.

¶ De primo nota, quod magis iam student in schaco, quam in antiphonario. Vnde officium uel ex toto negligunt, uel differunt, uel more scemina faciunt, aut malo modo. De secundo, Proverbiorum uigesimo septimo: Diligenter cognosce uultum pecoris tui. De tertio, Ieremiæ primo: Ecce constitui te super gent. & reg. ut euellas. Sed magis laborant in euacuandis buris, quam peccatis. ¶ Item semper sit sollicitus qualiter respondeat Deo in die iudicii facienti has quaestiones:

Questio

SVMMA VIRT. ET VIT.

Quæstio-
nes, {
Quomodo intraſti,
Quomodo uixiſti,
Quomodo rexiſti,
Quomodo expendiſti.

¶ De primo, Ioan. 10. Qui non intrat per oſtium &c. de ſecundo 1. Machab. 6. Reſuſcit ſol in clypeos aureos. Debet autem uita prælati quaſi regula eſſe ſubditi: ſed modo incorrecta, & furati ſunt eam ſicut Achior. De tertio, Prouer. 6. Fili, ſi ſponderis pro amico tuo &c. De tertio, Eſa. 62. Super muros tuos Ieruſalem conſti, cuſto, die & nocte. Sic ergo præſit ut proſit. De quarto, exemplum in filio prodigo.

Continens ſit {
prælatuſ, {
Vt in hoc mandatum Dei ſeruetur,
Ne poena incuratur,
Ne irreuerenter Chriſtus tra&etur.

¶ De primo, Luca 12. Sint lumbi &c. De ſecundo, exemplum in Oza, qui tangens arcam, percuſſus eſt. 2. Reg. 6. Pſalm. Fiat menta eorum &c. De tertio, Eſaie 52. Mundamini qui fertis uafa Domini, in huius ſignum albam induunt.

Item hæc con-
tinentia {
In lege præfiguratur,
In ſcripturis commendatur,
A Domino remuneratur.

¶ De primo, exemplum Exod. 12. ubi comedentes agnum renes accingebant. Item ſacerdos miniſtraturus utebatur femoralibus, Exod. 28. De tertio, Cant. 3. Lectulum Salomonis ambiunt,

Constans ſit {
Bonos defendendo,
Malos puniendo,
Tentationes uitando.

¶ De primo, Io. 10. Bonus paſtor animam ſuam &c. Gl. ſuper illud 2. ad Cor. 11. Dimiſſus ſum in ſporta per murum. dicit quod quando perſona quaeritur, fugere poteſt prælatuſ. Sed quando commu- ne bonum periclitatur, tunc non debet fugere: ſed animam pone- re. De ſecundo, Gene. 1. Ut præſit uolantibus, id eſt ſuperbis, & piſ- cibus, id eſt luxuriſis, & beſtis, id eſt auaris. Nam ſubditi in- quantum boni ſunt, ſimiles ſunt prælatiſ. De tertio, Ezech. 3. Ut adamantem poſui te.

Item conſtans ſit {
Iuſtitia rectitudine,
Fortitudinis magnitudine,
Perſeuerantia longanimitate.

¶ De primo, Greg. Miſericordia & iuſtitia multum deſtituuntur, ſi una ſine altera teneatur. unde gigas non eſt occidenduſ cum acu, & pulcx cum ſecuri, De tertio Greg. Non hunc proſpera eleuent,

PER FIGURAS.

aduerſa perturbent. unde mulier non ſuſcipit characterem ordi- num. De tertio, dicit Bern. quod noui ſacerdotes primo anno ſunt angeli, ſecundo homineſ, tertio dæmoneſ, unde comparatur ſta- tua, Dan. 2. quæ caput habuit aureum, tandem terminabatur in fi- ſili. ſed ſtola datur eiſ in ſignum perſeuerantia.

BONA ui-
ta prælati {
Affectum ſubditorum inflammat,
Exemplo intellectum illuminat,
Scandalum infirmorum declinat.

¶ De primo, Luc. 12. Lucerae ardentes in man. Sed heu, ſol con- uertitur in tenebras & lun, in ſ. Item ſecundum notatur in acolita- tu. Item ſuperiora per influxum uirtutiſ ſua regunt inferiora. Tertium patet: quia dolente capite, dolent omnia membra. & ſe- quitur: Qui ſcandalizat unum &c.

Item per bonam uitam {
Subditos ſanctitate præcellat,
Alioſ curans ſe non negligat,
Maledictionem euadat.

¶ De primo, ſecundi Regum quarto: Saul ab humero ſur. Gregor. Tantum eminere debet prælatuſ ſubditis, quantum gregem præ- cedere ſolet uita paſtoris. De ſecundo: Apoſtoluſ primo ad Corin- thioſ nono: Caſtigo corpus meum. Unde portat ſuper humera- le. De tertio, Matthæi uigeſimo tertio: Væ qui decimatiſ mentham, & prætermittitiſ &c.

Item prælatuſ {
Virtute decoretur,
Doctrinae propriae conformetur,
Laudabilis comprobetur.

¶ De primo, Pſal. Sacerdoteſ tui induantur iuſti. De ſecundo, Eſa. 1. Super montē excelſum. &c. Gen. 27. Vox quidē uox Iacob eſt. Mat. 23. Super cathedrā Moysi. De tertio, 1. Petri. 2. Voſ eſtiſ genus ele- ctū, reg. ſacerdot. Sed hæc omnia modo poſſunt legi per cōtrariū.

Item ſint bonæ uitæ propter {
Efficaciam prædicationiſ,
Euaſionem diuinæ correptioniſ,
Honorem ſacerdotaliſ dignitatiſ.

¶ De primo, Aggæi 1. Factum eſt uerbum Domini &c. unde Galluſ cantans, primo aliſ percutit ſe. De ſecundo, Iere. 11. Quid eſt quod dilectuſ meus in domo &c. De tertio, Geneſ. 1. Faciamuſ hominem ad imaginem. Item datum eſt eiſ quod non angelis: ſcilicet cōſe- crare corpus Chriſti. Item corona raditur eiſ in ſignum regaliſ di- gnitatiſ.

Item ſit bonæ uitæ, ne {
Famam perdat,
Exemplo corrumpat,
Indignuſ prælaturam teneat.

¶ De primo, Apostolus 1. Cor. 4. Sic nos existimet homo, unde consecratur chrisma, in quo ponitur balsamus. De secundo, Osee 5. Facti estis laqueus uenationi siue speculationi, unde comparatur gladio uersatili quo clauditur paradysus. Gene. 3. quia nec ipsi intrant, nec alios sinunt intrare. Mat. 24. De tertio, Psalm. Quis ascendet in montem Domini?

Item uiuat { Sobriè sibi,
Iustè proximo,
Piè Deo.

¶ De primo, Apostolus ad Timot. 3. Oportet episcopum irreprehensibile esse. Sed incrassatus est, dilatatus: unde potest dici prælatus quasi præ aliis latus: scilicet in crassitudine & in nitiditate. Nam modo aliqui plus terunt tabernas quam ecclesias, & diem expendunt in ebrietate, & noctem in luxuria. De secundo, Prou. 22. Pondus & pòdus &c. De tertio legitur Num. 18. ¶ Leuitæ nõ habebat hæreditatè inter tribus, quia pars illorù Deus. Sed modo prælatus possit dici prælatus: & ministri Christi sunt, sed seruiunt antichristo,

contemplatiuus { Studii lectionem,
sit prælatus per { Sanctam meditationem,
Deuotam orationem.

¶ De primo, Apoca. 10. Comedi librum &c. Item animal quod non ruminat immundum est. Leuit. 10. De secundo, Apostolus ad Phil. 3. Nostra conuersatio in cælis est. Quare ut hauriret in contemplatione quod effunderet in prædicatione, dico uobis cum fiducia, quòd nos qui claves Petri geritis, & clauos Christi non respicitis, demonium incurretis, De tertio, Eccles. 4.4. In tempore iracundie factus est reconciliatio,

scientiam { Ianuam cæli aperiat,
prælatus habeat. { Fidem defendere sciat,
Sibi commissos puniat.

¶ De primo, Mat. 16. Tibi dabo clauos reg. cæl. sed istas modo resignauerunt & assumpserunt clauos mortis & inferni: quia nec ipsi cælum intrant, nec alios intrare permittunt. De secundo, 1. Pet. 2. Ut sciant rationem reddere omni poscenti de ea quæ in uobis est spe. Malach. 2. Legem requirent de ore eius. Quia officium eorum esset ad eam scire respondere, & scire Articulos fidei implicite & explicitè. De tertio, Luc. 6. Si cæcus cæcum ducit, Talis facit sicut medicus impius qui cauterizat cornua.

Item scientia prælatus { Fulgore clarificat,
{ Maledictionem declinat,
{ Salubriter fructificat.

¶ De pri

¶ De primo, nota quòd clarificat in futuro per gloriam. Daniëlis duodecimo, Qui docti fuerint. In præfenti per gratiam. Exodi uigesimo clauo: Pones in rationali iudicii doctrinam & ueritatem, quæ erunt in pectore Aaron. Deuteronom. uigesimo secundo: Maledictus qui errare fecerit cæcum in uia. Et dicit omnis populus, amen. Sint ergo prælatus animalia plena oculis, non loculis. De tertio, Psalm. Erit tanquam lignum quod plantatum est. Sapient. octauo: Venerunt mihi omnia bona, &c. sed econtrà dicitur de ignorantia, quia tu scientiam repulisti. Osee. 4.

prædicator { Ne pro subditis damnetur,
debet esse prælatus, { Ut incautus præmuniatur,
{ Ut insisio diuina seruetur.

¶ De primo, Exodi 28. Tintinnabula audiri debent Aaron, ingrediente ad ministerium in sancta sanctorum. Gregor. Sunt nonnulli, qui magni uideri uolunt: & tamen magni non sunt. De secundo, nota quòd tubis utebantur & in bellis, cõiuuiis, & tabernaculorum eleuatione. De tertio, Io. 21. Pasce oues meas.

Item doceat { Verbo prædicationis,
{ Exemplo bonæ operationis,
{ Fama sanctæ opinionis.

¶ De primo, 2. ad Timoth. quarto: Prædica uerbum, insta, &c. Item Ioan. uigesimo primo: Pasce oues meas. De secundo, Ioan. primo: Ego uox clamantis in deserto. Et hoc ne una manus sit ædificas, alia destruens. Bernard. Multi sunt catholici prædicando, qui hæretici sunt operando: & tanto grauiores sunt, quanto præualent opera. Iob. 19. Arcus meus in manu mea. Unde os prophætæ calculo nudabatur. Esaiæ 6. De tertio, 1. ad Corint. 4. Sic nos existimet homo, sed heu dispensatores modo sunt dissipatores.

Item prælatus prædicando { Affectum subditorum irrigat,
{ Intellectum illuminat,
{ Fidelem se demonstrat.

¶ De primo, Gen. 1. Sed ipsi sunt canalis quo aqua fontis egrediens de loco uoluitur, transit, & uacuum tandem remanet, & lixiuia alios lauas ipsa sordidatur. De secundo, Psalm. Lucerna pedibus meis uerbum tuum. sed modo prælatus comparatur faci, quæ lucens hominibus seipsam consumit. De tertio, Matth. 24. Quis, putas, est fidelis seruus & prudens, &c.

benignitas, & misericordia prælatus { Bonitati diuinæ se conformat,
{ Seueritatem iudicii declinat,
{ Humilitatis indicia demonstrat.

¶ De primo, Chrysof. Si dominus largus, &c. Item, Deus semper

punit citra condignum. Conſitemur enim in tribus perſonis, potentiam, ſapientiam, bonitatem, quæ ſignantur per tria quæ fuerunt in arca. De ſecundo, ſac. 2. Iudiciũ ſine miſericordia illi qui non faciunt miſericordiam: ſi ergo ſlos per pietatem, non rhamnus. De tertio, Matth. 7. Quid uides feſtucã in oculo fratris tui. Non ergo camelum glutiat, & culicem excol. Ibidem 23. Sic fecit Dauid cum dixit ad angelum percutientem. Vertatur obſecro manus, &c. 2. Reg. 24. Gregor. Quare dominus Petrum negantem cadere permiffit ſcilicet ut ſua culpa diſceret qualiter aliis miſereri debuiffet.

Item manſuetus ſit prælatus { Per miſericordiæ compaſſionem,
Per patientiæ lenitatem,
Correſtionis moderationem.

¶ De primo, Iere. 9. Quis dabit capiti meo, &c. Apoſtolus, ad Ro. 12. Flete cum ſlentibus, &c. Sed ſic nõ ſunt modo: quia paſtores mutati ſunt in tonſores, imo excoriatores. De ſecundo, 1. Reg. 23. Quali tenerrimus ligni uermiculus, ex eis manus inungantur in conſecratione. De tertio, nota quod ſtultus eſſet qui perſequeretur pulicem cum ſecuri. Mat. 13. Imponunt onera, &c. ſed non quod in ſubcinando ſtrictior pars ad proprium ſubiectum conuertitur.

AMBITIONEM dignitatum fugiat propter { Chriſti conformitatem,
Pœnarum declinationem,
Humilitatis probationem.

¶ De primo, exemplum, in Chriſto, qui fuit raptus in regem. Ioan. 6. ſed econuerſo rhamnus ingeſſit ſe prælationi lignorum cæterorum. Iudic 9. Item inclinato capite quaſi fugit titulum, ubi ſcriptum fuit, Rex Iudæorũ. Ioan. 19. De ſecundo, Luc. 14. Ne fortè ueniat, qui te inuita, & incipit, cum rubric. nouiſſ. locum tenere. Item Numer. 16. Dathan & Abiron abſorpti ſunt, Giezi leproſus factus eſt, 4. Reg. 5. De tertio, Apoſtolus ad Hebr. 5. Nemo aſſumat ſibi hono. &c. Item Ierem. 1. A. 2, 2, domine Deus, neſcio loqui, Matth. uigeſimotertio: Amant primos reuocatus.

VNICO beneficio ſit contentus, ut { Ordinatio apoſtolica ſeruetur,
Res figure conformetur,
Stultitia declinetur,

¶ De primo, Apoſtolus 2, ad Timoth. tertio, Vnus uxor uirum, Pſal. Vnam petiã domino, hanc requiram, &c. Canticorum ſexto: Vna eſt columba mea. De ſecundo, Gene. ſexto: In uno cubito conſummabis eam ſcilicet arcam. Tertiu patet: quia ſtultus eſt qui uni eccleſiæ regendæ non ſufficit, quod ſe de pluribus intromittit. Item quia ad impoſſibilia ſe obligat, quia in utraque eccleſia debet horas dicere, miſſas celebrare, & onus impoſtabile ſibi eſt impoſitũ.

¶ SIMONIA CE non intret, ne { Lepra inquinetur,
Perditiõne damnetur,
Cælo priuetur.

¶ De primo, exemplum in Giezi, 4. Regum 5. De ſecundo, Actuum octauo. Pecunia tua tecum ſit in perditiõnem. De tertio, Matth. 22. Chriſtus eiecit ementes & uedentes.

Item ſimonia { Maledictionem inducit,
Fures diſcernit,
Iuſſa diuina contemnit.

¶ De primo, Amos 6. Væ qui ingredimini pompaticè in domum domini. Item Michæa tertio, Væ qui ædificatis Sion in ſanguini. De ſecundo, Ioan. decimo: Qui non intrat per oſtum, &c. De tertio, Matth. 11. Gratis accepiftis, gratis date.

NOTES animæ erunt { Cognitiõ primæ ueritatis,
Dilectiõ ſummæ bonitatis,
Fruitiõ diuinæ maieltatis.

¶ De primo, Eſaiæ ſexageſimo: Tunc uidebis, & aſſues, &c. Matthæi 5. Beati mundo corde, &c. Ioannis decimoſeptimo: Hæc eſt uita æterna, &c. De ſecundo, Eſaiæ trigefimo primo: Cuius ignis in Sion, &c. Geneſ. ſexto: Arca linita fuit bituminis. Item propter charitatem, quod proprium eſt ſingulorum, commune eſt omnium. De tertio, Anf. Anteueniat oro tempus. Item nota circa primam, docentur animæ ſcilicet cognitiõ, quod illa niſiõ cognitiõ erit matutina, ueſpertina, meridiana. Prima in uerbo. Secunda in proprio genere. Tertia, in aperta Dei uiſione. De primo, Geneſ. primo: Factum eſt ueſpere & mane, &c. Nam ſicut modo creaturæ ſunt ſpeculum creatoris: ſic erunt tunc econuerſo. De ſecundo, Greg. Quid eſt quod non uidet qui uidet omnia? Bern. Fili ad ſcholas propeta. De tertio, Auguſt. Videbimus tuæ maieltatis &c. Eſa. 33. Videbunt oculi tui regem in decore ſuo.

NOTES corporis erunt { Claritatis pulchritudo,
Agilitatis promptitudo,
Subtilitatis aptitudo,
Impaſſibilitatis fortitudo.

¶ De primo, Matthæi decimotertio: Fulgebunt inſti, &c. Pſalm. Renouabitur, ut aquila, &c. Nota quod pulchritudo Abſalonis eſt ibi ſeditas. De ſecundo, Eſaiæ quadrageſimo: Aſſument pennas, ut Aquila. Aug. Protinus ubi uoluerit ſpiritus, &c. Nota quod agilitas Azaelis eſſet ibi claudicatio. De tertio, Sapien. 3. Tanquam ſcintilla in. &c. Ioan. decimo: Intrauit Ieſus ianuis clauſis. Exemplum de ſole qui uitrum tranſit. De quarto, Eſaiæ uigeſimo quinto: Præcipitabit

SVMMA VIRT. ET VIT.

tabit in sempiternū. Nota quod fortitudo Sampsonis esset ibi infirmitas, Moysi sanitas esset ibi militas, Saulis strenuitas esset ibi debilitas, David & Ionathæ amicitia ibi esset perueritas, Absalonis formositas ibi esset deformitas, Salomonis sapientia ibi esset stoliditas, Affueri diuitiæ ibi essent mendicitas, Augusti libertas ibi esset illibertas.

In uita æterna erit {
 Affluentia diuitiarum,
 Influentia deliciarum,
 Confluentia honorum.

¶ De primo, Genes. decimo quinto: Ego ero merces tua magna nimis. De secundo, Leuit. uigesimo: Dabo tibi terram fluentem lacte & melle. De tertio, Psal. Gloria & honore coronasti, &c. Esaia 61. Vt darem eis coronam pro cinere.

Item ibi erit Deus {
 Speculum uisui,
 Cithara auditui,
 Mel gustui,
 Flos tactui,
 Balsamus olfactui.

¶ De primo, Sapient. septimo: Candor lucis æternæ, speculum sine macula. De secundo, Esa. 15. Venter meus quasi cithara. Item exemplum de cithara eremita. De tertio, Eccle. 24. Spiritus meus super mel dulcis, Psal. Quam magna multi, dulce, tuæ. Augusti. Ducis me in quâdam dulce. De tertio, Cant. 2. Ego flos campi, &c. De quinto, Eccle. 24. Sicut cinnamomum & balsamum aromat. &c.

Item ibi erit gloria sine {
 Contrarii permissione,
 Finis terminatione,
 Fastidii abominatione.

¶ De primo, Esa. 1. Excoquam ad purum, &c. De secundo, Sapient. 5. Iusti autem in perpetuū, &c. Nota quod uita Mathusalem esset ibi mors. De tertio, Eccle. 24. Qui edunt me, adhuc esurient.

Item ibi gaudebimus de {
 Periculorum euasione,
 Mansionum ordinatione,
 Felicitatis communitate.

¶ De primo, Psal. Misericordias domini in æternum cantabo. De secundo, ibi, Locabuntur omnes secundum ordinem primogenituræ. De tertio, Augusti. Bonum singulorum erit omnium, & quod quisque non habet in se, habebit in alio.

Item ibi erit {
 Conuiuium iocunditatis,
 Pax tranquillitatis,
 Facultas libertatis.

¶ De primo, exemplum in conuiuio Affueri. Esther 1. Bernard. Angelorum

PER FIGURAS.

gelorum & hominum unum conuiuium. Item actor seruator. De secundo, Esa. 32. Sedebit populus meus in pulchritudine. De tertio, Cessabit omnis prælatio.

Item ibi erit {
 Gaudium in corde,
 Melos in ore,
 Redolentia in corpore.

¶ De primo, Esaia nono: Latrabuntur coram te sicut, &c. De secundo, Esa. quinquagesimo primo: Gaudium & lætitia audietur in ea. Exemplum de auicula quæ CCC. annis cantauit. De tertio, Eccl. 24. Sicut cinnamomum, &c.

Item gaudebimus {
 Supra, de diuina consolatione,
 Infra, de loci amenitate,
 Iuxta, de amicabili societate.

¶ De primo, Apocal. 11. Absterget Deus omnem lacrymam, &c. De secundo, Apoc. 21. Plateæ & muri eius, &c. De tertio, Bernard. Angelorum & hominum unum erit conuiuium. Item de corporis & animæ glorificatione, Esa. 35. Fugiet dolor & gemitus, &c. Luca 6. Mensuram bonam & confertam.

Item ibi erit {
 Amœnitas uernalis,
 Lux æstiuas,
 Vbertas autumnalis,
 Quies hyemalis.

¶ De primo, Ansel. O immarcescibilis decor. Ibi igitur rosa, lilia, & uiole. De secundo, Apoc. 22. Ciuitas illa non eget Sole & Luna. De tertio, Psal. Promptuarium eorum plena, &c. De quarto, Esa. 32. Sedebit populus meus in pulchritudine, &c. Idem: Sedebit unusquisque sub ficu sua. Michæ 4.

Item implebitur {
 Rationalis sapientiæ illustratione,
 Concupiscibilis desiderabilium adoptione,
 Irascibilis triumpho decoratione.

¶ De primo, Bernard. Fili, ad scholas prop. era, &c. De secundo, Psal. Qui replet in bonis desideria &c. De tertio, de David de quo cantabant 1. Regum 29. Et David decem millia in millibus suis.

GENERALITER omne peccatum fugiendum est, quia {
 Dæmonibus placet,
 Deo displicet,
 Homini nocet.

¶ Primum patet per hoc, quod diabolus semper homines tentat, ut in peccatum præcipitet. Gregor. Nihil se fecisse asumat, cum animas non lauciat. Idem: Assidua tentatione diabolus tentat, ut saltem tædio uincat. Secundum patet per hoc quod Deus semper est paratus peccata destruere, sicut dicit Ezechiel. 18. Quacunque hora

SVMMA VIRT. ET VIT.

peccator ingemuerit, &c. Item patet per hoc quod nullum tantum amat, quem non pro peccato mortali damnaret, si id faceret. Item per hoc quod filium tradidit ut peccata destrueret, & similiter matrem patri permisit, sicut dicitur, Luc. secundo: Tuam ipsius animam pertransibit gladius. De tertio, Gregorius: Quicquid patimur, peccata nostra meruerunt. ¶ Nota, peccatum mortale est contemptus Dei, fuga angeli, odium sanctorum, clausura regni Dei, perditio uirtutum, obtenebratio animæ, conformitas satanæ, meritum gehennæ. Veniale peccatum est, distractio sensuum, impedimentum feruoris charitatis, obstaculum diuinæ cōsolationis, uia peccati mortalis, dilatio futuræ retributionis.

Item peccatū fugiendum est, } quia { Benignitatem furibundam reddit.
Angelū custodiæ ab homine repellit.
Corpus & animam occidit.

¶ De primo, Psalm. Domine, ne in furore tuo arguas me, &c. De secundo, Exemplum in Vitis patrum, quod quando loquebantur mala, demones in specie porcorum uolubant se coram illis gaudentes, & angeli à longe stabant. De tertio, exemplum 1. Regum 31. De Saul qui occidit se gladio proprio: sic quilibet peccato proprio. Item peccatum etiam occidit quasi uenenum. Item quasi serpen. Item quasi sagitta diaboli.

Item peccatū fugiendum est, } quia { Mala præterita reuocat,
Vitam temporalem breuiat,
A Deo elongat.

¶ De primo, Mathæi decimo octauo: Serue nequam, omne debitum, &c. De secundo, Psalm. Viri sanguinum & dolosi, &c. Exemplum in Sodomis, in Dathan & Abiron, in mari Rubro, in Adam & Eua. De tertio, exemplum in filio prodigo qui abiit in regionem longinquam diff. Luc. 15.

Item peccatum } Excæcat rationabilem,
Excæcat concupiscibilem,
Debilitat irascibilem.

¶ De primo, exemplum Tob. 2. De secundo, Psalm. Anima mea sicut terra, sine aqua, &c. unde tales aeterno incendio præparantur. De tertio, exemplum in Sampson qui post abstitionem criminum, id est, donum Spiritus sancti, non potuit aduersariis resistere. Iudic. 16.

Item peccatū fugiendum est, } quia { In naturalibus uulnerat,
Gratuitis spoliat,
Maculando deturpat.

¶ De primo, Esa. 1. A planta pedis usque ad uerticem capi. Thren. 4. Quomodo obscuratum est aurum.

Item

PER FIGURAS.

Item peccatum } Hominem captiuat,
Conscientiam amaricat,
Premendo grauatur.

¶ De primo, Psalm. Educ de carc. &c. Idem: Anima nostra erepta est, &c. Peccatum autem ligat omnia membra, ut ad Christi obsequium sint inhabilia. De secundo, Ierem. 2. Vide quam malum & amarum est dereliquisse te, &c. Psalm. Conuersus sum in ærum, &c. Esaie 8 6. Vermis eorum non morietur. De tertio, Psalm. Sicut onus graue grauatur, &c. nota quod omnes montes non possent hominem premere tam profunde, sicut unum mortale peccatum. Est enim mortale peccatum sicut lapis suspensus in collo canis, qui submergi debet. Et sicut canis primo sentit ponderositatem lapidis, quando de manu proicitur, sic anima primo sentit grauitatem peccati, cum exierit de corpore.

Item peccatum } Apostasiam inducit,
Insensibilem reddit,
Ad plura peccata trahit.

¶ De primo, exemplum in filio prodigo qui abiit, Lucæ 15. Facit autem peccator contra illud promissum baptismale. Abrenuntio satanæ, &c. & quia talis non soluit Deo promissionem suam, nec Deus soluet ei suam. De secundo, Psalm. Aures habent, & non aud. Satis insensibilis est, qui non audit tonitruum prædicationis, & tubæ nouissimæ, & clamoris Christi in cruce. Item qui iacens in igne concupiscentiarum mundi non sentit. Item qui captiuus tenetur, & quotidie moritur, non sentit. De tertio, Gregor. Peccatum quod per penitentiam non di. &c. & hoc ideo est, quia per peccatum iste efficitur minus potens resistere, quia naturalia uulnerantur, & armis suis, id est, uirtutibus spoliatus adiutorem suum amisit.

Item peccatum } Deum damnificat,
Angelum defraudat,
Hominem contristat.

¶ Primum patet: quia animam aufert, quam proprio sanguine redemit, & Deum de domo propria expellit. Secundum patet: quia angelus fraudatur illo gaudio, quod de gloria istius habiturus esset, sicut dicit Augu. quod unusquisque tantum ibi gaudet de bono alterius, sicut si esset in seipso. De tertio, nota quod peccatum inuis non cet hominibus in mundo per unius adiutoris amissionem. Ecclesia enim est ut castrorum acies ordinata. Cant. 6. Itē nocet his qui sunt in purgatorio per suffragiorum diminutionem. Item illis qui sunt in inferno per ignis augmentationem: quia non minus ardet, qui cum multis ardet: imo plus, quia materia ignis augmentatur.

SS 4 Item

S Y M M A V I R T. E T V I T.

Item peccatum { In præterito de paradiso expulit,
In futuro iudicio hominem confundit.

¶ De primo, patet Genes. tertio. De secundo, Gregor. Quicquid parimur, peccata nostra merue. Igitur si odimus illum qui interficit patrem nostrum, magis est odiendum peccatum quod mortalitatem inducit, & omnes parentes nostros interfecit. Genes. secundo: Quacunq; hora comed. morie. Imò Christum occidit peccatum. Vnde 1. Petr. 2. Qui peccata nostra pertulit in corpore, scilicet super. De tertio, Apostolus Hebræ. 4. Omnia nuda & aperta sunt. Dan. 7. Antiquus dierum sedit.

G V L A fugienda est } quia { Deicit,
Idololatriam inducit,
Spiritualia bona contemnit.

¶ De primo, exemplum in Adam qui propter cibum vetitum deiectus est de paradiso. Genes. 3. De secundo, Exod. 32. Sedit populus mandu. &c. Apostolus Philip. 3. Quorum Deus uenter est. De tertio, exemplum in Esau. Genes. 25.

Item gula { Diabolo domum præparat,
Spiritus grauat,
Seruum contra se armat.

¶ De primo, Matthæi 8. Mitte nos in porcos. Item exemplum in dialogo de illa quæ comedit dæmonem in lactuca. De secundo, Lucæ 21. Videte ne grauentur corda uestra crapu. & ebr. De tertio, Prouerb. 29. Qui delicatè nutrit seruum suum. Ecclesi. 33. Virga & cibus & onus asino, &c.

Item gula { Luxuriam inducit,
Homicidia & Acediam malam facit,
Bursam uacuam reddit.

¶ De primo, Apostolus Eph. quinto: Nolite inebriari uino in quo est luxuria. Exemplum in Loth Genes. 19. De secundo, Exemplum in Ioanne Baptista, & filius Iob, & Aman, qui omnes in conuiuio perierunt. De tertio, Salomon Prouerb. 21. Qui amat pingua, non ditabitur.

Item gula inducit mortem { Natura,
Culpa,
Gehennæ.

¶ De primo, Genes. 2. Quacunq; hora come. mori. De secundo, Apostolus 1. Tim. 5. Vidua uiuens in deli. mor. est. De tertio, Genes. 41. Septem boues, septem anni sunt, &c. Esa. 17. Auferetur gloria Iacob, & ping. car. eius mar. Vnde quidam in Vitis patrum affli-

xit se

P E R F I G V R A S.

xit se in sole propter cucumerem quem concupiuit. Species huius quinque sunt. Vnde uersus, Præ, propriè, lautè, nimis ardentè, studiose.

E B R I E T A S { Hominem maledicit,
Aeternam sitim inducit,
Apostatate facit.

¶ De primo, Esa. 7. Væ qui mane sur. &c. De secundo, Luc 16. Mitte Lazarum ut inting. &c. De tertio, Eccle. 19. Vinum & mulieres apostatate faciunt.

R E M E D I A Gulæ { Spiritualium ciborum frequens sumptio,
Futuræ carnis consideratio,
Aeternæ cenæ meditatio.

¶ De primo, Deuteron. 8. Non in solo pane uiuit homo. Vnde quidam in Vitis patrum propter diuina colloquia ciborum sunt oblii sumptione. De secundo, Ecclesiasti. decimo: Cùm moritur homo, hæreditabit serpentes, bestias & uermes. Peccator enim tres habet hæredes. Amici nanque auferunt res; diabolus animam, uermes corpus. De tertio, Lucæ decimo quarto, Quidam homo fecit cenam magnam.

L V X V R I A } quia { Placet dæmonibus,
Displicet angelis,
Deo est contumeliosa,
Proximo iniuriosa.

¶ De primo, Iob 40. Behemoth dormit in locis humentibus. De secundo, exemplum in angelo qui obstruxit aures. De tertio, quia tempus Dei inquinat. Apostolus 1. Cor. 6. Qui autè fornicatur, in corpus &c. Item quia sponsam Christi uiolat. Apostolus 2. Cor. 11. Despõdi uos uni ui. uirg. &c. De quarto, quia proximi scandalizat. Osee 5. Facti estis quasi laquens speculationi, & quasi rete spansum subter montem Thabor. 2. Reg. 12. Non recedet gladius meus de domo tua. Hoc dicitur ad Dauid propter Bersabee.

Item luxuriosis { Pars uilissima datur,
Mens infatuatur,
Christus de corde repellitur.

¶ De primo, Genes. 3. Quia obedisti uoci uxoris tuæ plus quàm meæ, maledicta terra, &c. De secundo, Osee 4. Vinum & ebrietas auferunt cor. De tertio, exemplum de monacho qui filiam sacerdotis idolorum uoluit accipere uxorem. Matthæi sexto: Non potestis Deo seruire & mammonæ. Item: Vulpes foueas habent. Ibidem octauo. ¶ Item in peccato luxuriæ delinquitur tripliciter, Corde, ore, & opere.

SVMMA VIRT. ET VIT.

Corde, per {
Cognitionem,
Delectationem,
Consensum.

¶ Hæc tria signata sunt Gene. 3. per serpentem, mulierem, & uirum, De primo, Job 31. *Pepigi fœdus cum oculis meis. Et quidam dixit in Vitis patrum mulieri roganti, quod haberet sui memoriam, rogo Deum ut auferat memoriam tuam a me. De secundo, Gen. 3. Ipsa conteret caput tuum. De tertio, Iere. 9. Intrauit mors per fenestras, &c.*

Item ore tripliciter delinquitur, scilicet {
Turpiter,
Cum turpibus,
De turpibus.

¶ De primo, Psal. *Pone Domine custodiam ori meo. De secundo, Eccl. 9. Colloquii eius sicut ignis exar. Exemplum Gen. 39. de Ioseph. De tertio, Psal. Qui loquitur iniqua, non dir. in conspectu oculorum meorum. Talis similis est scrophæ, quæ semper rostrum ponit in stercore.*

Item opere delinquitur {
Ipso facto,
Inuitu incauto,
Tactu inordinato.

¶ De primo, Exod. 20. *Non moechaberis. De secundo, exemplum in Dauid, Bersabee, & Ioseph, Iudith, & Susana. De tertio, Ecclesia. 23. Qui tangit picem, inquinabitur ab ea. Eiusdem 26. Qui tenet eam, quasi qui apprehendit scorpionem.*

REMEDIA huius peccati sunt {
Mortis extrema cogitare,
Occasiones fugere,
De se non nimis præsumere.

¶ De primo, Ecclesiastic. 7. *Fili mi, memorare nouissima tua, & in æternum non pecca. Hieronymus: Facile contemnit omnia, qui se semper cogitat moriturum. De secundo, Apostolus 1. ad Corinthios 6. Fugite fornicationem, &c. nam contra alia uitia pugnandum est, istud tantum fugiendum est. De tertio, nota quomodo Dauid cecidit sanctissimus, Salomon sapientissimus, Sampson fortissimus.*

Item remedia sunt {
Frequens occupatio,
Carnis mortificatio,
Tentationis repugnatio.

¶ De primo, Ecclesiastic. undecimo: *Malitia unius horæ obli. Item de secundo, 2. Regum 11. Factum est eo tempore quo reges solent ad bella procedere, &c. Matth. 17. Hoc genus dæmoniorum non eiicitur nisi in oratione, & ieiunio. Hieron. Non sanat oculus quod sanat calcaneum. De tertio, Iac. 4. Resistite diabolo, & fugiet a uobis. de hoc nota exemplum in Vitis patrum, de illo qui impugnabatur à spiritu fornicationis, & sæpius ueniens ad senem non est liberatus.*

PER FIGURAS.

liberatus. Tandem seni ostensa est illius negligentia: quia quando dæmones ludebant coram ipso in specie diuersarum mulierum, ipsis condelectabatur plus debito. Item de illo qui accepit carnes putridas illius mulieris de qua tentabatur, & posuit in cella sua. Item de monacho qui fecit limosam mulierem & filiam.

PER choream {
Deum offendimus,
Idololatriam introducimus,
Festis iniuriam facimus.

¶ De primo, Exod. 32. *qualiter multa milia interfecta, & tabulae testamenti fractæ, quando coram vitulo cœperunt ludere. Secundum patet, quia processiones soli Deo exhibendæ sunt, & isti diabolo faciunt, uel hirco pro quo chorizant. De tertio, Augu. dicit, Melius est in dominicis diebus arare, quam chorizare, uel choreas ducere. Exodi 20. Memento ut diem sabbati sanctifices, id est, te sanctum facias in eo, scilicet orando, bonis operibus uacando, non Deum impugnando.*

Item per choream {
Exercitus diaboli contra Deum cōgregatur,
Proximus scandalizatur,
Misericordia præfens non attenditur.

¶ De primo, 1. Machab. 9. *Congregati sunt inimi nostri, & gloriantur, tot autem gladii sunt ibi, quot mulieres ornatae. Hieronymus. Species mulieris gladius igneus est. De secundo, Matth. 18. Qui scandalizauerit, scilicet uana audiendo, stulta loquendo, nocua tangendo. De tertio, Ecclesiastic. 11. In die bonorum ne inmemor sis malorum, scilicet præteritorum quæ recolimus, præsentium quæ sentimus, futurorum quæ timemus.*

Item chorizatores {
Mendaces se ostendunt,
Impios se faciunt,
Sacramenta ecclesiæ contemnant.

¶ Primum patet: quia contra illam promissionem faciunt, Abrenuntio satanæ, &c. De secundo, Psalm. *In circuitu impij ambulat. Tertium patet, quia baptismalem innocentiam amittunt, confirmationis signum deponunt, Eucharistiam quam sumperunt paulò antè contemnant, & sic de aliis sacramentis, scilicet poenitentia, extrema unctio, &c.*

Item istorum {
Passus omnes numerantur,
Gaudium in tristitia uertetur,
Vita temporalis breuiabitur.

¶ De primo, Job 13. *Vestigia pedum meorum considera. De secundo, Luce 6. Væ qui ridetis, quia flebitis. Esa. 3. Erit pro zona funiculus. De tertio, Apostolus 1. ad Corinth. 11. propter quod dormiunt multi, &c.*

Auarus

SVMMA VIRT. ET VIT.

AVARVS. { Naturæ contrariatur.
A Domino maledicitur,
Sceleſtus demonſtratur.

¶ Primum patet: quia creaturæ ſe communicant, quod ipſe non facit. Item terram ſuper omnia diligit quam natura inſimam ordinavit. De ſecundo, Eſa. 5. Væ qui cõiungitis domum ad domum. Auguſtinus: Maledictus diſpenſator avarus, cuius largus eſt Dominus. De tertio, Eccl. 10. Auai o nihil eſt ſceleſtus: dat enim Chriſtum pro denariõ. Vnde quantum ad hoc, peior eſt Iuda.

Item avarus eſt iniquus { In Deum,
In ſeipſum,
In proximum.

¶ Primum patet: quia Deum ſuis donis impugnat. Secundum patet: quia tranſeundo maria & Alpes ſeipſum euilcerat. Tertium patet: quia proximum pro eleemoſynarum ſubtractione iugulat. De primo, Pſalm. Retribuant mihi mala pro bonis. De ſecundo, Ioann. 4. Inpii laborauerunt, & alii in labores eorum introſciliçet raptores uel mali filii. unde diuitias quas ipſi acquirunt cum labore, poſſident cum timore, amittunt cum dolore. Iſti ſimiles ſunt araneæ quæ faciendõ telam ut muſcas capiat, ſe ipſam euilcerat. De tertio, Ambroſius: Paſce fame moriẽtem: quodd ſi non pauiſti, occidiſti: & hoc ideo, quia in neceſſitate omnia ſunt cõmunia.

Item avaritia { Introitum paradifi claudit,
In inferum demergit,
Idololatram hominem conſtituit.

¶ De primo, Matthæi 19. Facilius eſt camelum per fora, &c. De ſecundo, Auguſtinus, Naufragium fugies, & plumbum amplecteris. Vnde Socrates magnam maſſam pecuniæ proiecit in flumẽ, dicens: Mergam te, ne demergas me. Item tertium patet: quia dat fidem avarus, ſpem & charitatem pecuniæ, quibus in Deum debemus moueri. Apoſtolus Ephẽſior. 5. Avaritia eſt idololum ſeruitus.

Item amor pecuniæ. { Dominum interficit,
Doctrinam contemnit,
Cæcitatem ſpiritualem inducit.

¶ De primo, habemus exemplum in Iuda. De ſecundo, nota quodd Chriſtus docuit nos avaritiã declinare uerbo, & exemplo. Verbo, Matth. 5. Beati pauperes ſpiritu. Item exemplo, Matthæi 8. Vulpes foueas habent. Lucæ 2. Inuenietis infantem pannis inuolutum. De tertio, exemplum Tob. 2.

Item

PER FIGURAS.

Item avaritia { Hominem captiuat,
Hominem inquinat,
In homine omnia uitia parat.

¶ De primo, gloſ. ſuper latatus ſum, Amor temporalium faſtus eſt pennarum cæleſtium ſiue æternarum. Apoſtolus 1. ad Tim. 6. Qui nolunt diuites fieri, incidunt in laqueum diaboli. De ſecundo, Oſee 2. Vt quid aggrauant contra ſe denſum lutum? Exod. 1. In luto & latere. De tertio, primo ad Timoth. 6. Radix omniũ malorum &c. Ex hac enim ſequuntur oppreſſiones. Sen. Quietiſſimẽ uiuerent homines, ſi hæc duo pronomina tollerentur, meum & tuum. Item ſequuntur lites. Exemplum habes in Abraham & Loth. Genef. 13. Item ex hac ſequuntur gula, luxuria, inuidia, ſuperbia &c.

Item avaritia { In ſeruitutem redigit,
In terram mentem figit,
Inſatiabilem facit.

¶ De primo, Eccle. 10. Pecuniæ obediunt omnia. Sed difficile eſt tali dominæ ſeruire, quæ facit famulam mori fame. Si quis ſeruit avaritiæ, non audet ad ſufficiẽtiã comedere. De ſecundo, Gen. 3. Supra pectus tuum gradieris. Talis comparatur talpæ. Sed nota, leuia tendunt ſurſum. unde pauperum eſt cælum: quia in ultima ſponda dabitur illis, quibus primo non fuit datum. De tertio, Eccleſiaſt. 5. Avarus non implebitur pecunia. unde comparatur hydroptico, & ſacco pertuſo, & inferno qui nunquam dicit ſufficit, & mari, cui omnia inſtuunt, & tamen non redundat. Hierony. Auro tam deest quod habet, quam quod non habet. Vnde accidet ei ſicut cani, qui uoluit in aqua umbrã carnis capere, & illam quam habuit amiſit.

Vſurarius { Rem mortiferam ſitit,
Magnũ pretium negligit.
Expẽſas ſuper nobile pignus recipit.

¶ De primo, Iob 20. Diuitias quas deuorauit euomet. unde comparatur ſanguifugæ. De ſecundo, Auguſtinus: Fœnerare, & centuplum accipies. Idem: Viſ eſſe optimus mercator, egregius ſcœnerator: da quod non poſſes retinere, ut conſequaris quod non poſſes amittere. Ber. Optimus mercator qui nil ſuorum ſibi præferendum putat. Item tertium patet, quia recipitur ſuper animam.

Item uſurarius { Viam paradifi ſibi obſtruit,
De aqua ignem accendit,
Proprios filios occidit.

¶ Primum patet: quia cum arcta ſit uia quæ ducit ad uitam, Matth. 7. Ipſe tamen magnum pondus ſuper ſe ponit. De ſecundo, Eccl. 10.

cleſia

elestastici tertio: Aqua extinguit ignē. ita elemofyna. Igitur cum quo deberet ignem extinguere: ignem accendit. De tertio, Osee 9. Ephraim ad occisionem filios suos ducit. Vnde in inferno pater filio maledicit, & econuerso: quia uterq; potest alteri causam damnationis imponere. Ecclesiastici 41. De patre impio conqueruntur filii, quoniam propter illum sunt in opprobrio.

Item usurarius { Naturæ ordinem peruertit,
Requiem & lucem vendit,
Festa sanctorum contemnit.

¶ Primum patet, quia natura est vis insita rebus, ex similitudine similia procreans: ipse autem ex auena facit triticum, & sui numi frumentum pariunt, & hoc singulis diebus. De secundo, Ezech. 7. Qui uendit ad id quod uendidit non reuertetur, ergo usurarius luce perpetua carebit. Non ergo cantetur ei Requiem aeternam. Vendit & tempus quod commune est omnibus. De tertio, habemus quod colligens ligna sabbato mortuus est. Num. 15. Præterea omnes sancti derelinquent eum in die iudicii, quorum dies uendidit.

Item usurarius { Legem triplicem transgreditur,
Vix ab hoc uitio compescitur,
Diabolo assimilatur.

¶ De primo, Genes. 3. In sudore uultus tui, &c. Sed iste sine labore uult comedere. Psal. In labore hominū non sunt. Item facit contra illud Deut. 23. Non sceneraberis fratri tuo, sed alieno. unde quantum ad hoc, peior est Iudæo. Secundum patet, quia uix restituit, unde peior est inferno, qui aliena in passione domini restituit. Iste autem passioni domini nil restituit, imò prædicationem eius fugit, sicut bufo odorem floris uinearū. Item ipse peior est Iuda, qui xxx. denarios restituit. Tertium patet: quia sicut diabolus non dormit, ita nec iste, quantum ad lucrum. Ex quo igitur usurarius nocte & die ad infernum tendit, non est mirum si citius peruenit. Item diabolus aliena rapit, & est astutus in luero animarum, sic & ille.

Item usurarius { Plura peccata simul in diuersis locis perpetrat,
Plus quam latro spoliat,
Stultum se esse demonstrat.

¶ Propter primum comparatur grandini, quæ propter suam dilationem simul in diuersis locis nocet: unde quantum ad hoc peior est aliis peccatoribus. Ex quo ergo rustici pulsant contra grandinem, multo fortius pulsare deberent adueniente usurario. Quia cum grando percutit fructus in campo, percutit & fruges: iste uero percutit etiam frumentum, denarium de bursa, lectum de dorso, palliū de collo. Secundū patet, quia lacrymas & sanguinem pauperum deuorat.

Esa. 9.

Esa. 9. Vestimentum mistum sanguine erit in cōbust. & cibus ignis. Econtra dixit Dauid 2. Reg. 23. Viuit Dominus, non bibam sanguinem uirorum qui cum periculo hauerunt aquam. unde peior est lupus: quia lupo sufficeret una capra, isti nō sex porcæ. Præterea lupus tantum dentibus, sed quicquid iste habet comedit, imò & homines, unde Esa. 33. Væ qui prædatis, nōne, & ipse prædaberis? Item usurarius spoliabitur cælo, terra, & omnibus bonis. quod ergo denegiet cum diuidetur: quia datur caro uermibus, anima dæmonibus, res patribus. De tertio, nota quod stultus esset qui asino suo uel iumento diuitias congregaret: sic iste facit corpori, non animæ. Item stultus apparet: quia Deum decipere putat, cum usuram diuersis nominibus palliet, sed nōne est ita sicut asinus qui diuersimodè nominatur, & tamen semper est asinus?

Raptores { In oratione non exaudiuntur,
Preces pro eis factæ frustrantur,
Pro spoliatis damnabuntur.

¶ De primo, Esa. 1. Cum multiplicaueritis orationes uest. non exaudivit Deus, quia lacrymæ pauperum obstitunt. Eccl. 35. Non despicit Deus preces pupillorum, imò lacrymæ uiduarum per maxillam decedunt, & exclamatio super deducetem eas, scilicet super raptorem. Eiusdem 34. Vnus orans, & alter maledicens, cuius uocem exaudiet Dominus: Nihil potest obtinere in curia regum, qui ibi multos habet aduersarios. De tertio, Sap. 5. Tunc stabunt iusti in magna constantia aduersus eos, qui se angustiauerunt, & qui abstulerunt labores eorum.

Item raptores { Homicidæ iudicantur,
In iudicio damnabuntur,
Diabolo assimilantur.

¶ De primo, Eccles. 34. Qui aufert in sudore panem, quasi qui fratrem suum occidit. De secundo, Esa. 33. Væ qui prædatis &c. Gregor. Qui mihi uisibiliter rapit urgente exitu, inuisibiliter rapietur: & certe rapietur ut fur, cuius collo imponitur furtū, Thren. 1. Iniquitates mex circunvolutæ sunt & ligatæ collo. Hæc attendes quidam in Vitis patruū, qui cum cucumerē rapere uoluit, in sole se affixit. Tertium patet, quia diabolus in cælo rapere uoluit, & in paradiso, & adhuc facit. Item diabolus affligit malos, isti autem bonos & malos. Esa. 59. Qui recessit à malo, præde patuit. Ite deferūt angelo ad custodiā deputato, iste nō: unde quantum ad hoc peiores sunt diabolo.

Item rapina. { Deo est odibilis,
Proximo detestabilis,
Sibi damnable.

¶ De pri

¶ De primo, Esa. 61. Ego Dominus amans iudicium, & odio habens rapinam. Eccl. 34. Qui offert sacrificium de substantia pauperis, quasi qui uic. fil. in cons. pat. Secundum patet, quod plus nocet proximo, quam fur uel usurarius: nocet enim manifestè & uiolenter. Item lupo comparatur qui semper uiuit de alieno, imo sibi quandoque sufficit capra una, isti non. Item sunt nuntii diaboli, quia perimunt homines in mundo, sicut ille in inferno, unde eis Matth. 25. dicitur, Ite maledicti in ignem æternum. & sequitur, qui paratus est diabolo & angelis eius. De tertio, Aug. Lucrum in arca, damnum in anima. Item si damnabuntur qui sua non dant, quando saluabuntur qui aliena rapiunt. Vnde potest Dominus dicere: Esuriui, & nõ solum non dedistis mihi manducare, sed quod comedere debui mihi abstulistis. & sic de aliis operibus misericordie.

Monachus proprietarius. { Furtum committit,
Vilem se ostendit,
Damnationem incurrit.

¶ De primo, Ios. 7. Achor furatus est chlamydem coccineam & regulam auream contra prohibitionem Domini, propter quod multi sunt puniti. Item Genes. 31. Rachel furata est idola patris. Ananias & Sapphira fraudantes de pretio agri, mortui sunt. Act. 5. de secundo, Hier. Monachus habens obolum, non ualet obolum: imo comparantur tales Indæ qui loculos habuit. De tertio, Act. 8. Pecunia tua tecum sit in perditionem: ita dixerunt sancti patres ad quendam sepeliendum, sicut legitur in dialogo Grego. Vnde de porta cæli facit portam inferni: claustrum enim porta cæli est. Genes. 38. Vidit Iacob scalam &c. & quia huiusmodi furtum est, merito talis sicut fur suspenditur, imò ut gallus gallinaceus.

Item { Sacriligium committit,
Apostasiam incurrit,
Stultum se ostendit.

¶ Primum patet: quia sacri de sacro tollit, animas quoque fraudat, propter quas elemosynæ datæ sunt. Secundum patet: quia non magis habere proprium potest, quam non ire de claustrum. Item molâ asinariam amotam de collo iterum alligat, & in spinas quas euaserat iterato se proficit: & luto quod proiecerat, secundario se inquinat, ut sus lota, & canis reuersus ad hominum, & uxor Loth respiciens retro. Luc. 9. Nemo mittens manum ad aratrum. Tertium patet: quia cum in nauis sit, guttam haurit, ut in mari se ipsum submergat. Cum sit in orto, sal spargit, ne herba gratia sibi crescat: & fontem pietatis obstruit, ne sibi fluat. Item cum mortuus sit mundo, timeri se mori. Item facit per pretiosa seipso.

Lufor

Lufor { Idololatriam incurrit,
Proximum corrumpit,
Multa bona perdit.

¶ Primum patet: quia Haschart dominum appellat, & ipsum inuocat, & plus obedit taxillis, quam sanctus Martinus domino: quia ille dedit tantum dimidium pallium, iste totum. Secundum similiter patet, quia conuenientes ad ludum ad similia incitantur. Personæ quæ locant taxillos, afferem, & lumen, omnes peccant, imò porrigunt illis gladium, ut se interficiant. Tertium patet: quia perdit tempus, gratiam & gloriam, diabolus autem nunquam perdit. Ad minus enim lucratur duas animas.

Item lufor { Maledictionem incurrit,
Plura peccata committit,
Stultum se ostendit.

¶ De primo, Esa. 57. Maledictus puer centum annorum. Secundum patet: quia ibi sunt periuria, uituperia, maledictiones, iræ, rixæ, homicidia, mendacia, auaritia, furta, scandala, blasphemie. Vnde tales quandoque puniuntur, sicut quidam qui iurauit per oculos Dei, & suus exiit. Item quidam uoluit sagittare Deum, & cruentata sagitta rediit. Tertium patet, quia illum ordinem peruertit. Eccles. 3. Est tempus stendi, & tempus ridendi. Nota exemplum in Barlaam de quatuor gladiis.

Acedia fugienda est, ne { Præceptum domini negligamus,
Maledictionem incurramus,
A creaturis cæteris discrepemus.

¶ De primo, Genes. 3. In sudore uultus tui. De secundo, exemplum de ficu quam dominus maledixit, quia folia tantum habuit. De tertio, nota quod exemplum debemus sumere in corporibus inanimatis, sicut in herbis & arboribus, quæ licet in hyeme sint nuda, tamè uirtutem suam seruant, & tempore suo redeunt ad consueta. Item in corporibus sensibilibus. Prouer. sexto: Vade ad fornicam & piger. Item in rationabilibus. Aug. O si tales essemus amatores uitæ permanentis, quales illi sunt uitæ fugientis. Idem: Inquietum est cor nostrum, donec requiescat in te.

Item acedia fugienda est { Vt denarius diurnus recipiatur,
Ne tempus amittatur,
Ne uita temporalis succidatur.

¶ De primo, Matthæi 10. Ite & nos in uineam meam. De secundo, Ber. Nihil pretiosius tempore. hoc ideo dicit, quia breui hora potest quis acquirere ueniam, gloriam, & gratiam, & sequitur in autoritate. Sed heu nihil uilius reputatur. Dicunt homines, Venite, duca-

T T mus

mus tempus, cum breue sit. De tertio, Luc. 13. Succide illam, ut quid etiam terram occupat? Dignum est, ut inutiliter uitam expendens, uitam amittat.

Item acedia fugienda est { Vt futuram famem proueniamus,
Ne expectantem Deum contemnamus,
Ne celi gloriam negligamus.

¶ De primo, Apostolus 1. Corin. 9. Qui parce seminat, parce & metet. Prouerb. 20. Propter frigus piger arare noluit. De secundo, Esa. quinto: Expectaui ut faceret uuas, & fecit labruscas. De tertio, exemplum in fatuis uirginibus. Matt. 25. Item, qui non mercatur in nundinis, postea non habebit. Item qui propter pigritiam non extendit manum ad recipiendam gratiam, postea non habebit gloriam.

Item acedia { Deo displicet,
Diabolo placet,
Homini nocet.

¶ De primo, Apocalypsis tertio. Utinam frigidus esses, aut calidus, sed quia tepidus es, &c. displicet autem Deo, quod in luto iacens propter pigritiam non uult surgere, & in igne concupiscentia, & in stillitio presentis miseria. De secundo, Matthæi octauo: Mitte nos in porcos: & quum porcus macandus est, permittitur in quiete pinguescere. Sed stultus est, qui propter pulchram uiam tendit ad mortem. Exemplum de duobus sociis in Barlaam. De tertio, Prouerbiorum uigesimo quarto: Per agrum pigri hominis transiui, & per uineam uiri stulti, & ecce totum repleuerant, &c. Nota quod aqua corrumpitur ex quiete, & ferrum rubiginem contrahit, Augustinus, Differebam uerè in te, & non differebam in me mori,

Item acediosus { Hostem contra se armat,
Diabolo locum parat,
Tentandi fiduciam præstat,

¶ Primum patet: qui corpus per quietem nutrit, lasciuire facit. 1. Petri quinto: Sobrii estote, & uigilate, quia aduersarius uester diabolus tanquam leo &c. De secundo, Hieronym. Sæpè aliquid operis facito ut te diabolus inueniat occupatum. Est puluinar diaboli otiosus homo. Nota quod patellam uacantem libèter petunt vicini non occupatam: sic & diabolus. Item miscalæ libenter incidunt olla tepida, non feruida. De tertio, dixerunt sancti in Vita patrum, quod monachum operantem unus daemone impulsat, otiosum innumerum. Est enim otiosus homo quasi urbs absque murorum ambitu, & sicut signum positum ad sagittam, & quasi cera subitò liquefcens ad ignem.

Item

Item { Deum à se elongat,
Dæmonum pœnis se sociat,
Stultum se esse demonstrat.

¶ De primo, Iob 28. Non inuenitur in terra suauiter ui. De secundo, Psal. In labore hominum non sunt. Tertium patet, quia metere uult, & non seminare. Item languens, & paralyticus, & claudicans non querit medicum, sciens se esse in aquis, non mouet manum: uincula non uult per pigritiam soluere.

Item nimis est acediosus qui { Furè fodientè parietè nõ repellit.
Se receptaculum sordium facit,
Tonitrua audiens non surgit.

¶ De primo, Matt. 24. Si sciret paterfamilias qua hora fur ueniret, mors fur quotidie tollit unum asserem, id est, unum diem. Exemplum in Baalam de unicornem. Sen. Incertum est quo loco te mors expectet, ideo tu illam in omni loco expecta. De secundo, Bernar. Omnium tentationum sentina est otium: nam occasio est luxurie. 2. Reg. 11. Factum est eo tempore quo solent reges ad bella procedere, &c. Item nugarum. Athenienses ad nihil uacabant, nisi &c. Item curiositatis. 1. ad Timotheum 5. Discunt circuire domos. De tertio, Cantic. 5. Vocauit, & non respondit mihi. Tonuit autem Christus in prædicatione, & tonabit etiam in die iudicii.

Item piger est qui { Ad cælum non scandit,
Stercora de oculo non ericit,
Iaculum de uulnere non extrahit.

¶ De primo, Matthæi undecimo: Regnum cælorum uim patitur, sed tardè perueniret ad locum mouens unum pedem hodie, per annum alterum: sic & illi quorum motus est pes intellectus, sed non affectus. De secundo, exemplum in Tob. 2. Matthæi septimo: Eiecit primum trabem de oculo. De tertio, cantamus: Peccata mea do. sicut sanguis. Stultus est qui uulnera non præcauet arma sumendo. Boëtius: Talia tibi consulueramus arma, quæ nisi prior abieciisses inuicta de infirmitate tuerentur.

Indeuotio nascitur ex { Remorsu conscientia,
Cibi spiritualis esurie,
Vitio superbia.

¶ De primo, Aug. Palato non sano pœna est pa. qui sano, &c. & oculis agris odiosa lux, quæ puris, &c. De secundo, Psal. Aruit cor meum, quia oblitus sum comedere, &c. Isti semper sunt in pascuis & macilentum manent. & hoc ideo: quia tædium habent terere aromata, & applicare olfactui. De tertio, 2. Reg. 1. Montes Gelboë, nec ros, nec pluuia ue. Isti semper iuxta ignem frigidum manent: quia inter ipsos, & solem

SUMMA VIRT. ET VIT.

& solem iustitiæ ponitur mons superbiæ.

Item indeuotio nascitur ex defectu {
 Timoris,
 Amoris,
 Occupationis.

¶ De primo, Ecclesiast. 7. Qui timet Deum, nihil negligit. Est enim timor domini, quasi stimulus agitans. De secundo, Gregorius: Qui amat ardentius, currit uelocius, & peruenit citius. Charitas est ignis mobilis, & anima spiritalis subleuans hominem, & reddens agitem. Tertium patet, quia aqua ex quiete putrescit, & ferrum rubiginem contrahit.

Desperatio {
 Deo displicet,
 Dæmonibus placet,
 Homini nocet.

¶ De primo, Hieron. Magis offendit Iudas quod se suspedit, quam quod Deum tradidit. Secundum patet: quia homo per desperationem efficitur similis diabolo. De tertio, Prouerb. 24. Si desperaueris lapsus, in die angustie minuetur fortitudo tua. Nota, nimis arctum haberet cor, qui timeret mori fame, si mundus plenus esset panibus. Sic qui desperat, cum misericordia domini plena sit terra, secundum Psal.

Item talis {
 Infinito finem ponit,
 Fontem misericordie Dei obstruit,
 Deum mutabilem credit.

¶ De primo, Augu. Deus est inter omnia non inclusus, extra omnia non exclusus: quanta autem Dei est maiestas, tanta & bonitas. Vnde idem, Ingenti libertate atque ubertate replet omnes creaturas pro capacitate earum. De secundo, Anf. O æternum & incessabile clarum & dulce profluuium, cuius unda sine ortu, profundum sine fundo, cuius altitudo incircunscriptibilis, cuius puritas imperturbabilis. Cant. 4. Fons hortorum, puteus aquarum. De tertio, nota quod iste credit Deum nunc crudeliorem, quam quando latronem saluauit, Mariam Magdal. Paulum, Petrum, & deprehensam in adulterio.

Item remedium desperationis est consideratio {
 Dominicæ passionis,
 Diuinæ ueritatis,
 Misericordie uirtutis.

¶ De primo, Bernard. Duplici ratione debetur uita æterna, scilicet filiali hereditate, & meriti uirtute: ideo unum sufficit, aliud mihi reliquit. Sic respondit diabolo uolenti eum in desperationem ducere. Item desperans uilipendit passionem Christi, quasi non sufficiat delere peccata. De secundo, Ezechiel. 33. Quacunque homo peccat, &c. Item: uiuo ego, dicit dominus, nolo mori. Not. quod peccator dicitur magnus propter peccatorum magnitudinem uel multitudinem. Con-

tra

PER FIGURAS.

tra hoc misericordia Dei magna est, & multa. Psalm. Miserere mei Deus, secundum magnam misericordiam tuam, &c. Tanta uero Dei est misericordia, quod geometrici nequeunt mensurare eius magnitudinem, nec arithmetici possent numerare eius multitudinem. Anf. Quanto Deus maior est homine, tanto mea malitia inferior est bonitate eius. De tertio, Dixit beatus Martinus ad diabolum, Si adhuc ageres penitentiam, consequeris ueniam.

FERVOR indiscretus aufert {
 Corpori boni operis effectum,
 Spiritui affectum,
 Deo honorem diuinum.

¶ Primum patet: quia arcus nimis tensus frangitur. Exemplum de illo qui propter nimiam festinantiam fregit ollas. De secundo, Prou. 10. Qui festinus est pedibus, offendet. Nota quod periculosa est infirmitas, quæ est ex calore. Item peius est equum habere inter hostes sine calcibus, quam cum calcibus. Tertium patet, quia aufert Deo debitum sacrificium, quia sine sale. Item quia magistrum scilicet Christum, uolunt excedere: & eius obsequium fuit rationabile. Rom. 12. Rationabile obsequium uestrum, sis ergo animal findens unguam.

Item tales {
 Diurnum bonum breuiter destruunt,
 Arma nimis ponderosa sumunt,
 Vanam gloriam in se nutriunt.

¶ De primo, Psalm. Fortitudinem meam ad te cu. &c. Nota, cum equo subtrahitur auena, facit malam dietam. Eccles. 33. Virga, & onus, & cibus asino. De secundo, exemplum de Dauid quando debuit pugnare. Nota nauis nimis onerata submergitur. De tertio, Bernard. Quæ maior superbia, quam quod unus homo toti congregationi iudicium suum præferat, tanquam solus habeat spiritum Dei.

IRA {
 Imaginem Dei dissipat,
 Hospitium Spiritus sancti turbat,
 Execrabilem se demonstrat.

¶ De primo, August. Mansuetudo imaginem Dei in nobis seruat, qui semper tranquillus est: sed ira dissipat, & multis uirtutibus priuat. De secundo, Gregor. Dum ira animum pulsat, Spiritui sancto hospitium suum turbat. Eccles. 27. Furor & ira utraque execrabilia sunt, & dicit glossa interlin. in conspectu Dei.

Item ira {
 Diabolum introducit,
 Se Deum ostendit,
 Templum Dei incendit.

¶ Primum patet, quia sicut in pace factus est locus Dei: sic ira locus diaboli. Secundum patet, quia uindictam quæ Deo seruanda est, sibi usurpat. Romanor. 12. Mihi uindictam, & ego retribuam. Vnde quidam

SVMMA VIR. ET VIT.

quidam in Vitis patrum. Domine, non es nobis necessarius. De ter-
tio, Psal. Incenderunt igne sanctuarium tuum. Ioëlis 1. Ignis come-
dit speciosa deserti. Isti sunt similes draconi qui uomit ignem.

Item ira { Exacerbat,
Captiuat,
Mortificat.

¶ De primo, act. 7. Domine, ne statuas illis hoc peccatum, quia ne-
ficiunt, &c. Idem dixit Christus. De secundo, Luc 6. Dimitte, & di-
mittimini, &c. De tertio, Iob 5. Virum iniustum interficit iracundia,
& furiosi solent se occidere. de his Augustinus: Qui per corpus suū
mittit gladium ut lædat tunicam alterius: talis primo deberet uin-
dicare in seipso, quia se occidit.

Item talis { Iudicium extremum præuenit,
Aures Dei sibi claudit,
Infirmitatem se esse ostendit.

¶ De primo, Apostolus 1. Cor. 4. Nolite ante tempus iudicare. talis
uult esse actor & iudex in eadem causa. August. Dicit malus, domi-
ne occide malum. Respondet tibi Deus, Quem uestrum: imò sic
orando facis te iudicem, & Deum uis esse tortorem, quod est offi-
cium diaboli. De secundo, Eccl. 2. 8. Homo homini reseruauit iram, &
à Deo quærit medelam. Item Luc. 7. Duo debitores erant cuidam
fœneratori, &c. Tertium patet, quia ira tremere facit hominē, sicut
febris mouēs hominem decies in die. Vnde talibus infirmis potius
est miserandum, quàm irascendum. Vnde ungendi sunt consolatio-
nibus, & non mortui lacerandi, sicut domus.

Item iracundus { Seipsum perdit,
Stultum se ostendit,
Bonum sibi malum facit.

¶ De primo, Luc. 21. In patientia uestra pos. &c. Prou. 16. Melior est
patiens uiro forti. Ibidem: Melior est patiens expugnator urbium,
Sancti temporalem pœnam lucrum putant, quia per hanc eternam
euadere non ignorant. Secundum patet, Qui auferit tibi palliū bo-
næ famæ, da tunicam innocentæ. Tertium patet, quia talis auro tri-
bulationis obruitur, & fornace tribulationis annihilatur.

Per guerras { Fratritas uiolatur,
Maius periculum non præcauetur,
Regnum animæ desolatur.

¶ Primū patet, quia sumus omnes fratres, & Deus pater noster est.
De secundo, nota quod minores guerræ sedent propter maiores
quæ imminēt, scilicet propter mundum, carnem, & diabolum. De
tertio, Matth. 12. Omne regnum in se diuisum desolabitur.

Item

PËR FIGURAS.

Item per has { Beatitudo amittitur,
Peccatum incurritur,
Diabolus in extremis inuitatur.

¶ De primo, Matth. 5. Beati pacifici. De secundo, nota quod ex tali-
bus sequuntur rapinæ & incendia. Innocentes opprimuntur, & pau-
peres. De tertio, Prou. 7. Semper iurgia quærit malus, angelus au-
tem crudelis mittetur contra eum.

Peccatum incendiū { Spiritui sancto contrariatur,
Diabolo assimilatur,
Stultum monstratur.

¶ Primū patet, quia pura malitiæ est, nec quicquā excusationis ha-
bebunt in iudicio. cum enim Dominus improperabit in iudicio qui
busdam, Hospes fui, & collegisti me: tunc istis dicet, qui non so-
lum non collegerunt eum, sed & expulerunt. Secundum patet, quia
diabolus nunc incendit per concupiscentiā, & in inferno per pœ-
nam. Tertium patet, quia seipsum incendit, tenetur enim ad resti-
tutionem. Item parat sibi ignem æternum.

Homicida { Filium Dei occidit,
Gladio peribit,
Angelo contumeliam facit.

¶ De primo, Matthæi uigesimo tertio: Unus est pater uester, Deus,
De secundo, Matth. 26. Omnis qui accipit gladium, gladio peribit.
Isto inquam gladio, de quo Apoc. 1. Et gladius ex utraque parte
acutus exibat. Tertium patet, quia occidit eum, cui angelus est ad
custodiam deputatus.

Item homicidium { Ad Deum clamat,
Diabolo se assimilatur,
Christum inhonorat.

¶ De primo, Genes. 4. Ecce uox sanguinis, &c. De secundo, Ioann.
oëtauo: ille homicida erat. Tertium patet ex eo, quod naturam
quam Christus assumpsit iugulat, & imaginem ad quam homo fa-
ctus est, dissipat.

Remedia iræ sunt { Silentii obseruatio,
Mollis responsio,
Dominicæ pænsionis recordatio.

¶ De primo, Prou. 26. Cum defecerint ligna, ignis extinguetur. No-
ta q̄ ex collisione duorū lapidum elicitur ignis, sic ex amaris uer-
bis duorū ira. De secundo, Prou. 15. Responsio mollis frangit irā. Eius-
dem 26. Quasi qui canē auribus apprehendit, sic &c. Ro. 12. Si esurie-
rit inimicus tuus, ciba illum. De tertio, Greg. Si pænsio domini du-
citur ad memoriam. Vnde respicientes serpentem æneum.

TT 4 Inuidus

SUMMA VIRT. ET VIT.

Inuidus { Per lumen excæcatur,
De uita moritur,
Diabolo assimilatur.

¶ Primum patet, quia ad bona proximi torquetur, unde comparatur noctuæ, quæ lumen diei non potest sustinere. Secundum patet, quia sicut omnia munda mundis, sic omnia istis nociua, sicut febri- citanti boni cibi sunt contrarii. De tertio, Sap. 2. Inuidia diaboli intrauit mors. Nimis esset inuidus qui uellet erui oculum, ut alii sic fieret: sic facit diabolus, & isti per hoc quod aliis inuident, sibi magis nocent. Vnde nota exemplum de inuido & auaro. Sicut ergo dicit Dominus Ioan. 13. In hoc cognoscent omnes quia discipuli mei estis: sic potest diabolus dicere de inuido.

Item inuidia { Proximum occidit,
De uis spinas colligit,
Sensus corrumpit.

¶ De primo, Genes. 27. Fera pessima deuorauit filium meum, hæc etiam occidit Abel, & Ioseph uendit, nec domino Iesu Christo pepercit, unde Mar. 15. Sciens quod per inuidiam tradidissent eum, De secundo, Sen. Utinam inuidi omnium oculos & aures haberent, ut de omnium profectibus torquerentur. Tertium patet, quia amara dulcia facit, & econuerso. Esa. 5. Væ qui dicitis bonum malum,

Item contrariatur { Spiritu sancto,
Tollit bona proximi,
Morem genti perfidi.

¶ Primum patet, quia diuinitas omnia bona cõmunicat, & bonum hominis sibi placet, mala uerò displicent. De secundo, Hugo de sancto Victore, Superbia aufert mihi Deum, inuidia proximi, ira meipsum. Augu. Quicquid in alio diligo, meum facio, bonum uel malum. Tertium patet, quia facit ut canis mordens à tergo, cum cauda blanditur in facie, & sicut fur qui subtrahit occultè, & sicut perfidus homo qui lædit alium, qui non contradicit ei prius, & talis magis nocet. Gregor. Iacula quæ præuidentur, minus feriunt.

Superbia { Dabolo assimilatur,
Gloriam Dei usurpat,
Perfectos impugnat.

¶ De primo, Iob. 41. Ipse est rex super omnes filios superbiæ. Vnde est signum per quod diabolus suos cognoscat, sicut Christus suos per charitatem. De secundo Esa. 42. Gloriam meam alteri non dabo. De tertio, August. Superbia etiam bonis operibus insidiatur ut pereant, unde est quasi turris Babel, ad cælum, id est, cælestes uiros, pertingens, inexpugnabilis ut castrum in alto situm.

Item

PER FIGURAS.

Item superbia { Deo odibilis,
Proximo detestabilis,
Sibi damnabilis.

¶ De primo, Eccl. 25. Tres species odiuit anima mea, &c. Pauper superbus est homo respectu angeli. Secundum patet, quia subuenien- dū esset pauperibus de talibus quibus mulieres ornatae sunt, quasi laqueus, & rete, & hamus & gladius & sagitta diaboli. De tertio, Apoc. 18. Quantum glorificauit se, & in deliciis fuit, tantum date illi tormentum. Item amittit quod expendit in huiusmodi.

Item superbia { Bona expellit præsentia,
Excludit absentia,
Falsificat omnia.

¶ De primo, Gregor. Superbia uirtutes destruit. De secundo, 2. Reg. 1. Montes Gelboë, nec &c. De tertio, Eccl. 13. Qui tangit picem, inquinabitur ab ea. Est autem superbia quasi cuprum diaboli, quo falsificatur moneta Christi. August. Superbia etiam bonis ope- ribus insidiatur, ut pereant.

Item superbia { Auxilium Dei subtrahit,
Alia uitia parit,
Hominem denicit.

¶ De primo, Hugo de sancto Victore: Superbia aufert mihi Deum. De secundo, Eccl. 10. Initium omnis peccati est superbia, scilicet hæresis, contentio, rapinæ &c. unde non uenit sola, sed cum exer- citu quasi regina uitiorum. De tertio, exemplum in Lucifero, & Adam. Luc. 14. Qui se exaltat, humiliabitur. Scandentes libenter cadunt, & qui se eleuant, sub ostio humili lædunt caput.

Item superbia { Memoriam hominis annihilat,
A Deo elongat,
Deum impugnat.

¶ De primo, Eccl. 10. Memoriam superborum. Psal. Ut perdat de terra memoriam eorum. De secundo, nota quod elongatio à Deo est dissimilitudo. Christus autem fugit ne fieret rex. De tertio, nota quod quando alia cauentur, tunc istam præcipuè exercent homi- nes, scilicet sacro loco, & sacro tempore.

Item superbia { Hominem confundit,
Apostatam facit,
Ordinem Dei peruertit.

¶ De primo, Esa. 3. Erit pro zona, &c. De secundo, Eccl. 10. Initium superbiæ hominis, apostatate à Deo, quia notum istud transgredi- tur, Abrenuntio satanæ. De tertio, Ecclesiasti. 33. Est tempus fletu, & tempus ridendi. Præterea isti ancillam ornant, dominam nudant.

T T 5 Præc

SVMMA VIRT. ET VIT.

Præterea mulieres cōtra naturę ordinem cornua sibi faciunt, & caudas. In Vitis patrū, quomodo diabolus equitavit super cauda talis.

Item superbia { Hominem decipit,
Scandala tendit,
Stultitiam facit.

¶ De primo, Matth. 23. sepulchra dealbata. De secundo, nota mulieres uidentes hoc, invident, & quarūt similia, & maritis suis sunt molestæ, ut uestiantur, permitteutes eos fieri usurarios. Psalm. iuxta iter scandalum posuerunt mihi. Tertiu patet, quia magna pro paruis uendunt, scilicet laude. Item stultus esset qui indicaret equum suum ornatum felle. Item tales plus laborāt ut oculos hominum reficiant, quam suum uentrem.

Item superbia { Inflat,
Captiuat,
Damnatur.

¶ De primo, Sap. quarto: Dirumpet illos inflatos. Nota, inflati non possunt currere: ita nec isti ad regnum cælorum. De secundo, nota quod aues cum magnis pedibus capiuntur de facili cum laqueis. Item isti capillos nutriunt, & uestes multiplicant, ut teneri possint à diabolo.

Item isti offendunt { Deum,
Sanctos,
Angelos.

¶ Primum patet, quia templū Dei incendunt, id est, corda intuentium. Psalm. Incenderunt igne sanctorum tuum. Item uexillum inimici sui, id est, diaboli, ponūt in castro suo, & deponitur signum Christi, id est, crucis. Secundum patet, quia in festis sanctorum se ornant. Esaiæ 3. In die illa auferet, &c. Tertium patet, quia clientulos angelorum mortificant.

Superbia uestium reprehenditur { Pretiositate,
Mollitie,
Superfluitate.

¶ De primo, Luc. 16. Induebatur purpura & bysso. Contra secundum, est consideratio uestium infernalium. Esai. 14. Subter te sternetur tineæ. De tertio, Iac. 5. Vestimenta uestra à tineis comesta sunt, unde perticæ clamare possunt in die iudicii, quia nimis onerabantur. Nota quod pellis catti comburitur ne aliquis furetur, propter pulchritudinem ergo prædicantur uestes.

Item uestis reprehenditur ex { Colore,
Forma,
Ostensione.

De primo,

PER FIGURAS.

¶ De primo, Esai. 13. Facies cōbustæ uultus eorum. Eiusdem 3. Erit prozona funiculus, &c. De secundo, Gen. 3. Fecit eis tunicas pelliceas, nota quod artifex dolet cuius forma alteratur, sic dominus indignari potest nobis. Contra tertium, quia in Christo apparuit humanitas, lauit quod nobilius fuit, scilicet diuinitas. Nota quod circulus est signū uenditionis uini, & frondes in capite signum uenditionis equi.

Hypocrita { Homines decipit,
Duplicitate uiuit,
Diabolum se facit.

¶ De primo, nota quod assimilatur uulpi, & falsæ monetæ, & simulacro in horto. De secundo, Deute. 22. Non indueris ueste, &c. talis comparatur simiæ, quæ imitatur actus humanos, non tamen est homo. De tertio, 2. Corinth. 11. Angelus satanæ transfiguratur se in angelum lucis. unde est quasi dæmonium meridianum.

Item hypocritis { Animam deturpat,
Spiritum sanctum fugat,
Conspectu Dei se priuat.

¶ Propter primum comparatur sepulchro dealbato, & mirum est, quia omnia sua sunt mūda, ipse autem turpis. Tales lauunt de foris quod calic. &c. De secundo, Sap. 1. Spiritus sanctus disciplina effugiet fictum. De tertio, Iob 13. Non ueniet in conspectu eius omnis hypocrita.

Item hypocrita { A Deo maledicetur,
In iudicio confundetur,
Martyr diaboli efficitur.

¶ De primo, Matthæi Vigesimo tertio: Væ uobis hypocritæ. Nota de secundo, quod accidet ei sicut cornu qui a commodauit pennas ab omnibus auibus: quibus ablatis, confusus stetit. De tertio, nota quod isti portant crucem sicut Simon Cyrenæus. unde propter te mor. tota die.

Item { Virtutes in se corrumpit,
In infernum se demergit,
Lupum se constituit.

¶ De primo, Luc. 11. Attendite à fermento Pharisei. Isti sunt quasi arbores cum foliis sine fructu. De secundo, Apoc. 6. Ioannes uidit equum pallidum, & infernus sequebatur eum, & qui sedebat super eum, nomen illi mors. Sic isti sunt equus pallidus per sanctitatem quam prætentunt. Matth. 5. Exterminant enim facies suas, ut appareat hominibus ieiunantes, & mors, id est, diabolus equitat eos, infernus autem sequitur, id est, aterna damnatio. De tertio, Matthæi 7. Veniunt in uestimentis onium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces

SVMMA VIRT. ET VIT.

rapaces: quia hypocritæ spoliant homines.

Mala locutio { Angelos fugat,
Pixidem Christi deturpat,
A gratia cor euacuat.

¶ De primo, exemplum in Vitis patrum, de porcis qui uenerunt &c. Secundum patet, cum enim homo communicat os suum, quasi pixis Christi est. De tertio, Eccl. 20. Gratia stultorum effunditur.

Item mala locutio { Nocet loquenti,
Nocet audienti,
Et illi de quo fit sermo.

¶ Primum patet, quia talis aperit inimicis suis portas castri sui. Ieremiæ nono: Intrauit mors per fenestras. De secundo, Iacob. tertio: Lingua inquietum malum est. Propter tertium comparatur gladio & sagittæ, quia nocet à remotis. Psalm. Acuerunt linguas suas sicut serpentes.

Item { Vagum reddit,
In iudicio confundit,
In inferno punit.

¶ De primo, exemplum in equo sine freno, & naui sine gubernaculo, & momento in statera, quod inclinatur ubi maius est pondus: sic qui de terra est, de terra loquitur. De secundo, Matt. 12. De omni uerbo otioso, &c. ergo & de nociuo. De tertio, Lucæ 16. Mitte Lazarum ut intingat, &c. Apocalypsis decimo sexto: Cõmanducauerunt linguas suas præ dolore. Propter hæc omnia tribus annis quidam portauit lapidem in ore, ne uerbis excederet. Nota etiã exemplum de duabus mulieribus in Vitis patrum, quæ disponebant non loqui secularia.

BLASPHEMIA { Essentialiter damnat,
Subito mortificat,
Infanum demonstrat.

¶ De primo, Matth. 12. Spiritus blasphemiae non remittetur. De secundo, patet, quia sæpe uidetur quod uel exilit oculus, uel lingua punitur. Exemplum de illo qui uoluit sagittare Deum, & sagitta rediit cruentata. Tertium patet, quia canis non mordet dominum suum nisi sit rabidus.

Item talis { Iudæos superat,
Deum sine causa inhonorat,
Mala pro bonis donat.

¶ Primum patet: quia Iudæi blasphemant tantum mortale & igno-
rante, iste immortale & scienter. Item peior est bufone & serpente. quia omnis creatura Deum laudat suo modo: iste autem u-

tuperat.

PER FIGURAS.

tuperat. De secundo, Ierem. 2. Quid inuenerunt in me patres ue-
stri: Item Michæ 6. Popule meus, quid feci tibi, &c. unde homo fa-
cit Deo quod non faceret gartion. De tertio, Psalm. Retribuebant
mihi mala pro bonis.

Item talis { In statuam salis se conuertit,
Ordinem diuinum peruertit,
De alieno se intromittit.

¶ De primo, in Vitis patrum, Qui querulosus est, monachus non
est, quasi dicat, idolum est, siue statua, & simulacrum. Secundum pa-
tet, quia plus ponderat pabulum quam pacem: mirum esset si mor-
tuis loqueretur uel iumentum. Ipsi autem tales sunt. Psalm. ut iu-
mentum factus sum. Sed isti assueti monstris, ut Balaam, non curant.
De tertio, Bern. Qui curam uestri semel nobis commisisse, &c.

MVRMVRATO- { Fel in escam Dei ponunt,
resin claustro { Vacuus gratia se ostendunt,
De alieno se intromittunt.

¶ De primo, Psalm. Dederunt in escam meam fel. Secundum patet:
quia crepant ad ignem tribulationis, sicut uasa uacua. Item ut cur-
rus non unctus murmurant. Ecclesiastici trigesimo tertio: Præcordia
fauit quasi rota carri. de hoc potest dici, Ecce homo plenus quere-
la, falsus Dei cultor. De tertio, Bernard. Dominus docet animas in
hoc mundo perdere, hypocritas saluare, cuius consilio acquiesces,
cuius uis esse discipulus. Idem, Puta te quæso esse monachum, non
medicum.

PERIURVS { Manum diabolo porrigit,
Sigillum domini corrumpit,
Peiorem diabolo se ostendit.

¶ Primum patet, quia manum contra Deum extendit, unde quan-
do talis se benedicit, hoc manu diaboli facit. Secundum patet, quia
scripturam sanctam uel reliquias ducit in testimonium de falso.
Vnde excommunicatus est, sicut qui bullam domini papæ falsificat.
Tertium patet similiter: quia licet diabolus sit mēdax & pater eius,
non tamen periurus est.

MENDAX { Deum contemnit,
Proximum fallit,
Seipsum lædit.

¶ Primum patet, quia ueritatem necat, Deus autem est ueritas. Se-
cundum patet, quia est uelut denarius falsus: maximè enim fallit in
mercationibus. Vnde Cain legitur primus mendax, qui interpreta-
tur maledictionem passus. De tertio, Act. 5. de Anania, &c. Sapien. 1.
Os quod mentitur occidit animam.

Item

SVMMA VIRT. ET VIT.

Diabolo assimilatur,
Item Filius diaboli ostenditur,
In lingua puniatur.

¶ De primo, Ioan. 8. Mēdax est, & pater eius. Genes. 3. Nequaquam moriemini, &c. De secundo, Ioan. 8. Vos ex patre diabolo estis. De tertio, Sapient. 11. Per quæ quis peccat, per hæc & puniatur.

BILINGVIS est { Deo odiosus,
Sibi damnosus,
Proximo monstruosus.

¶ De primo, Prouerbio. 8. Os bilingue detestor, &c. quia tales sunt apostoli diaboli, loquuntur enim uariis linguis. De secundo, Eccle. 28. Sufurro & bilinguis maledictus: multos enim turbauit pacem habentes. Ille est similis serpenti qui tortuosum habet incessum, quia modo mouetur huc amicaliter loquendo, modo illuc detrahendo uel deridendo. Tertium patet, quia duplicem uidetur habere linguam, unde exemplum in Auiano, de illo qui propter duplicem flatum expulsus est. Genes. 27. Vox quidem uox Iacob, unde uersus, Si Deus elinguem faceret quemcunque bilinguem, Vnaquaque die multi fierent Zachariæ.

SEMINATOR discordiæ est { Odibilis Deo,
Similis diabolo,
Damnandus in iudicio.

¶ De primo, Prouerbio. 6. Septimum detestatur anima eius, &c. Et est ratio: quia ipse pro concordia uoluit mori, & uidetur peccatum in spiritum sanctum. De secundo, Ioan. 10. Lupus rapit, & dispergit oves. De tertio, Apostolus Galat. 6. Quæ enim feminauerit homo, hæc & metet.

DERISOR { Deo exprobrat,
Se damnat,
Proximum irritat.

¶ De primo, Prouerbio. 14. Qui deridet pauperem, exprobrat &c. Hi sunt uulpeculæ quæ demoluntur uineas, id est bonos: imò quasi bufones non sustinent odorem florentis uineæ. De secundo, Mat. 23. Qui dixerit fratri suo, fatue. De tertio, Exo. 22. Si egresus ignis innenerit spicas, &c. Et post: Reddet damnatum, qui ignem succenderit: sed iste cor proximi incendit. Isti etiam quasi noctuæ lucem odiunt: & ut Pharao, & Herodes paruulos, id est, nouiter conuersos occidunt.

MALEDICTVS { Regnum calorum amittit,
Seipsum interficit,
Vacuum gratia se ostendit.

PER FIGURAS.

¶ De primo, i. ad Corinth. 6. neque maledici regnum Dei possidebunt. De secundo, Prouerbio. 16. Qui uoluit lapidem, reuertetur ad eum. Augustinus: Dicit malus, domine, occide me. Vilis esset sagitta, quæ emissa perimeret sagittantem. Tertium patet: quia quod est in uase, de uase egreditur, unde sicut facit, sic fiet ei in iudicio. Genes. 27. Qui maledixerit tibi, sit ille maledictus. ¶ Detractionis tria distinguuntur genera super illud Psalm. Detrahentem secretum proximo suo.

Gaudet { Malum de aliquo dicere,
Audita mala cum augmento referre,
Detractiones libenter audire.

¶ De primo, Leuit. 19. Non maledices surdo. Talis est ut canis rabidus, mordens retro. Ecclesiast. 19. Sicut sagitta in femore canis. De secundo, Leui. 19. Carnem cum sanguine non comedetis. De tertio, dicit Bern. Nescio utrum maius peccatum sit, detrahere uel detrahentem audire.

Item detractor crudelis est { Sibi,
Deo,
Proximo.

¶ Primum patet, quia os inquinat, Psalm. Sepulchrum patens est guttur eorum, unde comparatur porco, qui rostrum ponit in stercore, & ciconiæ quæ uenenosis animalibus palatur. Secundum patet, quia bonos qui Dei sunt, malos esse dicunt: unde peiores sunt inferno, qui tantum malos deuorant. De tertio, Ecclesiast. 10. Si mordeat serpens in silen. &c. in sexta feria comedunt carnes: imò uno morcello hominem deuorant, dicentes: Ille nullus est.

Item detractor { A domino maledicitur,
Furi comparatur,
Stultus ostenditur.

¶ De primo, Genes. 4. Maledictus Cain. talis urso comparatur, Daniel. 7. qui habebat tres ordines dentium: quia iste sibi nocet, & auditori, & ei cui detrahit. De secundo, Ambro. Tolerabiliores sunt qui uestes diripiunt, quam qui famam nostram lacerant: imò quasi lupi qui oves errantes inuadunt, quæ potius essent reducenda. De tertio, Matth. 7. Erice primum trabem de oculo tuo. Item nota quod unius hominis testimonium, uel utilis non est accipiendum. Senec. Non refert de his garsonibus aut superioribus, quia nõ minus à superiori, quam ab inferiori ferent.

Adulator { Deum gloria sua priuat,
Proximum in peccato ligat,
Contra se maledictionem congregat.

SVMMA VIRT. ET VIT.

¶ De primo, Apostolus primo ad Timoth. 1. Soli Deo honor, & gloria. Secundum patet: quia est quasi cæmētum quo peccator limitur, ut fortior sit in malo. Eliaze 3. Popule meus qui te beatum, &c. De tertio, Esaiæ quinto: Væ qui dicunt bonum malum, & malum bonum. Ex isto patet, quod sunt incantatores diaboli: quia dicunt bonum malum, & e conuerso. Sed nota quod qui laudem non habet, laudare non potest.

Item talis { Nutritor diaboli dicitur,
Sacerdos eadem ostenditur,
Proditor esse probatur.

¶ De primo, Prouerb. 1. Fili, si te laudauerint peccato, &c. De secundo, Greg. Tunc mortuus mortuum sepelit, cum peccator peccatorem aggere adulationis premit. Inungitur etiam oleo in extremis, Psal. Oleum autem peccatoris non impinguet caput meum. De tertio, Lucæ 22. Osculo filium hominis tradis? Prouerbior. 27. Meliora sunt uulnera diligētis, quam fraudulenta oscula.

PER iactantiam homo { Proprios filios occidit,
Gratiam Dei effundit,
Idolium seipsum facit.

¶ Primum patet: quia bona opera sunt filii Dei, quæ per iactantiam amittimus. De secundo, Ecclesiast. 20. Gratia stultorum offundentur, istis contingit sicut gallina, quæ cum facit ouum, cantat, & sic amittit. Tertium patet: quia seipsum colit per iactantiam. Nota quod duo sunt in bono opere, gratia uidelicet & utilitas. Vnum Deus sibi tenuit, & aliud nobis dedit. Si ergo Deum fraudamus in parte sua, ipse fraudabit nos in parte nostra.

MULTILOQUIUM { Iustificacionem impedit,
Peccatum inducit,
In iudicio punit.

¶ De primo, Job undecimo. Nunquid uerbosus iustificabitur? quia ubi multum est de palea, parum est de grano. De secundo, Eccles. 10. In multiloquio peccatum non deerit. De tertio, Matthæi 12. De omni uerbo otioso, &c. propter ista, equo est frenum iungendum, & uineæ sepes.

Item multiloquium { Pacem dissipat,
Hominem precipitat,
Diabolo uiam parat.

¶ De primo, Prouerbior. 26. Qui imponit stulto silentium, iras mitigat. Vnde gladius acutus in uagina seruandus est. Psal. Lingua eorum gla. acu. Et fera crudelis incarcerationanda est. Iaco. 3. Linguam nullus hominum domare potest. Secundum patet, quia fouea cauenda est

PER FIGURAS.

est in qua sæpè cadens collum fregit De tertio, Iob 30. Quasi rupio muro &c.

FRACTIOSILENTII { Contemplacionem impedit,
Furem facit,
Tempus amittit.

¶ De primo, Thren. 3. Sedebit solitarius, & tace, & leua. Nota, forma obstruenda sunt, ne uirtus uini enaporet. Secundum patet, quia lingua religiosi prelati est traditanda si loquatur sine licentia, uiolator templi uidetur, uel fit. Nota, si brutum animal loquatur, mirum uideretur. Psal. Ut inuentum factus sum. De tertio, Grego. Licer fabulari, aiunt, donec nota pertranseat, quam sibi ad penitentiam agendam, ad obtinendam uentiam, ad querendam gratiam, ad promerendam gloriam miseratio conditoris indulserat. Nota, quod lingua religiosi est calamus Spiritus sancti, quo non debemus inutiliter uti. Psal. Lingua mea calamus scribæ uelociter scribentis.

SINGULARITAS { Deo priuat,
Mentem sordidat,
Animam mortificat.

¶ De primo, Thren. 1. Quomodo sedet sola ciuitas. De secundo, Bernar. Vbi angulus, ibi sordes. De tertio, August. Vbi singularitas, ibi angulus.

Item { Lucem fugat,
Maledictionem ostendit,
Exemplum bonorum destruit.

¶ De primo, Ioann. 3. Qui male agit, odit lucem. Numeri 11. Extrema castrorum consumpsit ignis: talis comparatur uel pertilioni. De secundo, Ecclesiast. 3. Væ soli, e conuerso, Ecce quam bonum & quam iucundum &c. Bernard. Arbitror quod tu qui in congregatione es &c. De tertio, Apostolus 1. ad Corinthios 9. Omnibus omnia factus sum &c.

Suspicio { Iudicium contra se prouocat,
Officium diuinum usurpat,
Plus alios, quam se, curat.

¶ De primo, Matthæ. 7. Nolite iudicare, & non iudicabimini. Secundum patet, quod solus Deus nouit intentionē hominis. De tertio, Bernard. Integritatis tuæ &c. talis alienum hortum colit, suum relinquit.

Item { Spiritu sancto detrahit,
Tempus iudicii præuenit,
Stultum se ostendit.

S Y M M A V I R T. E T V I T.

De primo, Ambrosius: Nescit tarda molimina Spiritus sancti gratia. Aduum 2. Factus est repente de cel. sonus. Gregorius: Qui uidetur malè facere, subito potest bonus esse. De secundo, Apostolus 1. ad Corinth. 4. Nolite ante tempus iudicare. Tertium patet: quia stultus est qui trabem habens in oculo &c. Item qui glutuens camelum &c.

F I N I S.

L E C T O R I S.

NE aliquot pagella uocarent Lectores beneuole, ea quæ sequuntur tibi exhibere uoluimus, tum quod eiusdem planè argumenti cum postremo capite. De uisio lingue uiderentur, tum quod tibi summopere profutura fore præpeximus.

Non loquaris contra proximum tuum falsum testimonium.

E X O D. X X.

HOC præcepto nominatim uetatur, omne mendacium perniciosum, siue dum uocari ad testimonium ferendum, siue extra iudicium in uulgari & communi locutione. Implicitè etiam omnia peccata ad locutionem pertinentia, quibus saltem infertur nocumentum proximo: ut sunt detractiones, calumnie, irrisiones, & huiusmodi. Proximus autem est omni homini omnis homo, nihilque est tam proximum, quam homo & homo. Attendamus enim Adam & Henam, iam omnes fratres sumus. Quod si fratres sumus, secundum quod homines sumus, quanto magis secundum quod Christiani sumus, quibus unus est pater Iesus Christus, & una mater sancta Ecclesia.

Contra hoc præceptum sic peccatur.

Accuso falsè, deo, detrabo, diras
Imprecor, & mecum malè iudico, concito rixas,
Assentor, simulo, mea sunt mendacia, damno.

Peccant contra hoc præceptum.

Qui mala uoluntate, aut sine sufficientis cause apparentia, alteri falsè

ri falsum crimen inveniunt. In quo peccato peccari potest ex parte iudicis, ex parte accusatoris, ex parte rei, ex parte causidici, ex parte cognitoris ipsius cause.

Qui etiam veri criminis (occidit tamen) sine sufficienti necessitate & causa rationabili alterum palam accusant aut reuelant, non seruato ordine iurum.

Qui alterius bona opera & benefacta, conantur ostendere mala, aut fide facta, ut eum hypocritam ostendant, aut aliorum ipsi conciliant inuidiam.

Qui in iudicio ad interrogata cum dolo malo respondent.

Qui rei cum se sciant uerum nolunt in casu, in quo tenentur ueritatem fateri.

Qui uerbis, aut cachinnis, aut naso corrugato alios irrident, aut gestibus & corporis habitus figmento illudunt: quod peccatum tanto est grauius, quanto maior debetur reuerentia ijs qui iridentur.

Qui beneficium quod in alterum contulerunt tempore indigentia, eidem coram multis exprobrant, in dispendium honoris eius.

Qui animo inferendi iniuriam, aliquis criminis sum, aut anima corporisue uitium exprobrant.

Qui etiam sine animo inferendi iniuriam, ead dicunt, si proximo ea iniuria damno est.

Qui absentis famam denigrant, uoluntate famam ledendi: siue fiat dicendo uerum, siue falsum, siue afferendo, siue referendo, siue addendo, siue minuendo, siue interpretando, siue alio quouis modo: & tales tenentur ad restitutionem famam, si illa detractio importat infamiam. Auferunt enim homini famam, quod melius bonum est, quam diuitia multa. Vnde Hieronymus contra detractores: Si uis me corrigere delinquentem, aperte increpa: tantum ne occulte mordeas. Quid enim mihi prodest, si alius mala mea referas: si me nesciente peccatis meis imo detractio-

nibus tuis alium uulneres, & ceterum omnibus narres: si singulis loquaris, quasi nulli aliter detrahas. Non enim non est emendare me, sed uitio tuo satisfacere.

Qui ex loquacitate, & non animo alterius famam ledendi, aliena peccata commemorant, non tam grauius peccant.

Qui ex uoluptate, quam in audienda proximi iniquitate percipiunt, delatoribus aures arrigunt. Bernardus Romane ecclesie archidiaconus dicit: Non debet hereticus detrahentem audire, quid horum damnabilis sit, non facile dixerim. Hieronymus: Si hilari uultu audis detrahentem, tu illi das fomitem detrahendi: si uero tristi uultu audis, discit non libenter dicere, quod didicerit non libenter audiri.

Qui non defendunt famam proximi inuide dissimulando, & possunt & debent, & propterea laus est proximo. Homini enim Christiano parum esse debet amicitias aliorum non excitare, uel augere male loquendo, nisi uisum esse extingueret studeat bene loquendo.

Qui sibi ipsi detrahunt, & seipso diffamant.

Qui aut sibi aut alijs diras imprecantur.

Qui alijs damnum anime, corporis, fame, aut honoris precantur. Hec enim caritati proximi contraria sunt.

Qui aut sua, aut alterius nequitiam diem maledicunt, stando hominem naturam uoluntatisque aut merentem, alii non natum.

Qui uerba turpia, ut non sunt eademonis, aut similia identidem in ore habent, & consuetudine.

Qui creaturis terrenalibus maledicunt, quia alterius res sunt: ut qui agro uicinis sterilitatem imprecantur, aut mortem eius pecuilibus.

F I N I S.

CENTRO NAL. DE RESTAURACION
DE LIBROS Y DOCUMENTOS.

Restaurado su interior y -
encuadernación

Nº Reg.: 3390 Julio, 1978